# CATENÆ AVREÆ

## GATTICI

## PRO IMMVNITATE ECCLESIÆ

## VOLVMEN SECVNDVM.

# CELEBERRIMORVM

## A Primo Legum Institutore Sapientum, ac Primariorum in ijs Professorum;

Nec non in quauis ferè Vniuersitate Eruditissimorum V. I. Magni nominis Interpretum, Consiliorum,

*Quin, præter Apostolicas Constitutiones, & Censuras; eorum qua in Excellentiss. Medio. Senatu, & alijs; ac in Regijs Magistratibus Insigniores V. I. Doctores, Catholicaque Regia Maiestatis, ac Christianorum Principum Primarij Consiliarij, Præsides, Senatores, ac alij proprijs rescriptis pro vera Catholica Ecclesia Libertate, & Immunitate decisiuè*

***CONSVLVERVNT, SENSERVNT, AC FIRMITER SANXERVNT.***

## TOMVS SECVNDVS.

In quo summa ingenij perspicacitate, ac eruditione selectioribus iuribus, ac efficacissimis rationibus illius deprauata libertas restituitur, & ad pristinum splendorem suum reuocatur.

*Triplici cuncta ordine digesta; communi totius Ecclesia Dei vtilitati, perpetuoq; insigni beneficio pro quibuscunq; opportunitatibus, maximis laboribus, expensis, lucubrationibus enucleata, in vnum congesta, discussa, ampliata, opportunitati accommodata, & Appendicibus, Epitomis, Argumentis, Summarijs, Additionibus; ac etiam Cathalogo, Repertorio, Indice, Tabula in calce Secundi Tomi; & alijs insignioribus, vtilissimisq; vbiq; perfunctionibus ad faciliorem captum, Et vsum contentorum.*

**TYPIS DATA.**

Auctore Fr. Hieronymo Gattico Lect. Theologo ex Ordine Prædicatorum.

BONONIÆ M.DC.XXXVI.
Apud Ferronios. De Superiorum approbatione.

# POTENTISSIMO HISPANIARVM

## Ac Maximorum Regnorum, & Prouinciarum Regi Catholico, &c.

# PHILIPPO IV.

***Fr. Hieronymus Gatticus ex Ordine Prædicatorum***

**Poſt congruum, & deuotum obſequium, veram, & perpetuam fœlicitatem.**

AMANTI tantummodo nunciandum eſt, teſte D. Auguſtino, *Ecce quem amas infirmatur*, ſufficit enim, quòd is, qui potens eſt, ſi amat, quod nouerit, nec enim amat, & deſerit eum, cuius neceſſitatem intellexerit; quin vt ſubueniat preces non exigit, nec expectat, ſed ſpontè, & lubens dextram porrigit, vt ſubleuet. Liceat ergo mihi nunc de Catholica Eccleſia, cuius Maieſtas Veſtra, Catholica maioreſq; tui omnes ſummè amatores, ac defenſores fuere, vndè Catholicorum Regum nomen iurè ſunt adepti, liceat, inquam, mihi in ditione tua Mediolanẽſi, quę Te tantum Regem in Ducem habere gloriatur, de ea ſororum Lazari voce loquendo vti; Ecce quam amas infirmatur; neq; enim Potentiſſimus cum ſis, cum illam ames, quod deferes iudicandum erit. Eccleſia certè Catholica in dicta Mediolanenſi Prouincia tua, quod ad fidem attinet, ſummo Dei beneficio non infirmatur, nec vllo modo languet, at certè in eo, quod cum fide valdè coniunctum eſt, Libertate nimirum, & Immunitate, per quam valdè nimis lãguet, & infirmatur,

cuius violatores cum sperdant Ecclesiasticas censuras, Canonum, & Legum Diuinarum, ac humanarum iura, sacrorum Conciliorum sancita, & Summorum Pontificum Decreta, quod ad mortem ex his non infirmetur, occludi minimè potest. In hoc enim iam diù in dicta Mediolanensi Prouincia Ecclesiæ immunitas sic violatur, quod laicali lege, laicorum more, Ecclesiarum prædia, coloni, & conductores sic collectantur pro militum hospitatione, quinimò (quod magnum est) milites in Ecclesiarum domibus hospitari coguntur Ecclesiastici, ac illis plus erogare, quam ex prædijs excipiatur; quò fit, vt fructus, ac prouentus alimentis, & sustentationi, ministrorum Ecclesiæ, Diuinoq; cultui destinati, & constituti sic diminuantur, vt ijdem ministri panem penè hostiatim emendicare, ac eorum numero valdè diminuto, Deumq; ipsum debito cultu, & obsequio destituere coarctentur; contra quæ quid omnia Iura ciuilia, Canonica, humana, Diuina, ac etiam naturalia, ipsa clament testes sint, nedum sacri Canones, Leges, Catholica, & Imperialia Decreta; verum Celeberrimi in toto terrarum orbe Iurium consulti, à primo legum institutore ad hec vsq; tempora; & inter ipsos præstantissimi ex omnibus Prouincijs Maiestati Vestræ subiectis; quin nedum omnium Catholicarum Vniuersitatum legum professores, ac Christianorum Principum Senatus, & Magistratus omnes, ac Consiliarij; Verum singulariter in Mediolanensi perinsigni Senatu, & Magistratibus Maiestatis Vestræ Præsides, Senatores, & magni nominis Consiliarij; imo ipsorum accurata consulta, decreta, ac firmiter sancita. Huius rei causa post Summum Pontificem, alterum ex his Voluminibus nomine vtriusq; Cleri Mediolanensis, Maiestati Vestræ dicandum erat, quamuis vt in vtroq; ac singulariter in primo id totum, vt prospicere digneris rogeimus, quatenus summæ huic veritati manum, & votum tuum subdens Ecclesiasticam libertatem, ad pristinum suum splendorem pro tua pietate restituere digneris. Memor celeberrimi dicti Beatæ memoriæ FERDINANDI TERTII Legio-

nis,

nis, & Caſtellæ Regis, quem Superioribus diebus Maieſtas Veſtra Sanctorum numero adſcribi à Sede Apoſtolica enixè poſtulauit, Chriſtianum Regem, & Principem ab Eccleſiaſticis viris, non auri, ſed precum apud Deum ſubſidiarias vires expectare debere: quod ſi Maieſtas Veſtra præſtiterit, Deus pro certò liberalis illi retributor exiſtet; hoc enim & in Antenatis Maieſtatis Veſtræ experientia docuit; quod vt idem Maieſtati Veſtrę præſtet ipſe bonorum omnium elargitor, flexis genibus cordis ſui vniuerſus exorat

ipſe Clerus; ac vt ipſum, totumq; genus Auſtria-
cum, vt ſeruet, copioſamq; pro Catholici, Im-
perij ampliatione Prolem tribuat, ne dum
aſſiduè præcatur, verùm more Pij
Quinti AuoMaieſtatis Veſtrę, &
tibi quoq; Eccleſiaſticę Liber-
tatis, & Immunitatis libe-
rali reſtitutori in Do-
mino pollicetur.

AD POTENTISSIMVM HISPANIARVM REGEM

# PHILIPPVM IV.

## Vox Militantis Ecclesiæ.

*INTONAT Ecclesiæ vox, Rex, tua pectora voce*
*Pulsa sonos referant: est retulisse satis*
*Vocibus ipsa tibi, Rex maxime, sceptra fouebit,*
*Huius si vocem voce iuuare voles.*

# Sapientibus benè Sapientibus.

F*VERVNT siquidem, qui non lotis manibus ad ciborum mensam accedere (quod dedecet) esse diiudicarunt librorum Volumina nullo prænio exordio prælo demandare. Verùm vt quid ego in his, quæ non pro terrenis negotiis, & Principatibus, sed pro Catholica Summi Dei Ecclesia libertate, & Immunitate, sic evixè in corpore Diuinarũ, & humanarum legũ reposita, & vt illæsa seruetur demandata, in lucem prodeunt, exordiar? An fortè, vt id præstem, quod moris est eorum, qui melli fluis verborum lenociniis in audientium animos eam veritatem, quæ à recta, & vera magis, ac longiùs, quàm à cælo terra ab eorum patrocinata causa aberrat, inaudientiũ animos insinuare conantur, in vos, animosq; vestros alliciendos ad in illis pro libertate, & immunitate, omni humano, ac naturali, ne dum Diuino iure Ecclesiæ debita, cõtentam, ipsam veram, & æquam esse, diiudicandum, sentiendum, & sanciendum? Non ne quæ referuntur, ne dùm Diuinorum, verùm & humanorum Magistratuum, cum fixa sanctiones, ac firma statuta sint, quin & lucubrationes, & sententia conscientia vestra in Deum directa, ac cunctorum, dicam, sapientum à primis omnium legum institutoribus, veritatisq; illius summa caput cum sit, secus quam rectè sentire error est, & quam vosmet ipsi benè sapientes non semel, nec bis, verum crebrius rescriptis vestris attestati estis, vt subinde eam abscondere, aut velare difficillimum sit? Hoc profectò iterum, atq; iterum an ita sit in dubium vertere, sapientissimis pectoribus vestris, vt & vobis metipsis, & aliis id insinuetis persuadere nimis erubescerem. Insipiens igitur ego vobis sapientibus, vt Sus Mineruam doceat, frustra hac præstare conabor? Absit. Non igitur vt animos vestros eruditissimos instruam, nec minùs (quod omnino absit) vt confundam, hæc cumulata contexui, at vt confideles carissimos moneam,*

quate-

*quatenus hanc super omnem veritatem, quam vel nos non plenè fortè cognoscere existimastis, vel vos, Tentatore de more operante, non sic, vt decet, semper animo perpenditis; nedum vobismet ipsis sic eam dijudicetis, quod præter illam nulla maior reperiri possit; etenim hæc omnibus verè sapientibus super omnem dispositionem stellarum luci comparata semper inuenta fuit prior, speciosiorq; omnibus astris, ac clarior luce solis; verum vt rectè sentientes, benèq; sapientes post hinc clientibus, & patrocinatis vestris, ac cunctis nationum populis firmo pede perpetuò attestemini, prout & in his duobus Voluminibus videre est, iam alias vna voce vestris consilijs, & rescriptis, id conscientia vestra benè dictante attestati pluries estis; etenim quod semel placuit amplius displicere non debet l. sicut cum not. C. de act. & oblig. impium est enim, ac penitus inhumanum contradicere his, quæ alias palam, & publicè sic esse fassi estis l. generaliter C. de non nu. pec. cum not. circa fin. &c.*

*Vna igitur mecum tanta veritati, & vobis, & nobis per quam valdè abundè cognita manum submittẽtes, dissentientes quosq; à falsitatis errore liberare nitamini, quò sic nedũ ingenui animi vestri nobilitatem à populari calumnia subtrahatis, putà, quod malo consilio vestro illam Principes, & Proceres oppugnent, existimentq; malè (vt aiunt) traditis doctrinis vestris obsequium se præstare Deo; verum quod plus est, ac valdè, vt conscientias vestras ab omni falsi edocti scrupulo, restitutionisq; in integrum omnium damnorum ob hoc subsecutorum, ad quod vtrunq; vos sapientes benè sapientes apprimè teneri nostis, absoluatis. Et cum Deus vnicuiq; mandauerit de proximo suo, vt ego vobis, ita & vos, quibus consultis, alter alterius onera portantes Christi legem, & in hoc insigni onere, vnà simul adimpleamus. Faxit Deus.*

ENAR-

# ENARRATIO CONTENTORVM
## In hoc Secundo Volumine.
## Hoc Secundum volumen habet tres Partes.

IN Prima Parte cateruatim irruentium ex omni gente cognita aderit numerus innumerus magni nominis Loricatorum, putà supremorum, tàm inter antiquos, quàm inter recentiores sapientum, ac Celeberrimorum omnium Iurium, & Legum ab illarum ortu professorum, cumulus, vnâ voce, ac pari omnes animi consensu, belligerantium more, validis telis parta victoria aduersantium prælia eorum doctissimis oraculis terminantes, ac omnes ad pro Ecclesiastica libertate, & immunitate sentiendum, & sanciendum per quam efficaciter, re ad apices iuris discussa, pertrahentes, ac omnes controuersias dirimentes, quibus, vt plenaria fides adhibeatur, quin eorum dicta, & consilia per quam valdè efficacia, ac ad satietatem non sint, à sapientibus benè sapientibus negari non poterit.

Et quia robustiores bellorum vires sunt arma, ob idq; maiora, & validiora ænea tormenta in eorum medio ad custodiam clauduntur; In Secunda Parte, quasi in medio cordis huius Secundi Voluminis, erunt Summorum Pontificum, Conciliorum, Imperatorum, Regum, Principum, ac quorumcunq; legum institutorum Iura, Priuilegia, Decreta, statuta, ac firmiter sancita, in ipso corpore Iuris clausa, quibus tanquam fidei dogmatibus ad diudicandum pro Ecclesiastica libertate, & immunitate. An quicunq; adhęrere debeat, & teneatur nemo vereri poterit.

In Tertia tandem, & vltima huius Voluminis, ac totius operis, & agminis Parte, aderunt more sacrorum in bellis, administratorum subsequentium vestigia militum pro spirituali ipsorum medella, & salute, quæ Diuino afflante spiritu, doctrina, prudentia, sapientia, vitæ, ac morum probitate pollentes inter Summi Dei Ministros, Sacerdotes, ac Ecclesiasticos Iurium, ac Legum, tàm Diuinarum, quam humana-

rum

rum sapientiores eorum rescriptis, & doctissimis vndequaq; responsis, & consilijs decisiuis pro Ecclesiastica libertate, & immunitate sentiendum, statuendum, ac firmiter fanciendum pro munere catholico ab omnibus sit, nunquam memoriæ periturum, eorum scriptis, & attestatis demandarunt. His amphora videre erit in vniuscuiusq; partis initio.

Et ne fatigemini nedum opportuniora, notatuq; digna verùm, & Regum, Principum, Senatuum, Magistratuum, singularíterq; Mediolanensium, firmiter sancita, ac alia insigniora pro opportunitate facientia, vbiq; in hoc primo Tomo diffusa, perquirendo, ipsa in margine erunt hoc modo signata m: nu.

Præter proprios Indices in calce huius Secūdi Tomi repositos, quos diligenter animaduertere quisq; debet pro singulari sui beneficio, & vtilitate permagna.

In Cathalogo enim pro maiori auctoritate, & validiori robore allegatorum, conspiciet insignissimorum virorum, ac primariorum Legum professorum ex toto orbe terrarum nomina.

In Repertorio distinctè allata omnia, quæ efficaciter facere poterunt ad Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem pro quacunq; tàm præsenti, quàm futura opportunitate, abſq; quod amplius necesse sit peritos consulere, nec expensas facere.

In Indice quicquid pro ea firmiter sancitum sit in toto terrarum orbe, tam per Leges, Canones, Summos Pontifices, & Generalia Concilia, quàm per Imperatores, Reges, Principes, Senatus, Magistratus, signanterq; per illos Catholicæ Regiæ Maiestatis.

Ac tandem in Tabula quicquid in duobus ipsis Tomis fauore Ecclesiæ conscriptum reperitur.

*MEMORES esse omnes enixè rogo, quod vltra culpa reatum, Excommunicatio non parui facienda, neq; obliuiscenda; præter Canones, & leges in cap. nouerint, & in cap. grauè de sent. excom. cum simul. quin vltra pœnam, & damnationem æternam, hæresis notam, ac omnium bonorum, tàm spiritualium, quàm temporalium, vsq; ad quartam generationem priuationem, in Bulla Pÿ Papæ Quinti, ac alibi, cum omnina Apostolicæ Sedi reseruatione facultatis absoluendi delinquentes, extat in Bulla Cœnæ Domini* §. 18. *omnibus quicquam mandantibus, vel consulentibus, aut exequentibus in præiudiciũ, seù diminutionem Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis, præter indispensabilem integræ restitutionis obligationem; vt diffusius exarabitur in tota secunda parte secundi Voluminis.*

*Proinde pluris faciendo animarum salutem, quàm temporalem cuiuscunq; controuersiæ victoriam, id ad memoriam reuocatum cuperem, ne quis mentis obliuione controuersiæ intentus, immemor fortassè propriæ salutis existeret (quod nimis lachrymabile esset.)*

*Consulat igitur vnusquisq; sibi, recordeturq; dicti Saluatoris,* qui me erubuerit coram hominibus, erubescam & ego eum coram Patre meo, & Angelis Dei; *& Abb. in c. vlt. ad fin. de vita, & honest. cleric. Ang. cons. 24. Iason. in repet. d. l. placet num. 21. Parpal. num. 77. Felin. c. Eccl. S. Mariæ num. 76. de constit. Capra regula 96. num. 42. & seqq. Alba cons. 8. num. 4. & 5. Sylua cons. 32. num. 11. Ruin. cons. 117. num. 8. lib. 4. & cons. 111. ante num. 15. lib. 5. Thesaur. decis. 234. num. 5. ac tandem Baldi cons. 280. ad fin. lib. 2. & cons. 426. lib. 3. quod consulere super istis contra Ecclesiam, non est benè tutum, sed valdè periculosum.*

# ERRATA.

DEVS, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, nouitq; corda hominum testis sit, quibus lacrymis, ærumnis, laboribus, angustijs, animi afflictionibus, præter penè intolerabiles expensas, præ temporum malignitate, & hominum perfidia, his diebus post diram præcipuarum Insubriæ Ciuitatum, & locorum Contagij perturbationem de Anno 1630. & vltra, pluribus inter superstites internis, & externis moribus factis deterioribus illis Cretensibus, de quibus D. Paulus ad Titum cap. 1. hæc volumina impressa fuerint; vt aduersantis Diaboli de more bonis operibus, signanterq; huic Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ Immunitatis propugnationi, assiduas perturbationes omittam. Proinde tam de Litterarum, aut Syllabarum, quàm de quocunq; alio errato in vtroq; Volumine rogo te PIE LECTOR habe me excusatum; nec enim parum, at quam valdè magnum fuit, inter has acerbissimas temporum, & hominum oppressiones, superstitem me fuisse, & sic vtcunq; elaborata è Prælo, melius diceretur è persequentium hostium prælio ipsa retulisse, cum vltra per magnam mercedē adiectam assiduis contumeliosis, ac ferè tyrannicis functionibus TYPOGRAPHORVM, ac chartæ VENDITORVM, assiduis precibus, quotidianis genuflexionibus, amicorum suffragijs, ac Iudicum comminationibus, vt imprimerentur, idq; perlongo, ac prolixo tempore, ęgrè vix obtinuerim.

TY-

## TYPOGRAPHVS LECTORI.

*PROVERBIVM est, Ad pauca respicientes de facili enuntiant; Ideò ne id eueniat, rogo te, OPTIME LECTOR, vt antequam sententiam aliquã proferas, saltem superficiatenus contenta in his duobus voluminibus ponderes; veluti ingeniosam valdè non minus, quàm summè laboriosam lecturam, ac enucleationem omnium iurium pro Ecclesiastica libertate, & immunitate à primordio, tàm legum, & Canonum, quàm omnium scriptorum, ac eorundem consiliorum ad hæc vsq; tempora facientium. Admirabilem illorum ordinis dispositionem. Solertem omnium ad rem facientium perquisitionem. Accuratissimam, ac eruditissimam veri sensus eorum perscrutationem, vt Epitomes, Summaria, Syntaxes, Annotationes, Animaduersiones, & his similia illis adaptata perintimam contentorum quidditatiuam essentiam per quam valdè subtiliter patefacientia apprimè omnibus indicant, cuilibet humano intellectui haud sic facilem; præter tot proprias allegationes, perinsignes additiones, celeberrimas appendices, tàm ingeniosè ex lecturis Celeberrimorum Doctorum, ac ex eorum enucleatione contextas, & alia per quam efficacia etiam ad aliena vota conuincenda; vt de per magnis expensis, animi, & corporis innenarrabilibus afflictionibus, tam longo tempore dictorum studiorum, & impressionum toleratis, vt res ad finem fælici omine perduceretur taceam.*

*Quòd verò, & cur quadam alia pro Ecclesia facientia Auctori apprimè nota, non sint in his Voluminibus reposita, in calce, & epilogo Prima Partis huius secundi Voluminis, exarabitur, vt ibi videre poterit quicunq; voluerit.*

D. Ho-

D. Homobonus de Bonis Clericus Regularis S. Pauli,& Pœnitentiarius,pro Eminentiſſimo, & Reuerendiſsimo D. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Fr. Hieronymus Onuphrius Romanus, Doctor Collegiatus, Conſultor Sanctiſsimæ Inquiſitionis, ac Bononienſis Vniuerſitatis publicus Lector, pro Reuerendiſs. P. Inquiſitore Bonon.

Imprimatur.
Fr. Paulus de Garrexio Inquiſitor Bononiæ.

---

## Approbantium Vota.

*PRODEAS Lætus nunquam peritura memoriæ; Diuinoqꝫ numine afflatum opus magni laboris, & maxima Eccleſiæ vtilitatis fructus, quòd nunquam tibi par fuit, neqꝫ futurum erit.*

# PARS PRIMA.

*PRIMA hæc pars continet Celeberrima consilia, & Responsa decisiua innumerorum pœnè præstantissimorum, ac primariorum magni nominis, ac egregię doctrinæ V. I. Consultorum, verè sapientium ex omni Catholico Principatu, quorum ingenij acumen leges illuminauit, & praclarissima doctrina homines ad veram earum cognitionem, & intelligentiam adduxit, pro vera Catholicæ Ecclesiæ libertate, & immunitate, sibi omni Diuino, & humano iure debita scribentium, edocentium, & consulentium, cæterosq; omnes in sui sententiam, pro æquitate, aduocantium.*

## CELEBERRIMI
Ac omnium Primarij legum Professoris, & illuminatoris V. I. Consulti

## BALDI VBALDI DE PERVSIO
V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 31. in ordine in suorum consiliorum libro primo.*

Nullum quorumcunq; laicorum statutum obligare potest Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas ad gabellas, onera, & munera, maximè extraordinaria.

## *SVMMARIVM.*

1 *Statutum volens, quòd quilibet emptor, & venditor teneatur soluere tale quid, an habeat locum, quando quis emit ab Ecclesia.*

2 *Et quid iuris sit quando Ecclesia vendit res, pro quibus ipsa non soluebat gabellas, an emptor ipse teneatur soluere.*

## IN CHRISTI NOMINE.

1 Statutò Ciuitatis Astensis cauetur, quòd quilibet venditor, & emptor in solidum teneatur soluere certã gabellam, modo quidam subditus statuẽtium emit ab Ecclesia. Quæritur, vtrum gabella debeatur? & certum est, quòd Ecclesia non tenẽtur: quia non est subiecta statuentibus, nam statuta condere est iurisdictionis, vt patet ex diffinitione iurisdictionis ff. de iurisdi. om.iu. l. 1. & statutum fit quãdoq; iure principatus, & appellatur constitutio: vt ff. de consti. prin. in rubro, & nigro, interdum fit iure poli: & appellatur statutum municipale, vt ff. de decre. ab ord. fa. l. municipali, interdum fit iure magistratus: & appellatur edictum prætoris. vnde & constitutio Episcopi edictum prætoris est, vt C. quod quisq; iur. l. 1. §. qui magistratum, interdum fit iure congregationis licitæ, & appellatur ius ciuile illius corporis, vel collegij, vt ff. de consti. prin. l. 2. in fi. à quocunque tamen fit statutum validum, dicitur fieri ex iure iurisdictionis in genere sumptæ, cum igitur laici in clericos nullam habeant iurisdictionem, vel potestatem, non possunt aliquam statuere contra eos, vel

in ipsos, vt extra de consti.c. Ecclesia S. Mariæ libertas.n.clericorum tanta & talis est, quòd non potest subijci legibus laicorum: quia scriptum est, nolite tãgere Christos meos.s.nec in persona, nec in bonis, vt no.in aut.de non alie.§.vult enim hoc probatur expresse etiam de iure ciuili, C.de sa.san.Eccle. l.placet.Item probatur per nouissimas cõstitutiones Federici Imperatoris, C.de sac.san.Eccle. Auth.cassa,& irrita,& C.
2 de Epi. & cle.Authen.item nulla communitas. Modò sequitur videre, licèt Ecclesia nõ teneatur, vtrum laicus teneatur? Et primò inquiramus de mente statuti. Secundo de potentia, præsupposita mente pro certa, & redeo ad primũ, & videtur, quòd mens statuti non fuerit obligare nisi contrahentes, qui pariter possunt obligari, vt ff.de vulg. sub. l. hoc iure. §.sed si alter. & C.de impu. & alijs sub l.quamuis. in contrarium videtur, quòd si duo rei in solidum constituuntur.vnus vtiliter alter inutiliter, vel duo fideiussores, vtile per inutile non vitiatur, vnde qui potest obligari, obligatur, & qui non potest obligari, non obligatur, vt ff. de fideius. l.si Titius,& Seia. videtur in proposito, quod obligetur subditus,& non obligetur Ecclesia. Solutio: prima facie hæc quæstio videtur terminari per casum ad litterã ff.de publica.l.licitatio §.mercatores, vbi dicitur; quod si aliquis emit à fisco, licèt fiscus non teneatur ad vectigal, tenetur, tamen ipse emens, hic est considerandum. Nam aut onus gabellæ est annexum cõtractui, aut contingit ex actũ separato: puta, emi frumentum ab Ecclesia, & illud exporto per loca, in quibus gabella colligitur, primo casu non videtur statutum loqui de contractibus celebratis cum Ecclesia, quia per indirectum esset cõntra libertatem Ecclesiæ, nam tantò minus Ecclesia venderet rem suam, quantum est illud onus: pluris enim venditur res libera, quàm res onerata: nam lege vel pacto ista ratio subtiliter ponitur. ff.de ser. expor. in l.si venditor. Si autem istud onus contingit ex facto separato, quod nihil habet commune cum origine contractus, tunc emptor tenetur soluere licèt Ecclesia non tenetur soluere: quia factũ emptoris nihil habet commune cum facto Ecclesiæ, vt d.§. mercatores, licet Bar.dicat

 ibi,

ibi, quòd munera extraordinaria talis emptor non tenetur subire, cum habet titulum ab Ecclesia. Ergo si emo fundum ab Ecclesia, quę non soluebat decimas, & collectas extraordinarias, & arbitrarias, nec ego tenebor soluere etiam pro pro tempore futuro. Quod salua reuerentia Doctoris mei verum non est, quia mutato statu personæ rei statum conuenit immutari, vt C. de impo. lucra. descrip. l. 1. lib. 10. Et quod ob reuerentiam clericorum, vel Ecclesiæ cōceditur, eos non egreditur, vt ff. sol. ma. l. alia §. eleganter, vnde colonus partiarius benè soluet decimas de sua parte, licèt monasterium, à quo conduxit, non solueret de sua portione, quia diuersitas personarum separationem recipiunt, arg. C. si vnus ex pluribus ap. l. 1. in ratione litteræ. porrò in vno casu posset saluari quod vbi Ecclesia non soluit pedagium, nec emptor .s. quando emptor ex pacto transportaret merces expensis Ecclesię, arg. ff. loc. l. pe. §. nauem. Ex prædictis apparet, quòd etiam si clara essent verba statuti: quia loquerentur tam de personis subiectis, quàm de non subiectis: tamen nec plus, nec minus deberet solui gabella, quam vt superius dixi. Et multum commendo subtile consilium in ista materia latum per I. V. Doct. Dominum Manuelem de Ast, charissimum meum.

Ego Baldus.

# Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum
# EIVSDEM CELEBERRIMI
## Legum Interpretis omnium Antesignani In eadem Causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

*Et est 247. in ordine inter suorum consiliorum libro primo.*

EPI-

Professus, seù professa in quacunq; Religione quoquomodo bonorum capaci, excludi nō potest à successione; Proinde statutum Med. vol. 1. ca. 484. §. Illa persona, &c. & alia consimilia impedientia professos, tanquam ciuiliter mortuos à successione bonorum, nil valent nec citra nefariam læsionem Ecclesiasticæ Immunitatis afficere possunt Ecclesiasticas personas.

## IN CHRISTI NOMINE.

Præmisso statuto, in quo disponitur, quòd si qua persona ingressa fuerit aliquā domum regularē, & de cætero ingrederetur, vel aliter se Deo dedicaret, vel Deo dedicata esset, & fecerit professionem, nihil ipsa, nec domus, quam ingrederetur, vel ingressa esset, petere possit à parentibus, vel fratribus, vel sororibus, vel agnatis suis vltra data, vel promissa sibi pro receptione de ea facta, & quod ei per potestatem Cumatū, nec per eius iudices, nec per consules Cumanos iustitię reddatur ius, nec audiantur contra prædicta; & si certa quantitas non esset promissa, vel data specialiter, quòd non possit habere de hæreditate, & bonis paternis vltra lib. 200. tertiolorum, & si vltra prædictā hæreditatem vel possideret, & teneret, q̄d hæredes, vel cōsortes masculi possint sine auctoritate sine banno aliquo, vel pœna criminis ingredi possessionem, & tenere prædicta, modò accidit casus, quod quædā Domina Philippina Monialis cessit fratri suo cum cōsensu monialiū, & ministri; sine tamen auctoritate diœcesani, quæritur, an valeat; quia non apparet vtiliter contractum pro ipso Monasterio, eo quia pecunia tota remissa fuit per moniales, & ministrum ipsi Dominæ Philippinæ. Secundò quæritur, nunquid dicta cessio effectualiter fieri potuerit obstante statuto pro parte conuenienti vigente in Ciuitate Cuman. & specialiter statu-

tum disponens super ingredientibus Monasteriũ, & Deo se dicantibus, præsupposito quòd istud statutum nõ sit contra libertatem ecclesiasticam, & etiam quòd dictum statutum nunquam fuit practicatum, quia non extitit casus. Tertiò quæritur, quòd dicta monialis in hæreditate matris suæ habebat cohæredem fratrem suum, qui decessit relicto sibi superstite patre suo, qui pater renunciauit hæreditati sibi delatæ per filium, d. Domina Philippina iã existente ingressa, nunquid dicta portio repudiata per patrem accreuerit portioni Dominæ Philippinæ? Ista puncta consistunt principaliter in duobus, primò in successione, secũdò in iuris cessione, quantum ad successionem pertinet, certum est, quòd ista monialis de iure communi succedit, vt Cod. de epis. & cle. leg. Deo nobis, & extra de proba. c. in præsentia. Restat respondere ad statutum, & non disputando, an dictum statutum valeat, quia in puncto præsupponitur statutum valere, solummodo considerandum est, quid statutum sentiat, & quid importẽt verba statuti, & quidem statutum habet duas partes, prima pars est, quando certa quantitas est data, vel promissa pro receptione de ea facta, & ipsa pars est generalis, secundò quando nihil datum, vel promissum pro receptione, & ista non loquitur nisi in hæreditate paterna; vnde in materna stamus iuri communi, succedit ergo matri de iure communi; nam si non succederet, non posset in bonis matris petere ducentas lib. & excluderetur in totum; nam statutum non loquitur de petendis ducentis lib. super bonis matris, sed super bonis patris. Cum igitur non posset habere auxilium statuti, ergo nec habet grauamen statuti: quia quem non honoro, non onero, vt C. de fideicom. l. ab eo. Item certum est, quòd statutum non corrigit legem, nisi in casu expresso, vt C. de colla. l. illam in verbo, eo quod vlla constitutio & c. Ad hoc faciunt iura vulgaria: quia quod non corrigitur, quare stare prohibetur? Item quia similitudine non proceditur ad legum correctionem. Item quia de viro lex loquitur. Item quia ista monialis est capax tribus temporibus; ergo nec statutum, nec ius commune obuiat ei. Item ista ante ingressum mon. acquisierat

hære-

hæreditatem maternam, vnde semel hæres, non potest desinere esse hæres, vt ff. de mino. l. & si sine §. sed quod Papinianus, vt ff. de hære. insti. l. ei, qui soluendo, & hoc de primo puncto. Venio ad secundum punctum de cessione; & dico, quòd dicta cessio valet, quia iura consistentia in pecunia, & ipsa pecunia possunt alienari sine decreto, cum auctoritate prælati, sicut minor potest cum auctoritate curatoris, vt no. ff. ad Trebell. lege. 1. §. fuit quæsitū, & lege potest de auctor. tut. per gloss. & Dy. secus esset in cessione immobiliū rerum, quia requiritur decretum, vt C. de prædijs min. l. si ad resoluendam, & no. in l. 1. C. si aduer. transac. nā quod in nomine est, tale intelligitur esse, quale est in substantia rei debitæ, vt no. in l. mouentium, ff. de ver. sig. non obst. testes, qui vidētur velle reprobare instrumētum dicentes, quòd non interuenit numeratio, quia dictum eorum nō concludit de necessitate. nam ad positionem minoris summæ non excluditur maior, nisi adijciatur dictio taxatiua, vt no. C. de prob. leg. rationes. Item quia inter coniunctas personas non præsumitur cessio simulata, vt no. do. Dy. in l. patrem ff. quæ in frau. cred. Item quia pecunia potest solui in sacculo, & dicitur numerata, si partes confitentur, licèt tabellio cautius faceret, si videret actum numerationis, & ipsam pecuniam, vt ff. de vsufru. l. sed & si quis stipuletur, alias incipit adhuc interest. ver. si verò simul in sacculo, his igitur omnibus atten. & cōsidera. dico dictam cessionem valuisse, & ex ea agi posse. De iure autem accrescendi non est dubitandum, quia portio repudiata accrescit agnitæ etiam de necessitate in hæreditatibus, licet in legatis accrescat de voluntate, nisi esset annexum, quod portiones redderet inseparabiles, vt no. ff. de acq. here. l. si seruus cōmunis ab extero, & C. de ca. tol. §. his itaq; cū §. seq. & iura sunt vulgaria.

Ego Baldus.

# Consilium, & Responsum Tertium Decisiuum

## EIVSDEM CELEBERRIMI Inter Legum Professores Antesignani In eadem Causa Ecclesiasticę Immunitatis.

*Et est 280. in ordine in suarum consiliorum libro secundo.*

EPITOME.

Stante statuto, quòd nullus ciuis possit alienare de bonis suis, quin omni tempore soluantur datia, & collectæ, etiam si esset clericus, vel Ecclesiasticus locus (*Vt est noua constitutio Med. lib. 1. cap. 1. tit. de onerebus, quòd bona transeant cum onere suo, quòd fide iubeant, &c.*) Quid de clericis, qui possident bona patrimonialia, vel alia ex successione, vel contractu, an teneantur soluere collectas post dictam acquisitionem impositas per commune, & ibi multa de colle. clericorum & de opinione Bart. l. rescri. ? *fauore tamen Eccles. ∡ resoluitur.*

PRæmisso statuto ciuium iuramento firmato, quod nullus ciuis possit vendere, vel alienare de bonis suis, quin omni tempore soluatur datium, & collecta, etiam si esset clericus vel ecclesiasticus locus. Queritur, quid de clericis, qui habent, & possident bona patrimonialia, vel alia ex successione vel contractu: vtrum teneantur soluere collectas post dictam acquisitionem impositas per Commune. & videtur, quod non; quia clerici in rebus suis habent illud priuilegium, quod habet Ecclesia in rebus Ecclesiæ, vt no in c. fi. de vita, & hon. cler. per Bar. hanc. q. plenè tangit Spec. in Spe. de cle. coniu. & ibi tenet expressè, quòd clerici non tenentur soluere collectas, sed bene tenentur soluere

uere tributa, & subdit, quòd collectæ differunt à tribu. quia tributa perpetua sunt, & certa: sed collectæ mutantur,& variantur pro varietate imminentium negotiorum:tamen Spe. loquitur,quando sumus mere in iure communi.Sed quando ciues inter se faciunt statutum, vel pactum cum Syndico Communita.quod non possint transferre in præiudicium fisci, nil de hoc tangit Spe. Bar. autem tangit, & primo dicit, quòd collectæ imponuntur personis,pro rebus vnde non debent imponi clericis; quia non sunt subditi, vt l. rescripto, §. sciendum de mun.& hon. dicit tamen, quòd hoc potest esse remedium, quod ciues faciant statutum; quia omnia prędia sint tributaria pro datijs, & collectis soluendis, nam ex hoc bona sunt hypothecata cōmuni,& affecta,ita quòd in quemcunq; transeant,transeunt cum suo onere,& cum sua qualitate, vt C. de test.milit. l.cum à patre, hoc .n.est debitum hæreditarium, & ideo transit ad quēlibet hæredem: nec.n,ideo oneribus hæreditarijs quisquam liberatur,quod clericus sit, vt ff.de verb.ob. l.2. §.ex his, nam etiam ad clericos res transit cum sua causa, suisq; vitijs, vt ff.de acq. pos. l. Pompo. §. cum quis, nec ob.auc. item nulla communitas C.de episc. & cle. quia illa auc. debet intelligi, nisi bona per prius sint affecta per pactum, vel quasi,vt per æstimum factum in cōmuni cum perpetua promissione pro se, & suis successoribus soluendi collectas, & functiones generales,vt no.ff.ad mun.l.incola.si .n.specialiter aliquid imponeretur clericis,talis impositio esset contra libertatem Ecclesiæ, & sic non valeret. Sed quando collecta imponitur prædijs iuxta æstimum factum in communi, istud non est contra libertatem clericorū. Item nec prędia sunt libera;quia iam hypothecata,& est iste casus, in quo hypotheca producit obligationem personalē similem C.de bo.quę li.l.cum oportet §.sed cum tacitos,& alibi inuenitur hypotheca sine personali, vt ff.de pub.l.commissa,& C. de vsuc. & l.1 suc. Ista opi. Bar. vsu inualuit, ita quòd clerici per episcopum suum debent compelli ad soluēdum ista onera, quæ natura sui sunt mixta; tamen per consensum antiquorum dominorum redacta sunt ad instar realium. Quinimo in

mo in multis locis ipsi laici sibi ius debent iniecta manu in ipsa prędia faciendo accipi redditus tam dominis, quam colonis. Nam cum antequam res peruenirent ad clericos, possent per laicos disponi tāquam res eorum proprię sint, & sic praeambula horum acquisitionis clericorum essent affectae, licèt sub quadam incertitudine futurae designationis, meritò standum est statuto: quia inspecto initio non valuerunt, nec possunt conqueri clerici, quia nihil de eorum iure amittitur: quia non potuerunt acquirere, quod non erat .i. non potuerunt acquirere libertatem, vbi erat seruitus perpetua, vt ff. de acq. re. do. l. alienatio, & ff. de ser. rust. praed. l. viam cōstitui. §. si fundus: mirabile tamen est, quòd ista cautela infringatur tota libertas clericorum; quia in effectu idem est hoc dicere, quòd clerici sint subiecti laicis, quod est impossibile, vt in c. vlt. de cēs. & in c. si diligenti de for. compe. cum tota sua materia, nisi dicatur, quòd non est verum, quod sint subiecti, sed res bene sunt subiectae: quia cum hoc onere peruenerunt ad clericos, sicut si perueniret ad eos res emphyteutica, vel censualis, quę deberet censum priuatae personae, nam nō debet esse deteriori loco fiscus, quàm aliae personae singulares, immo meliori. Et opin. Bar. propter publicam vtilitatem, & publicas necessitates est in vsu, & aliàs esset damnare totum mundum. Sed Ia. But. in d. auth. item nulla communitas, in lec. non se firmat, tamen satis dat intelligere, quòd antequam collecta sit imposita, bona non sint hypothecata: quasi hoc sit impossibile, & sic principium acquisitionis dominij erit liberum, & nō affectum, & ex hoc sequitur statim, quod clerici nō tenētur ad nouas collectas, quia eorum praedia quantum ad hoc, non videntur de territorio, siue districtu laicorum. Et ista est tutior opinio: quia periculosum est in istis loqui contra Ecclesias, & clericos; tamen opinio Bar. de facto seruatur, nisi sit alius modus, vbi per obligationes antecessorum, quòd clerici pingues teneantur pro bonis patrimonialibus, vnà cum suis conciuibus conferre ad ea, quae reipub. expediunt, in quibus vniuersorum salus, & incolumitas procuratur. & certè in casibus necessita. ipsi deberent seipsos

offer-

offerre: vt quod omnes tangit, ab omnibus sentiatur, per hoc tamen non dico, quòd laici faciant statuta, aliàs non facturi nisi odio clericorum, nam tunc factum in fraudem ecclesiasticæ libertatis crederem non valere.

Ego Baldus.

# Consilium, & Responsum Quartum Decisiuum EIVSDEM CELEBERRIMI Ac lucidissimi luminis inter legum professores primarij, & summi In eadem Causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

*Et est 132. in ordine in suorum consiliorum libro tertio.*

## EPITOME.

Stante statuto (*vt est Med. constitutio lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus, quòd bona transeant cum onere suo, &c.*) quòd quis non possit alienare rem immobilem in personam, quæ non soluat collectas, &c. si quis legauerit alicui Monasterio, seu pio loco rem immobiliter solitam soluere collectas per onera testa. monasterium, seu pius locus non includitur sub dicto statuto, & per consequens non tenetur ad dicta onera.

SVB. titulo, non licere habitatoribus Pontesturæ vel aliunde loca sua, &c. In alienos transferre, qui, vel quæ non soluerit, vel soluere recusauerit fodra, taleas, vel datia, vel collectas, &c. non continentur pia loca, vt monasteria, Ecclesiæ, & hospitalia canonica authoritate fundata, & hoc pluri-

pluribus rationibus. Primò, quia illa verba, alicui personæ, vndecunq; sit, non includunt pia loca, quia aliud est legare personæ, aliud loco, ff. de an. leg. l. annua. §. à Titio ff. quod me. cau. l. metum §. animaduertendum, & no. in c. 1. extra de sepul. eo. ti. c. dudum § verum, in cle. sẽper. n. ista ponuntur vt separata, persona .n. est animata substantia, locus verò, etiam sine persona iuris intellectum habet. vnde propriè loquendo vacante sede non deest Ecclesia, sed persona, sic & mulier dicitur vacans, quæ est sine marito, tamen in se proprium esse habet. ad l. Iul. de vi. l. qui cętu. §. qui vacantem, & aliud est Ecclesia, aliud persona in Ecclesia, de testamentis. l. requisisti, quod cuiusq; vniuersitatis nomine, l. sicut §. fi. in fi. cum fi. Secunda ratio est, quòd hospitalia sunt exempta à legib. sęculi. C. de episc. & cle. l. omnia priuilegia. Et in generali dispositione non continentur exempti, vt no. C. de silentia. & decu. l. decurioni. li. 12. nisi expressa mentio fieret de priuilegijs. Tertia ratio est, quia si istud statutum intelligeretur de locis sanctis .i. ecclesiasticis, esset contra libertatem Ecclesiæ, & non valeret; quia sequeretur quòd non possent Ecclesiæ dotari, nec ditari, de sen. exc. c. nouerit per Inno. Quarta ratio, quia talia statuta extenderentur ad loca Deo dedicata, quod prohibitum est, ar. ff. de pac. l. nemo. & in Spe. de immun. Eccl. §. vl. non ergo valet statutum, ne possit in Ecclesias alienari, si dominium est francum. An autem possit aliquis modus inueniri, quòd talia prædia sint obligata pro collectis, Bar. de mu. & ho. l. rescripto §. fi. Iac. Bu. aliter dicit, sed de hoc ad præsens non expedit dicere, ex omnibus ergo consideratis rebus sicq; se habentibus, & legatum valere dico, & quod est sanctum sanctorum Deo ad collectas non teneri puto. Ego Baldus.

# Celeberrimi, ac Egregij V.I. Consulti BARTHOLOMAEI SOCINI SENENSIS Aduocati Conciſtorialis V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

*Et eſt 14. in ordine in ſuo conſiliorum libro.*

*Et eſt notandum, quòd hic inſignis vir fuit per multos annos primarius Legum profeſſor, & Interpres in lucidiſſimo Bononienſi, & Patauino Studio.*

## EPITOME.

Nullum ſtatutum laicorum prohibens alienationem bonorum immobilium in non ſubditum (*Vt inter alia eſt ſtatutum Med. lib. 1. cap. 4. §. Illa perſona, & decretum Nou. Conſt. §. collegijs*) afficere poteſt Eccleſiaſticas perſonas.

Summario non eſt opus, vbi totum reſcriptum concludit id, quod eſt in Epitome.

*In nomine Domini. Amen.*

Circa dubia data per indicare debentem: Capio primum dubium, & reſpondeo in primis, quòd dictum ſtatutum non ligat clericos contrahentes, ſeu contractus clericorum, quia lex inferioris à Principe, quantumcúque etiam fauorabilis, nõ ligat actus clericorum, caſus eſt in c. Eccleſia S. Mariæ, extrà de conſti. & iſta eſt communis opi. Cano. ibi quicquid dixerit Bar. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trini. & fide

catho-

catholi. Sed adhoc posset quis dicere, quòd ligat, & ligare potest subditos laicos alienantes, in sibi non subditos, per tex. & ibi no. in l. cunctos populos, C. de summa Trinita. & fide cath. ergo cum agatur de nullitate alienationis laici in clericum, alienationem factam à laico sibi subdito irritare potuit per prædicta. quia non dicitur ligare clericos, sed sibi subditos, per ea, quæ notat Fede. de Senis consilio 77. & Bar. in l. rescripto §. fin. ff. de mune. & hono. cum similibus. Nam adhoc respondetur quòd hanc rationem tollit expresse glos. Ioan. An. in c. fina. de immu. Ecclesiarum lib. 6. in ratione decidendi vbi vult, quòd licèt prohibita sit alienatio subdito, tamen si fit Ecclesiæ, valet etiam respectu subditi, quia nō potest ligare subditum alienantem, quin ligaret Ecclesiam, in quam fit alienatio, vnde attenta ista ratione sicut statutum non ligat clericum, ita nec subditum contrahentem cū clerico, & licèt decisio sit diuersa, eadem tamen est ratio decisionis. Præterea respondetur, & clariùs per ea quæ ponit insignis Doctor Pet. Anchar. in repe. cap. canonum. in 12. q. principali col. 103. ver. hic cadit quæstio disputata, vbi refert dispu. solennis Doctoris, & concludit post eum quòd vbi statutum inhabilitat subditum ad actum gerendum, quòd aut talis actus dependet ab eo solo, puta factio testamenti, & tunc siue subditum, siue non, hæredem instituat, non valet; aut actus dependet ab vtroque, vt in cōtractu vltrà citròque obligatorio, & tunc distinguit, quòd aut nō subditus sciuit prohibitionem statuti, & non valet, aut ignorauit, & valet, vnde alieni statuti ignorantia præsumatur, l. verius ff. de proba. & no. in l. cunctos populos C. de summa Trinita. igitur &c. & hæc auctoritas decidit quæstionem. Præterea hoc deducitur concludenti ratione, nam diuisio, de qua agimus, non magis esse dicitur actus laici, sed dicitur actus mixtus, & inseparabilis; igitur ratione dicti contractus initi à clerico, & laico ratione connexitatis, dicitur sortiri forum ecclesiasticum, per ea quæ notant Dy. & Bartol. in l. iurisperitos §. cum oriundus ff. de excusat. tuto. & not. Bar. in l. præcipimus §. eodem obseruando C. de appellatio. cum similibus, sed forum

sor-

sortiri, & statutis loci subijci procedunt à pari, vt not. gloss. & Docto. in cap. quod clericis de for. compe. & Cald. in sua disputatione quæ incipit, statuto cauetur, & in alia quæ incipit, quidam clericus, & Innocen. in rubrica de consue. cum similibus, qua ergo ratione non sortiuntur forum, ea nec statuto ligantur.

Secundò etiam principaliter respondetur, quòd dictum statutum nõ habet obstare, quia ex forma capitulorum concessorum Pisanis est, quòd cessantibus statutis recurratur ad ius commune, appellatione autem iuris communis venit ius Romanorum, insti. de iure natura. gentium, & ciuili. §. sed quoties, & ita per illum tex. tenet Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de arbitris, §. excipitur versiculo, itẽ quòd corruptus, vbi post Guidonem de Suza. vult, quòd si fiat cõpromissum, cum hoc quòd laudetur de iure, intelligi debet de iure communi Romanorum, & tamen simpliciter dictum fuerat de iure, & Bald. in l. quicunque C. de seru. fugitiuis. Et hoc est verius eo, quod consuluit Ludo. Roma. maximè in casu nostro, probatur euidenti ratione: nam antequam esset reformatio prædicta, quæ fuit facta multò postquam Ciuitas Pisana fuit affecta subdita: clarum erat, quòd recurrendum erat ad statuta Florentina, arg. gloss. in l. ex ea. ff de postu. cum ergo Ciuitas Florentina posteà hoc concesserit, nõ video, quod talis concessio aliquid operetur contra l. si quando ff de leg. 1. & hæc opin. est verissima, & ideo in practica fuit recepta, à qua nõ est recedendum, l. minimè ff. de legib. cum simi. & ex hoc fundamento tollitur etiam iudicio meo omnis difficultas.

Circa aliud dubium, an debeat attendi tale statutum, ex eo quia ibi confectum est compromissum, & latum laudum, & per id quod habetur in l. exigere ff. de iudic. cum simi. dico, quod not. in d. l. exigere, procedunt speciáliter in dote, vt dicunt Bar. & Docto. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. & veritas est, quod respectu solemnitatis ipsius cõtractus, inspicitur locus confecti contractus, l. semper in stipulationibus ff. de regu. iuris. Sed respectu executionis inspicitur locus,

cus, in quem collata est executio l. contraxisse. ff de action. & & obligatio. Et ista est communis theorica omnium in d. l. cunctos populos, ergo cum diuisionis executio fieri debet in Ciuitate Pisana, talis locus debet attendi. Præterea probatur ratione euidenti, isti contrahentes, qui erant statim recessuri, non dicuntur fuisse sortiti forum in loco, l. hæres absens §. 1. ff. de iudici. traditur in l. 1. in prin. ff. de vsu. sed, vt dixi supra, sortiri forum in loco, & subijci statutis à pari procedũt, & tenet etiam Specu. in ti. de constit. §. 1. & Doctores in d. l. cunctos populos, ergo qua ratione non dicuntur subdi foro, eadem ratione non dicuntur subiecti illi statuto vigore illius contractus, & ex his clarè soluitur dicta dubitatio.

Circa aliud dubiũ, quòd cessantibus statutis alienatio præsumitur facta in fraudem inspecto iure communi, & id fit ex duplici respectu: primò ratione vicinitatis, per no. in l. si vẽtri. §. in bonis ff. de priuile. credi. secũdò ratione alienationis omnium bonorum, per no. in l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. credi. Sed adhoc multipliciter respõdetur, & in primis multùm me mouet, quod dicit Ioan. de Imo. in l. post cõtractum, vbi in tali præsumptione alienationis omnium bonorum titulo oneroso requiritur, adhoc quòd dicatur facta in fraudem, alterum de duobus; vel primò quòd sit facta satis pro minori pretio, quam valeret, per no. in l. si debitor. ff. quæ in frau. cred. & in c. ad nostram, de iureiur. Vel secundo posito, quòd pro iusto pretio, pecunia posteà non apparuerit: sed fuerit occultata, secùs si apparebat, vt in casu nostro, quia iustè apparet diuisio facta, & vnicuique fratrum sua pars assignata, igitur non debet præsumi in fraudem facta. Ex eo maximè quia pro arbitris præsumitur, per id quod no. Dy. in consi. quod incipit. Tholomæus Manentis relato à Bal. in l. fi. C. de contrahen. emp.

Secundò quia palam, & in aperto facta apparet, & non clanculum, per no. in d. l. post contractum, quia sicut quando clandestinè, præsumitur fraus, ita quando palam, præsumitur quòd bona fide, & hoc maximè in diuisione, in qua non video quòd assignata parte legitima cuique, possit argui ali-

qua

qua fraus. Secundò principaliter respondetur, quia posito quòd de iure communi censeretur facta in fraudem, dico quòd ad irritandum contractum opus fuisset agere actione reuocatoria, vt patet per totum titulum ff. de his quæ in fraudem creditorum, & hoc etiam decidit apertissimè hanc difficultatem. Tertiò, & vltimò in toto processu agitato cum isto clerico, nunquam apparet probatum, neque deductum quòd illi fuerint effecti cessantes, quod erat probandū, tanquam fundamentū eorū intentionis, per no. per Bar. in l. in illa ff. de verbo. oblig. & per Bar. in l. non solùm §. sed & vt probari ff. de noui. oper. nunciati. cum similib. Et miror qđ fiat fundamentum in quibusdam testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, primò quia nō memini me legisse hãc practicam, quòd quando instat tempus examinationis testium, iure ordinario examinentur ad perpetuam rei memoriam, qui in processu legitimè poterant examinari, contra omnia iura, & rationes quæ plenè habētur in c. quoniam frequenter extrà vt lite non contest. & in l. Aquilia si deletum ff. ad legem Aquiliam. Secundò quia pronunciatum fuit recipiendos contra fratres istius clerici, ergo contra istum clericum non probant, per nota. in l. sæpe. ff. de re iudi. & in c. causamque de testibus cum simili.

Tertiò quia etiam quòad istum clericum fuerunt publicati ipso non citato, & sic talis publicatio non valet, l. in causæ §. 1. ff. de mino. & no. in c. cū I. & A. extrà de re iudic. & ex hoc vltimo fundamento tollitur fundamentū statuti, & iuris communis. Sed posito quòd omnia prædicta cessarent, cùm clericus probet se possidere ante concessionem tenutę, multiplici ratione, & inconuincibili ostendo, quòd talis datio tenutæ fieri non potuit: prima ratio est ex defectu iurisdictionis, quia iudex sæcularis in clericum possessorem nullam habebat iurisdictionem sibi pronūciandi tenutam, cōtra eum, c. si diligenti extrà de foro competenti. Secūda ratio est, quia posito quòd habuisset iurisdictionem, quia talis concessio tenutæ fuit facta ipso non monito, vel citato, contra l. de vnoquoque ff. de re iudi. & l. nam ita diuus ff. de adop. Tertia,

& vltima ratio est, quia posito quòd fraudulenter fratres desijssent possidere, alienando in fratrem, tamen non poterat concedi tenuta contra ipsum possessorem, sed priùs agēdum erat reuocatoria; ita in terminis nostris decidit Bartolus in l. à Diuo Pio, §. si super rebus ff. de re iudicata. in penulti. quęst. Ex quibus omnibus patet lippis, & tonsoribus hunc clericum fouere iustitiam: aduertat igitur dominus iudicare debens, quòd non faciat contra conscientiam, quia ædificabit ad gehennā, prout dicit tex. in cap. litteras de restitu. spoliatorum, sitque memor quòd apud eum non debet esse acceptio personarum, sed ita magnum iudicare debet, vt paruulum, vt dicit Pontifex in c. nouit. extra de iudicijs. Cætera suppleat eminentissima scientia iudicare debentis. *Laus Deo omnipotenti*

Bartho. Socin. Sen. I. V. D.

## Celeberrimi, ac Egregij V. I. Consulti ANTONII DE BVTRIO BONONIENSI.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 40. in ordine in suo consiliorum libro.*

*Et notandum quòd iste vir fuit Acutissimus Cæsarei, & Pontificij Iuris Interpres.*

### EPITOME.

Nullum Statutum laicorum (*quemadmodum illud Med. vol. 1. cap. 484. §. Illa persona, &c.*) seu constitutio (*vt illa Med. lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus, &c. & de fideiubendo, &c.*) ligare, nec afficere potest Ecclesiam, seu Ecclesiasticas personas.

SVM-

1 *Ecclesia an per statutum laicorum possit astringi.*
*Statutum restringitur ad metas potestatis statuentium.*
2 *Iudex ecclesiasticus an possit laicos statuentes compellere ad declarandum eorum statuta non comprahendere Ecclesiam.*
3 *Priuilegia ecclesiastica an se extendant ad rectores hospitalium.*

1 Breuibus me expediam, non quòd timeam dictum Celeberrimi Baldi cons. 28. lib. 2. quòd non benè tutum, at per quàm valdè periculosum sit super his consulere contrà Ecclesiam; cum ego, non contrà, sed pro Ecclesia scribam; sed tum quia quodammodo abhorret animus hæc inter Catholicos in dubium vertere; tum etiam quia si quis alieni voti esset, frustra effunderetur sermo, vbi non esset auditus. Nullam igitur dico esse dubitationem, quòd constitutio, seu statutum laicorum astringere non possit Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas 26. distinct. c. hi quidem de constitu. c. quæ in Ecclesiarum, & c. Ecclesia de rebus Ecclesiæ non alienandis ca. fi. de immunitate Ecclesiarum, per totum. Et si non adstringeret statutum in specie, nec in genere ad Ecclesiam extenditur, quia statutum restringitur ad metas potestatis statuētis, vt c. à nobis, de senten. excommunica. c. vt animarum §. statuto de constit. lib. 6. quicquid senserit Bar. in l. cunctos populos C. de summa Trinitate, & fide catholica, qui etiam in tali casu decidit pro hac parte, cùm detrahendum de relictis sit circa ea, in quibus Ecclesia priuilegiata est, & sit eius immunitatem violare. Et sic concludit Ioan. Andre. etiam in statuto in genere loquen-
2 te, de immunitate Ecclesiarum c. fi. lib. 6. Quinimò compellere posset iudex ecclesiasticus laicos ad declarandum statuta non comprahendere Ecclesiam, vt ibi notatur. Idem concludit solemniter Lapus sua allegatione 21. Federicus de Senis suo consi. 77. ad hoc quod no. Io. Mona. de constit. c. vt animarum, per quę patet hospitalia, si habent Ecclesiam, non

ligari, quinimo nec hoſpitalia non habentia Eccleſiam, dum tamen ſint publica, & auctoritate Epiſcopi conſtituta, quia ſunt ſub poteſtate Epiſcopi, in auth. de ſanctiſſi. Epiſcop. §. œconomos, collatio. 9. & exempta vt Eccleſia à poteſtate ſæculari, de religioſis domib. c. de zænodochijs, & gaudent eccleſiaſticis priuilegijs, in auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. Eccle. 10. q. 2. c. hoc ius ad hoc clemen. quia contingit, de religioſis domibus, quod notat Innocen. de donatio. c. inter dilectos, ad hoc quod notat Hoſt. in ſumma, de regularibus §. 1. verſ. quid de ruſticis. Hinc eſt, quod talia hoſpitalia gaudent immunitate Eccleſiaſtica, vt notatur de cenſi. c. auctoritate. Hinc eſt, quod Lapus tenuit in hoſpitalibus non eſſe locũ miſſioni ſicut in Eccleſijs, ad hoc quod notat Guil.
3 in Spec. de ſtatu Mona. verſ. 36. vbi dicit, rectores etiam hoſpitalium de auctoritate etiam Epiſcopi conſtitutorum gaudere priuilegijs eccleſiaſticis: imò etiam priuilegijs canonis, ſi quis ſuadente: dummodo habitum mutauerint ſæcularem. ad hoc quod notat Guil. in Spec. in tit. de ſtatu mona. §. 1. ver. quid ſi reſtitutus. Hinc eſt, quòd loca pia gaudent in Eccleſia priuilegijs eccleſiaſticis, quò ad reſtitutionem in integrum, vt notatur in c. 2. de reſtitutione in integrũ lib. 6. per Io. And. Talia enim æquiparantur, de teſta. c. requiſiſti. de conſuet c. 2. Hæc confirmat ſolemnis aduocatus dominus Lapus de Caſtilliono in ſuo tractatu hoſpitaliũ, in 11 & 12. q̃ſtionibus.

Ex quibus concludo, talium hoſpitalium ſtatuta non extendi ad Eccleſiam, vel hoſpitale publicum, vt ſupra dixi: & ſi ſecus per abuſum ſeruatum extitit ab Eccleſia, caſſanda eſt conſuetudo, cui Dominus hodie Ciuitatis Bononien. regiminis antiquũ reintegrauit exercitiũ ad talia corrigẽda, de conſuetu. c. 1. de conſtit. cap. quæ in Eccleſ. & cap. cum inter.

Nec obſtat, quòd hoc deputetur vſui etiam pio: quia non eſt altare diſcooperiendum ad alterum veſtiendum. Et quia quantuncunque hoc vtile foret Eccleſiæ ſtatutum, non aſtringit Eccleſiam, vt dicto cap. Eccleſia, & dicto cap. bene quidem, & notatur de iudic. c. nouit. de ſolu. c. ſi. 10. diſtinctio. c. lege, cum ſimilibus. *Sic ſentio ego Antonius de Butrio I. V. D.*

Cele-

# Celeberrimi, ac egregij V. I. Consulti PETRI FERNESII DE ANCHARANO V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum

*Et est 61. in ordine in suo Consiliorum libro.*

## EPITOME.

Ecclesia quin liberè, ac quouis modo, & titulo acquirat, subiacere nullo modo potest laicorum legibus: Proinde statutum Med. vol. 1. cap. 484. §. Illa persona, &c. & Const. Nou. lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus, & fide iubendo, &c. nil valēt, nec citra nefariam Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis læsionem afficere possunt Ecclesiasticas personas.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum disponens non posse relinqui, nisi in certo testamento, an includat relicta Ecclesijs.*
2 *Statuta laicorum Ecclesias non ligabunt.*
3 *Ecclesia in testamento institui potest.*

IN CHRISTI NOMINE, EIVSQ. MATRIS VIRGINIS Gloriosæ Mariæ, & Beati Antonij. Amen.

1 ISta quæstio est parum dubia: quia indultum est priuilegijs Imperatorum corpore iuris clausis Ecclesijs posse relinqui, & hæredes institui. l. 1. C. de sac. san. Eccl. non posset ergo inferior per statutum suum infringere priuilegia Ecclesijs indulta 21. di. inferior. &
2 ele. ne Romani. de elec. Item iura sunt notoria, quòd statuta laicorum non ligant Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas

c. quæ in Ecclesiarum. & c. Ecclesia S. Mariæ de const. Item non obstat supra dictū statutū imò in fi. permittit relinquere Ecclesijs in qualibet vlt. voluntate.& sic testamento Ecclesias instituere. Item si statutum expressè prohiberet Ecclesias institui, vel eis relinqui statutum esset contra Ecclesiasticā libertatem, & statuentes excommunicati in aut. item nulla communitas. C. de Epis. & cle.& c. grauem. de sen.exc. quod ergo non potuissent statuentes expressè disponere non videtur tacitè personas, & loca priuilegiata prohibuisse, vel inhabiles reddidisse, vt ibidem, quia quod non possent expresse, non possunt etiam tacitè.l.qui ad certum.ff. loca. Et colligitur ista ratio ex no. per Io. An. in c. j. de immu. Eccl. li.6. Præterea Ecclesia, & clerici non sunt enumerandi cum personis non subeuntib. onera in communi titulo inter personas non subiectas iurisdictioni communis; nam imò subeunt onera, quia eorum orationibus, & diuinis ministerijs ac sacrificijs liberamur à peccatis,& conseruat De⁹ ciuitates,& loca in quibus diuina celebrant misteria. facit c. vestra de coha. cle. & mu. & in necessitatibus laicorum participant in omnibus, adhibito moderamine. c. non minus de immu. Eccl. & in certis etiam casibus sunt de iurisdictione iudicis sæcularis, de quibus 23.q. 5. c. principes, & hoc non sufficit, vt non comprehendantur appellatione illorum, qui non subeunt onera, vel non sunt de iurisdictione. facit quod no. in c. fi. de offi. dele. li 6. Ex qui-
3 bus concludo, vltimum testamentum in quo est Ecclesia instituta, valere,& ex eo Ecclesiam capere posse. Laus Deo, 10. die mensis Iulij. *Petrus de Ancharano.*

# Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum EIVSDEM CELEBERRIMI Auctoris In eadem Causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

Et

*Et est 129. in ordine in suo consiliorum libro.*

## EPITOME.

Bona quæcunq; in Ecclesiam, & loca pia translata, non sunt amplius de laicorum iurisdictione. Proinde eorum cultores nō possunt laicorum legibus ligari, nec ipsa Ecclesia in eorum acquisitione affici Nou.Const. Med.lib.4. cap.1. tit. de oneribus, & fide iubendo, &c. citra nefariam Ecclesiasticæ Immunitatis læsionem.

## *SVMMARIVM.*

1 *Bona laico pro alendis pauperibus relicta an dicantur bona pia an verò priuata, & prophana.*

2 *Loca pia quæ dicantur.*

3 *Loca pia sunt sub Episcopi potestate constituta.*

4 *Bona pauperibus relicta sine diminutione ad eos transire debent.*

5 *Episcopus pauperes subsidentare debet.*

### IN CHRISTI NOMINE, EIVSQ. MATRIS VIRGINIS Gloriosæ Mariæ, & Beati Antonij. Amen.

1 SVper primo dubio prima facie videtur dicendum, quòd hæreditas siue bona dicti Fräcisci Marci de Prato quatumcumque deputata vsibus, & in alimoniam pauperum, possint præstantiari, collectari, onerarij, sicut bona aliorum ciuium: & hoc principaliter propter ordinationem dicti Francisci, qui domum suæ habitationis cum omnibus pertinentijs voluit intelligi quoddam ceppum horreum, & vt domus priuata, & prophana, & nullo modo esse, vel de iure dici posse Ecclesiastica, nec Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis iudicibus personis subiecta, sed sub gubernatione, manutentione, ac regimine communis Prati esse voluit, & mandauit cum plena, & ge-

nerali administratione erogādi in alimoniam pauperũm fructus redditus,& prouentus bonorum & possessionum, & instituit dictum cippum hæredem, in omnibus suis. Ex istis .n. verbis apparet euidenter dictam domum,siue cippum censeri, vt rem priuatam prophanam, non Ecclesiasticam. Item sub perpetua gubernatione laici,.i. communis Prati deuolutam,per consequens priuato iure censeri, non vt locum pium & Ecclesiasticum, quia non Episcopi autoritate fundatum, igitur, non gaudet immunitate piorum locorum, iuxta no. in cle.quia contingit;ad fi. de reli. do.& per Host. in summa, de reg. §.1. ver.quid de rustico:nō.n. debet implorare auxilium,vel consequi immunitatem Ecclesiæ, nec ab ea defendi qui eam contemnit & spernit, vt fecit testator,arg. c.in audientia, de sen. excom. cum concor. præterea quilibet in re sua est moderator & arbiter.l. in re mandata. C.mand.& maximè testator cuius voluntas est pro lege seruanda, in Aut.de nup. §. disponat, sed Franciscus iste expresse mandauit quod domus sua,siue cippus esset vt priuata,ac prophana:ergo fuit eius intentionis, quòd regulariter secundùm regulam aliarum rerum,& bonorum priuatarum personarum, similem cum illis reciperet disciplinā, c.recolentes, de sta mo. Præterea ista bona deuoluta sunt ad laicum. s. ad commune Prati, & à laico profecta, nulla ergo occurrit ratio quare, quæ ad onera, & præstantias laicorum sint exempta,necesse est enim quòd aut domus religiosa, & pia iudicetur, & tunc subesse debet cōtra ordinationem testatoris, aut vt domus priuata, & tunc iudici sæculari, & eius oneribus debet esse subiecta, non autem vt sic dixerim à se;fal.ar. l.cum non liceat,cum ibi no. de rescri. adhoc c.quo iure de fæu. 8.dist. nec debet dicta domus,siue cippus dici religiosa, postquam non est Episcopi authoritate fundata, nec gaudere immunitate pij loci, facit quod no. in c.de zænodochijs, de religio. do.Sed istis non obstantib. de iure contrarium est dicendum, & præmittendum pro clariori decisione vtrum videlicet illa domus,siue cippus debeat dici locus pius, & videtur quòd nō propter defectum authoritatis Episcopi,absq; cuius consensu non sunt illa loca

pia

pia construenda, sicut nec Ecclesiæ, de consec. dist. 1. nemo. & d. cap. de xænodochijs, sine igitur ipsius authoritate constructa videntur d. molendina c. videas, dist. 19. & c. quã quę contra ius, de reg. iur. lib. 6. cum concor. Imo contrarium dico videlicet, quod dicatur locus pius, licèt authoritas episcopi non interuenerit, & hoc ideo quia deputata est ad hospitalitatem, & opera pietatis pro hoc quod no. Spec. in tit.
2 de instr. edi. §. nunc verò vers. & scias vbi dicit, quod pia loca dicuntur Ecclesię monasteria, & quælibet alia loca in quibus senes, vel infantes, vel aliæ personæ miserabiles, & languidi aluntur, & alia pietatis opera exercentur; adhoc quod no. in c. ad hoc de reli. do. in nouel. vbi post Inno, dicit Io. An. nulli dubium, quòd laicus possit deputare domũ suam ad hospitalitatem, & fundare hospitale cũm oratorio, dummodo non habeat formam Ecclesiæ, non tamen sine authoritate Episcopi ibi poterit celebrari; quantum ad hoc. Item etiam quantum ad aliud, s. vt eidem possint accedere iura spiritualia, requiritur authoritas Episcopi, & ita loquuntur contraria; quãtum autem dicatur locus pius, hoc nõ requiritur, sed sufficit vt in eo exerceãtur opera pietatis, & sic iudicetur ex opere, & effectu, non ex nomine 14. q. 3. pleriq; & hoc patet quia ista loca pia varijs nominib. appellantur, vt in cle. litteris, de præben. in glo. super verbo elemosynarijs. præterea multæ sunt ll. quæ loquuntur de istis locis pijs deputatis ad hospitalitatem, nec de authoritate Episcopi in ipsorum constructione faciunt mentionem C. de sac. san. Eccle. l. sancimus. & l. illud & vt l. inter diuinum, & auth. hoc ius porrectũ, & l. orphanotrophos, C. de epis. & cle. & l. omnes. §. pen. & l. omnia priuilegia eo. ti. & de iure communi videtur approbari quòd fit causa religionis ad sustentationem pauperum, quibus ne alimenta deficiant, quilibet & maximè Episcopus prouidere debet, vt l. priuilegia de Epis. & cle. ad honorem ciuitatis hoc pertinet l. ciuitatibus de leg. 1. Ex quibus liquido infertur quòd domus ista, siue cippus debeat dici locus pius ad pia opera deputatus, quia ad perpetuum vsum, & alimoniam pauperum deputatus, vt dixi, & hoc euidentiali præ-

lis præmisso pro vero, qđ ista sit pia domus siue cippus con-
sequenter infertur decisio dubij, de quo quæritur, videlicet
vtrum possit collectari, præstantiari, vel grauari per cōmu-
ne Flo. & proculdubio est dicendū, quód non, sicut nec Ec-
clesiæ, quibus æquiparantur in omnibus, vt patet in d. l. san-
cimus, & l. inter diuinum, & l illud C. de sac. san. Eccle. & aut.
hoc ius porrectum, patet etiam hoc magis expresse in auth.
item nulla cōmunitas C. de epis. & cle. vbi prohibentur com-
munitates collectare, vel exactionibus grauare Ecclesias, vel
alia loca pia, ibi; pœna banni Imperialis, & restitutionis tripli.
ad idem l. omnes §. priuilegijs, eo. ti. & l. omnia, in fi. vbi patet
quód ista loca pia eisdem priuil. potiuntur, quibus maior Ec-
clesia inclytæ vrbis potitur. Item magnificum cōmune Flo.
gerit vices Imperatoris in suo territorio, sed Imperator dicit
nostræ humilitatis est prospicere egenis, & dare operam, vt
pauperibus alimenta non desint. l. priuilegia. C. de sacros. Ec-
cles. commune ergo Flo. qui Imperatoris vice fungitur non
debet pro collectis alimenta pauperum minuere, sed potius
sustētationi eorum dare operam sicut dominus Imperator,
cuius vices gerit. arg. l. 1. C. de offi. eius qui vi. al. ge. & quod
no. Inn. in c. cam te, de rescr. nulla n. occasione debēt minui,
quæ relicta sunt pauperibus, & opera pia est illis subuenire,
qui suis corporibus laborantes necessarium victum sibi non
possunt afferre l. nulli, & l. si quis ad declinandam C. de epis. &
cle. & ibi dicitur illos Dei potius iracundiam expectare debe-
re, & grauissimam pœnam, qui de talibus relictis aliquid sibi
vsurpare audent, nō ob. quod ista hæreditas, & bona fuerint
Francisci, qui erat solitus pro eis collectari, & præstantiari, &
sic cum isto onere debent transire ad pauperes, & quemlibet
possessorem. l. Imperator ff. de pu. & ca. pacto. de deci. nam
illud verum, nisi transeant ad personam priuilegiatam, quia
tunc pro futuro tempore vtitur priuilegio suo. l. fiscus ff. de
iure fisci, & l. cum quidam. §. fiscus, de vsur. mutātes. n. bo-
na, mutant statum ff. de acq. hær. & l. opponitur, & in c. 1. de
iure pat. lib. 6. & c. 2. de immu. Eccl. lib. 6. non ob. etiam quód
deuoluta sunt ad laicum. i. causæ Petri, quia deuoluta sūt ad

cum

eum, quò ad gubernationem protectionem, & fidelẽ dispensationem, sicut bona quæ relinquuntur Ecclesijs deuoluuntur ad eorum rectores, quò ad prædicta. c. 2. de don. & c. si primatum, 12. q. 2. Est ergo commune vt minister, cuius persona non inspicitur, sed illius in quem commodum detrimtur, l. si dotem ff. ad l. Fal. & l. cum potest §. 1. de leg. 2. non ob. verba, & intentio testatoris, quòd voluerit ista bona haberi, vt prophana, & priuata, & sic exempta ab episcopo, & personis ecclesiasticis. Nam posito, quòd ista potuerit disponere, tamen non sequitur si sunt priuata, ergo subiacent oneribus collectis, quia bona alimentis pauperũ de Prato, vt sunt illa, licèt sint priuata, & ab omni iurisd. Episcopi abstracta tamen sunt exempta ab omnibus muneribus, vt probant multa iura præalleg. & per illa responsũ sit contrarijs quo ad istum

3 passum. Descendo ad aliud dubium vtrum. s. aliquam potestatem habeat in prædicta domo, & cippo Episcopus, vel persona ecclesiastica in conferendo, grauando, siue collectando, & videtur quòd sic, quia Ecclesia, & omnia loca pia in episcopi potestate consistunt, & sua prouidẽtia gubernantur, 16. q. 7. omnes Basilicæ: ipse. n. est pater pauperum, vt d. l. si quis ad declinandam, & l. nulli, non videtur ergo testatorẽ potuisse generalẽ constitutionem canonis immutare, & filios à patre, vt sic dixerim, separare, c. requisisti, de test. & l. nemo potest, de leg. 1. pro hoc c. si quidem, & c. nouerint, & c. si laicis, 10. q. 1. pro hoc etiã optimè, 14. q. 1. c. quiddam monachorum. Item si nullam ibi haberet potestatem sequeretur absurdum, quòd commune Prati posset fructus, & redditus prædictorum bonorum sibi vsurpare, dissipare, & pauperes omnino negligere, cum nullus esset, cui teneretur reddere rationem, & sic pia dispositio testatoris subuertetur quæ tueri debet pontificali authoritate contra hæredes; & alios implentes c. si hæredes, & c. tua, de testam. & l. Quintus §. Pompo. de auro, & arg. leg. propter ista iura, & similia non attentarem dicere, quòd postquam bona siue ipsorum fructus sunt in vsus pauperum erogandi, quod episcopus in casu dilapidationis, & negligentiæ dicti communis in implen-

do volũtatẽ defuncti nullam habeat potestatem, esset .n.hoc valde absurdum cum sit pater pauperum, & tuitio taliũ spectet ad Ecclesiam, 87.dist. c.1. & c.defensionis, & c.diuinæ, cum seq. & est casus in cle. quia contingit, de reli.do. vers.in quo si forte; & ideo in hoc dubio concludendo dico, quòd in casibus prædictis negligentiæ, vel vsurpationis reddituum siue bonorum dictę domus per dictum commune posset se Episcopus interponere, nec mirum quia quilibet catholicus deberet in hac re audiri. arg.c.si quis præsbyterorum.de rer. Eccl.non alie. Quantum verò ad potestatem conferẽdi grauandi, siue collectandi proculdubio est dicẽdum, quòd Episcopus iste non potest. Primò, quia illud esset contra intentionem testatoris, cuius voluntas in hoc est seruanda, nec vltra ea, quæ disponit aliter alteranda, vt in d. cle. quia contin-
4 git, vers. cum tamen ea. Secundò, quia bona relicta pauperibus debent ad eos trãsire sine aliqua diminutione, nec Episcopus quartã, vel sibi aliquid applicare potest, vt expressum est in d.l. nulli, & l.si quis ad declinandam. Tertiò, quia ista bona sunt priuata, & prophana, & secundum voluntatem testatorum vsibus pauperum applicanda, & per laicum gubernanda, quod esse potest d.c. quidã, & cle.quia contingit, nõ videtur ergo episcopũ in bonis priuatorũ deputatis hospitalitati, & alimentis pauperum sibi aliquid applicare, vel de hoc se intromittere, nisi quò ad tuitionem, vt prædixi, &
5 est casus in d. clem. quia contingit. Item Episcopus de redditibus Ecclesiarum suarum debet pauperes sustentare cap. gloria Episcopi 12. q.2 non ergo potest, quod eis relinquitur pro alimentis, minuere, quia quem tueri, & cui impendere debeo de meo, nõ possum ab eo extorquere, sicut quem debeo defendere, non possum impugnare c.1. de infant.exp. & c.petitio. de iureiura. Ex quib. & alijs causa breuitatis omissis cõcludo, qđ Episcopus in cõferẽdo, vel aliquid exigẽdo, vel quoquo modo se intromittendo, nõ habet aliquã potestatẽ, nisi qđ iuxta dispositionem testatorũ in casu negligentię, vel dissipationis testatoris piũ iudiciũ poterit intromittere: nec in hoc volũtati testatoris refragatur; sed exequitur, & adimpletur. *Petrus de Anchar ano.*

# Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti GASPARIS CALDERINI BONONIENSIS. V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

*Et eſt 2. in ordine de Cenſibus in ſuo conſiliorum libro.*

## EPITOME.

Nullo quocunq; laicorum ſtatuto Eccleſia, vel Eccleſiaſtici, nec eorum coloni tenentur pro quibuſcunq; eorum bonis ſoluere collectas, & onera, idq; præcipuè extraordinaria, nec ad alia munera laicalia incolis impoſita.

## *SVMMARIVM.*

*Munera quotuplici reperiantur differentia. Ac ſubinde ad quæ teneatur, & non teneatur Eccleſia.*

STatuto Peruſino cauetur, ne poſſeſſiones ſubditorum debeant quocunque alienationis titulo transferri in aliquem non ſubiectum, nec allibratum in libris æſtimi dictæ communitatis, conſtituens, omnes poſſeſſiones poſſeſſas per tales eſſe cenſuales quò ad ſolutionem collectarum impoſitarum, & imponendarum per dictum commune: & quod dictæ collectæ intelligantur eſſe ordinariæ, & tributum ordinarium, & omnis collecta imponenda habeatur ex nunc pro impoſita, & aliud ſtatutum, quod caſſat, & annullat omnia ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam facta poſt dicta ſtatu-

statuta, multa bona, quæ erant æstimata, translata sunt in Ecclesias. Quæritur, an soluere debeant dictas collectas? Pro euidentia est quærẽdum, à quibus muneribus excusentur vel non, Ecclesiæ. Et sciendum, quòd quædam sunt personalia mere, & horum quædam sunt oneribus annexa, vt quòd aliquis sit Iudex, vel Magistratus, vel quòd habeat Imperium Romæ, cuius ei honor debetur, ff. de in ius vo. l. 2. ff de iud. l pars litterarum, & tales non coguntur clerici subire, ne cle. vel mo. capitu. primo.

Quædam sunt sordida, vt quãdo alicui indicitur munus, quod est vile, & abiectum, & quod expeditur labore personę ff. de mu. & ho l. 1. in prin. de vaca. mu. l. 2. §. corporis, & l. in honoribus §. philosophis ff. de iu. immu. l. fi. Talia non subeunt ecclesiasticæ personæ, nec Ecclesia, l. placet C. de sacrosan. Eccles. & l. 2. C. de episcopis, & de. 16. q. prima, nouarum.

Quædam non sunt sordida, & sunt oneribus annexa, vt tutela, & cura quæ sunt personalia, & publica auctoritate, sed vtilitate priuata, & ista etiam non indicuntur Ecclesijs, seu Ecclesiasticis personis, siue loquamur de tutela testamẽtaria, siue de datiua sui legitima, vt l. generaliter C. de episc. & cle. 16. q. 1. generaliter dicebat gloss. 87. di. peruenit, quòd clerici non coguntur recipere tutelam, possunt tamen recipere legitimam, si volunt, tamen quandoque tenentur clerici ad munera merè personalia, vt ad custodiam ciuitatis, quæ est de temporali iurisdictione Ecclesiæ, de immu. Eccl. peruenit: licèt aliqui illud intelligant, quando ciuitas est ab infidelibus obsessa; ad custodiam verò ciuitatis, quę non est de temporali iurisdictione Ecclesię non tenentur, maximè cum eorum sumptu personalem operam teneantur exhibere, de sen. excom. grauem, & no. quòd personale munus vno respectu consistit quandoque in labore personæ tantũ, & non in erogatione pecuniæ, vel sumptu, vt d. l. munerum, quandoque munus dicitur personale alio respectu, licèt labor personæ nõn interueniat, sed tantùm erogatio pecuniæ, vt capitationes, de anno. & tri. l. fi. lib. 10. de censi. l. si tale munus

nomi-

nominatur personæ, quia pro persona præstatur.

Quædam munera dicuntur extraordinaria, quæ indicuntur propter superuenientiam alicuius casus nouiter emergentis, vnde dicit gl. 17. q. 1. placet, quòd extraordinarium munus est, quod repentino casu superuenit. Nam si propter vrgentem necessitatem inducitur munus, quod aliàs necessitate non subsistente non erat indictum, vt l. placet. C. de excus. mu. li. 10. vel extraordinarium munus, quod non habet certam, vel ordinatam formam præstationis, sicut aliàs exponitur in l. Seio, §. medico, de annu. leg. & similiter ad ista non tenetur Ecclesia nec clerici, vt l. placet. C. de sacros. Eccl. & l. 2. Cod. de episc. & cleric. & l. omnes §. priuilegij, Cod. eod. ti.

Quędam munera sunt angaria, & ista non subijt Ecclesia, nec Ecclesiastica persona, de immu. Eccl. non minus, & angaria possunt dici munera personalia, quæ personali obsequio proprijs sumptibus præstantur, vt dicit gl. in d. c. non minus. de angarijs habetur de vaca. mu. l. sunt munera, & ff. de mu. & ho. l. fin. in princ.

Quędam sunt perangaria, & ista similiter non indicuntur Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis, vt dicto capi. non minus. Et hæc dicuntur etiã munera personalia, quæ corporali obsequio exhibentur sumptu alieno, & de istis habetur C. qui. mu. l. 2. lib. 10.

Quædam sunt munera patrimonialia, quæ inducuntur personæ pro rebus, vt sunt talliæ, & collectæ, & istæ nõ possunt imponi in Ecclesijs, de immu. Eccl. c. 1. lib. 6. & c. clericus, & c. quanquam de cen. lib. 6. & cle. præsenti. eo. ti. & de his habetur Cod. de anno. & tribu. l. 2. lib. 10. Cod. de discul. l. 1.

Quædam sunt capitationes, quæ soluuntur pro singulis capitibus personarum, vel animalium: & ad ista nõ tenentur Ecclesiæ, vel clerici, vt l. sacrosan. Eccle. de anno. & trib. l. id ab anna. & de istis habetur in d. l. sacrosancta. ff. de mu. & ho. l. fi. §. hæc omnia.

Quædam sunt indictiones, quę imponuntur personæ pro rebus,

rebus, vt dicit gl. de indic. super rubr. lib. 10. & istud non indicitur Ecclesijs, vel eorum personis, vt l. placet. C. de sacrosan. Eccle. & indictio vocatur, quæ imponitur vltra tributum, vt no. in gl. in dicta l. 1. de indic. lib. 10.

Quædam sunt superindicta, & ista etiam indicta approbantur, vt d. l. 1. C. de superindict. lib. 10. & ad ista non tenetur Ecclesia, vt d. l. placet C. de sacrosf. Eccle.

Quædam sunt munera mixta, quæ perangaria appellãtur, C. de sacrosf. Eccle. l. neminem, & ista non subit Ecclesia, nec eorum personæ, vt dicto capitu. non minus, & no. quòd istorum munerum, quæ inducuntur, & quæ in erogatione pecuniæ consistunt, seù in sumptu, est reperire quasdam causas, propter quas fit contributio: nam quandoque propter vtilitatem, vel necessitatem populi, & tunc huiusmodi contributio per Eccles. fieri non debet inconsulto Ro. Pon. vt d. c. non minus, & c. aduersus de immu. Eccl. Quandoq; fit contributio propter aduentum principis; & ad istam secundùm legem tenetur Eccl. C. de sacrosf. Eccl. l. placet, & l. iubemus, & iste est casus, quo Ecclesia subit angaria, & perangaria, C. qui. mu. l. 2. lib. 10. Ad publicam enim vtilitatem totius orbis istud fit. Quandoque fit contributio propter constructionem itinerum, & pontium, & tunc secundùm legem tenetur Ecclesia ad contributionem, vt l. administrationem, C. de sacrosf. Ecclesf. Isto ergo casu cogitur Ecclesia pro rebus suis ad istam coutributionem, & propter istam legem dicebat ibi Ia. de But. quod Ecclesia tenetur ad gabellas, quæ imponũtur pro refectione plaustrorum, & curuum, quia istud ponitur, eo quod plaustra, & currus destruunt vias; Consulto tamẽ prius Ecclesię capite; ad muros autem ciuitatis non tenetur Ecclesia contribuere, vt dicit gl. in d. l. ad instructionem facit ff. de excu. mu. l. fi. Idem tenet Gul. in l. neminem. C. de sacrosf. Eccle. Iac. But. tenet ibi, quòd si muri ibi fiunt propter ornatum ciuitatis, tunc Ecclesia non tenetur contribuere, secus si fiãt propter custodiam necessariam ipsius ciuitatis contra hostes fidei. gl. in fi. C. de qui. mu. lib. 10. dicit, quòd contribuere ad murorum constructionum est munus

sor-

fordidum,ideo Ecclesia ad hoc non tenetur. Super isto dubio, an Ecclesia teneatur ad refectionem pontium, viarum, & murorum ciuitatis: videtur quòd sic, per dictam l. ad instructionem, & in Auth. de Eccl. ti. §. ad hæc, & hoc videtur velle gl. saltem quò ad pontes, & itinera, de immu. Eccl. non minus in gl pen de muris non loquitur, & gl. in d. l. ad instructionem, dicit Ecclesiam non teneri ad constructionem murorum, glo. 16. q. 1. nouas dicit, quòd Ecclesia non tenetur ad refectionem viarum, & pontium: & dicit, quòd lex illa ad instructionem non tenet de iure canonico. Idem Lap. 16. q. 1. placet Ecclesia non tenetur ad extraordinarium munus. Extraordinarium munus est, quod casu accidit. Reperio Io. An. suo consilio super isto puncto sic distinxisse, visis no. in c. non minus, & c. aduersus, & c. peruenit, & quæ no. Hostien. in summa illius ti. §. 3. & quæ no. doc. in d. l. ad instructionem, quòd ad prædicta in puncto posita non tenetur Ecclesia, nec ipsarum prælati. Ratio, quia leges nedum §§. sed & Cod. vel Authenticorum Ecclesias, vel ipsarum ministros arctare non potuerunt, cum Imperator sub illis statuere non possit, nisi per Papam sit approbatum: de consti. ecclesia. 95. dist. bene quidem. Cum autem illæ leges non sint approbatæ per Papam Ecclesiam non ligant. Si ergo esset tãta necessitas, vel pietas, quæ suaderet ad prædicta contributionem fieri per clerum, consulendus esset primo Ro. Pon. vt d. c. non minus, & c. aduersus, secundum Io. An. ex ista ratione concluderetur Ecclesiam non teneri etiam in aduentu principis, & sic non teneret, l. 2. & l. iubemus. C. de sacros. Eccl. Hosti. in d. c. non minus, dicebat, quòd speciale est in aduentu principis, vt Ecclesia subeat angaria, & perangaria; & subdit, quòd Ecclesia pro suis possessionibus subit munera extraordinaria, dummodò pertineant ad pietatem, vt in terminis l. ad instructionem. Ad hoc tamen clerici, vel Ecclesiæ non sunt compellendi per iudicem sæcularem, sed ecclesiasticum, de fo. compe. si diligẽti, & idem ibi tenet Inn.

Quædam sunt munera, quę pedagia, & guidagia appellan-

tur, & ista non subeunt clerici, vel Ecclesiæ, & pro rebus eorum, quas non deferunt causa negociationis, de censi. quan quam li. 6. & cle. præsenti eo. ti. Quædam sunt munera merè realia, quæ ipsis rebus imponuntur, & appellantur tributiones prædiorum, seu præstationes tributorum, & istæ appellantur ordinariæ præstationes, C. de anno. & tribu. l. 2. lib. 10. tunc si talia prædia erant tributaria, antequam venirent ad Ecclesiam, transeunt cum onere tributi, de censi. c. 1. 11. q. 1. si tributum 23. q. 8. tributum; & c. magnum 16. q. 1. si quis de immu. Eccle. cap. 1. lib. 6. C. de epis. & cle. l. 3. facit quod no. Inno. in c. non minus, & ibi subdit, quod si ad Ecclesiam veniat possessio, cuius ratione debet præstare personale munus seu militare, puta exercitium, vel hospitium, Ecclesia ad illud tenetur, & tenens rem oneri annexam. No. etiam, quòd munera extraordinaria possunt fieri ordinaria ex dispositione legis, vt l. 1. C. de indic. li. 10. Ideo autem ad tale munus tenetur Ecclesia, quia concedens non potuit, nec excessisse intelligitur, nisi ius, quod habebat in re, de contrahen. emp. l. qui tabernas de hære. accusatus §. si vero lib. 6. & quod no. Inno. de fo. competeñ. verum.

Redeundo ad propositum, quia onera, quæ imponuntur personæ pro rebus, sunt extraordinaria, sicut sunt collectæ: Ideo ad illas non tenentur Ecclesiæ; tantummodo enim tenentur pro bonis, & prædijs suis ad illa onera, quæ perpetua fixa, vniformiaq; erant, ac ipsis imposita antequam ad illas peruenirent, qualia sunt ordinaria.

*De Clericorum immunitate à laicorum statutis contra reprobatam Bartoli opinionem, videatur supradicti Auctoris Consilium 11. in ordine.*

Ce-

# Celeberrimi, ac Egregij V. I. Consulti FRANCISCI BVRSATI MANTVANI V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 25. in ordine in suorum consiliorum libro primo.*

## EPITOME.

Ecclesiasticorum coloni quicunq; sunt verè, realiter, & omninò immunes à quibuscunq; collectis, & oneribus.

## SVMMARIVM.

1 *CLerici, & eorum coloni sunt immunes à muneribus personalibus, cæteris; sue, ex communi.*

2 *Coloni Ecclesiarum pro tempore, quo Ecclesiæ seruiunt, immunitate Ecclesiæ gaudent, ex communi. fallit tamen respectu gabellarum, & datiorum, quæ pro portione fructuum ad ipsos spectante imposita reperiuntur; vt nu. 3.*

3 *Gabellæ, & datia soluuntur à colonis Ecclesiarum pro portione fructuum ad ipsos spectante, si sint imposita pro vijs, pontibusq; construendis, secus si sit exemptio realis, nu. 6.*

*Ecclesiæ tenentur ad refectionem viarum, pontium, & ad vigilias castrorum & similia, ex communiori opinione.*

4 *Collecta, & munera imposita extra casus à iure permissos personis terrarum Ecclesiæ, nec per illorum colonos debentur, vel præstantur.*

5 *Priuilegia exemptionum censentur realia, cum terris, & in perpetuum sint concessa.*

6 *Coloni Ecclesiarum non tenentur pro fructibus eorũ, si realis exem-*

*ptio sit bonis Ecclesiæ concessa.*

7 *Fructus Ecclesiæ, æquè ac bona Ecclesiæ reputantur.*

8 *Fructuum causa à proprietate non separatur.*

9 *Priuilegia Imperatorum pro exemptionibus bonorum donatorum concessa Ecclesijs, etiam quòd iura Imperij minuerentur seruanda sunt, ex communi.*

10 *Bona donata per Imperatores Ecclesijs cum eorum exemptionibus, non possunt collectari, grauarinè quauis occasione.*

11 *Donata Ecclesiæ censentur à iure immunia ab oneribus laicorum. Immunitates, quibus verbis vniuersalibus concessæ dicantur.*

12 *Mens vbi constat, de verbis non est curandum.*

13 *Episcopi maiori priuilegio potiuntur, quàm cæteri clerici, & Ecclesiæ inferiores.*

14 *Inferior non tollit legem, & priuilegia superiorum.*

15 *Duces recognoscentes statum ab Imperatore, illius priuilegia seruare astringuntur.*

16 *Sequela facti, & vsus priuilegium interpretantur.*

17 *Priuilegio exemptionis non renuntiatur per inhabiles, & nisi spatio 70. ann. tollitur & alijs concurrentibus.*

18 *Priuilegia Imperialia, etiam non confirmata, valent.*

## TRINITAS ADSIT.

IVris esse indubitati credo, colonos Reuerendissimi Episcopi Mantuæ, seu laboratores terrarum d. Episcopatus ab omnibus factionibus, brigis, & oneribus, tam realibus, quàm personalibus, & mixtis, exceptis muneribus merè realibus ordinarijs ex causa necessitatis, vel pietatis impositis, quæ alijs colonis, & laboratoribus terrarum imponi solēt, immunes, & exemptos censeri: propptereaque ipsos absoluendos fore à petitis per communia Reueri, Hubulariæ, Quistelli, Rototellæ, & aliorum locorum, sub quorum districtu terras colunt.

1 Primò, quia de iure communi non solùm clerici, sed eorum

rum coloni non subeũt munera personalia, factionesuè aliquas, nec collectas, vel aliud tributum soluunt. Bart. & Ioan. Ma. in l. vnica, fol. 46. in fine. C. quo loco mul. subeat. lib. 10. not. in clemen. 2. vbi Cardin. numero 21. Imol. num. 17. de decimis, Abb. capit. ex parte, il primo, num. 4. eodem titu. Bald. in l. 1. in princ. & in l. 2. C. de Episc. & cleric. Ruin. consi. 157. volum. 3. Alciat. cons. 14. Duen. regul. iuris, num. 100. verbo Clerici, ampli. 1. Parpal. l. placet, num. 14. C. de sacros.
2 Eccles. ex quo enim coloni familiares sunt Episcopi, seu eorum serui, licèt non perpetui, pro tempore saltim, quo stant in seruitio culturæ, priuilegio, & immunitate Ecclesiæ, vel eorum Reuerendissimi Domini potiri debent. ita ex communi refert Capici. deci. 12. Calcan. consi. 70. cum seq. & Carauit. ritu Neapolit. 46. nu. 26. Ripa tract. de pest. nu. 127. & cò maximè cum non sint coloni mercede conducti ad aliquid certum Ecclesię curandum, vel custodiendum, de quibus per Thomam Grammat. cons. ciuil. 102. per totũ. Quinimmo nec vnquam d. coloni collectari queãt, cũ hoc onus ad dominum sicut Ecclesiam spectet, ipsique fructus partis coloniæ adipiscantur, non vti domini, sed propter operam, laborem, sumptusque per colonos præstitos occasione fructuum percipiendorum, vt amplè per alios, & ita in Senatu Pedemontium determinatum, ait Cacher. decis. Pedem. 75. per totam, quod etiam probat Iaco. Concenat. quæst. libro secundo, capitulo vigesimo, per totum.
3 Nec opponatur, immo de iure communi colonos Ecclesiarum non frui earum immunitate, cum à gabellis, datijs, & similibus pro rebus, & portionibus fructuum ad dictos colonos spectantibus, nõ sint exempti; Feder. de Sen. cons. 111. num. 9. Parpal. d. l. placet, num. 73. C. de epis. & cle. Ripa respons. 2. cap. 22. in 3. dubio. Bertach. de gabellis 2. par. quæst. 7. num. 17. Capra regul. 96. num. 83. cum seq. Alphons. Aluarez thesaur. Christia. religio. cap. 35. nume. 31. & 33. Natta cons. 409. prout tenentur pro rata terrarum clerici, & Ecclesiæ ad fossatorum reparationem, viarum, pontium, vigilias castrorum, & similia onera cum necessitas publica immi-

neat, vt ex communiori, & numer. præstantiorum Doctor. opin. determinauit Collegium Taurinense inter cons. feud. secundæ impress. cons.4. per totum, Vasq. de success. lib.3. §.21. limit.7. num.180. vbi de communi. Modern. Parisien. cons.11. & 12. per totum. Capra d.regul. 96. nu. 68. & semper Ecclesia dicatur immunis, nisi vbi adsit publica vtilitas. decis. Pedem.68. n.8. 10. & per totam. maximè in subsidium bonorum laicorum, vt Aluarez vbi supra, & Euerard. cons. 42. per totum.

Quia primò respondetur, nos in præsenti non habere sermonem de gabellis respectu portionis bonorũ, & fructuum spectantium ad colonos, pro quibus rectè datia, & gabellæ soluuntur, si tamen sint impositæ pro vijs, pontibusque construendis, ac sint separati à solo cum eo casu non dicantur Ecclesiæ, nec in eorum dominio esse, sed colonorum priuatorum, & laicarum personarum: propter quod rationē, de qua supra, & de illis ac de rebus profanis exigi vectigalia solent; vt no. Anchar. in c. quamquam, de cens. in 6. DD. vbi supra. Barbat. cons.28. vol.4. Bossius de Principe, nume. 122. cum sequentibus: prout etiam illarum terrarum conductores tenerentur per Capram d. regul. sua. 96. nu. 85.

4 Verùm loquimur de muneribus, collectis, & factionibus quibuscumque, quæ personis terrarum d. Episcopatus, seu pro personis, seu pro rebus Ecclesiæ imponuntur per communia Villarum, à quibus dicti coloni licèt partiarij vti serui, & famuli Episcopi pro personis, & pro rebus exēpti sunt; prout persona, & bona dicti Reuerendissimi Episcopi; nec aliter, in casibus à iure permissis, & in quibus clerici tenentur, impositæ dicantur; argum. not. per Bald. in dicta l. 1. C. de episc. & cleri. Duen. d. regul. 100. ampliatione 2. & limit. penult. Siluan. cons.9. in fi. & cons.32. Quinimmo, & si per indirectum Ecclesia pateretur. eo quia coloni nimis grauarentur, nec pro dicta parte sustinere posset Episcopus, vt dicti coloni tenerentur, cum etiam aliàs regulariter pro parte coloniæ obligati ad dicta datia, & gabellas fuerint, d. immunitate tamen fungerentur; per Feder. consi. 106. & Capram d.reg.

d. reg. 96. num. 86. Ioan. de Amicis conf. 18. num. 13.

Secundò dicitur, emptiones, priuilegiataque omnia fuisse concessa Episcopatui Mantuano, siue terris illius, ac predijs, possessionibusque, & curijs, vt patet in processu multis in locis.

5 Vnde realia censentur, cum rebus sit concessa, non personis tantùm, & per clausulam in perpetuum, &c. Bartol. in l. si pater, ff. de ser. leg. l. forma. §. quamquam ff. de cens. Siluan. consilio 4. numero vndecimo. Alciat. consilio 203. numero decimo. Bossius de Principe, numero 346. & si realia,
6 sequitur nec colonos ad dictas gabellas, datiaue proportionibus dictorum fructuum vllo pacto teneri: Abb. cap. ex parte, de decim. Socin. cons. 297. numer. 6. volum. 2. Bossi. de
7 Princip. num. 174. Fructus enim Ecclesiæ, æquè ac bona Ecclesiæ reputantur; decis. Pedem. 32. in princip. & si proprietas exempta in vnum trāsit, similiter & fructus cum eadem exemptione transeunt, ne causa fructuum à proprietate ipsa separetur. Alciat. consil. ducentesimo sexagesimosexto, num. 6.

8 Tertiò respondetur, colonos Episcopatus omninò à muneribus, & oneribus esse exemptos, virtute priuilegiorum concessorum Episcopis Mantuanis, & dict. Episcopatui per tot inuictissimos Imperatores, & de quibus amplè in proces-
9 su. Quæ mirabiliter vbique, & à quolibet seruanda sunt, etiā, quod per ea Imperatores viderentur abdicasse à se, vel ab Imperio omnem superioritatem bonorū Ecclesiæ Mantuanæ particulariter donatorū, & concessorum, iuxta communem, de qua per Abb. Innocentium, & alios in capitulo solitæ, de maioritate, & obedient. ponit latè Alba cōsilio 62. numero vigesimosecundo, vigesimo nono, & sequen. consilio sexagesimotertio, & consilio sexagesimoquarto, numero 71. 82. cum sequentibus. qui loquitur in priuilegijs Cæsareis concessis Ecclesiæ Nouariensi multum nostris similibus, & cum eisdem ferè clausulis dictam abdicationem importantibus; ac concludit, dicta bona non posse per Illustrissimos, & Excellentissimos Duces Mediolani, nec amplius per Impe-

ratores quauis occasione grauari, collectari, vel super eis
30 onus imponi. prohibetur enim in priuilegio Othonis III. confirmato à Carolo I. de anno 1020. & alijs, vt in actis, laicos, liberos, seu super terris Episcopatus residentes alias colonos nuncupatos posse pignorari, molestari à quocumque Duce, Marchione, sed remota totius potestatis inquietudine, ordinat Episcopum, & eius familiam quietos sub protectione, & tuitione Imperij viuere, quodque nil ab eis quisquam publicus minister exigat.

Item priuilegijs Othonis Quarti, & Federici Secundi confirmatis à Carolo Quarto anno 1354. dicitur, Episcopus, terræ, bona Ecclesiæ, hominesque vniuersi, ac singuli ad Episcopatum, vel Ecclesias suas pertinentes, ab omnibus datijs, collectis, angarijs, &c. ab omni indebito, grauamine. & onere publicæ functionis ciuitatis, loci, sui cuiuslibet personæ eximuntur, & absoluuntur, prohibens omni Duci, Marchioni, &c. ne eos molestent, & inquietent.

Item priuilegio Federici Primi, & Secundi, approbato à Federico Tertio, anno 1451. confirmantur omnia per superiores Imperatores concessa dictę Ecclesiæ respicientia precipuè curias, possessiones, colonos, pedagia, exactiones, immunitates: ex quo præsupponitur immunitas ipsis concessa, nec non declarationes, & concessiones Imperatorum, quod nulla præscriptio obstet d. Ecclesiæ, vel suis bonis, intelligi, etiam de ea, cuius non extet memoria in cõtrarium. Itaque ex his priuilegijs Imperialibus manifestè apparet, dictos colonos, seu homines super terris dicti Episcopatus residentes, omninò exemptos esse, nec posse à quocumque molestari, exigi, vel inquietari propter illa verba generalia in priuilegio posita, & illa, ibi, totius potestatis inquietudine remota, cum suis familijs, & rebus sub tuitione nostra omni tempore permaneant, quæ & exemptionem, & libertatem omnimodam dictarum rerum, & personarum supponunt, etiam quòd aliqui casus fuissent antea expresè narrati; argum. notat. per Abd. & Felinum in ca. sedes, in 4. declaratione, de rescript. Socin. sen. consilio 297. volum. 2. Mandel. de Alba, vbi suprà

11 numero 27. cum sequentibus in fine, quo loco subdit, res donatas Ecclesiæ censeri ipso iure immunes ab oneribus laicorum, & de verbis vniuersalibus in immunitate concessa, ponit Cæphal. consilio 58. numero 12. tradit Iacob. de fœud. verbo Fœudum, columna 4. 13. decisione. Bossi. de Principe, numero 121. qui refert plura Monasteria Mediolani pro colonis exemptionem obtinuisse, idem nume. 74. Et si diceret aliquis de verbis immunitatis expressis non constat, nec qđ
12 sint specificata; hoc enim nil est, cum de mente Imperatorum constet. Grammat. consilio 100. numero 56. in materia immunitatum. Cæphal. dicto consilio 58. num. 35. volum. 1. & vbi adsunt priuilegia, ibi cessat exactio contra Ecclesiam, etiam quòd iure aliter cogi posset, vt de decimis dicitur. cap. ex parte, de decim. Capra regul. suis. 99. num. quarto.

Nec supradictis obstabit ordinatio edita, anno 1530. quia præter quod non loquitur expresse de colonis Episcopatus, de quibus vti specialiori nota dignis mentio fieri debebat,
13 tamquam maiora priuilegia habeant Episcopi circa eorum colonos, & familiares, quàm clerici, & aliæ Ecclesiæ inferiores; per Abb. & Butrium in cap. 2. de foro cõp. Domi. in cap. fi. de offi. Archid. & Capici. decis. 12. per totam: dicitur insuper dictam ordinationem non potuisse, nec posse tollere prilegia, & exemptiones iam concessas per Imperatores d. Epi-
14 scopatui, terris, & colonis eorum, cum inferior legem superioris non tollat. c. cum inferior, de maior. & obed. Abb. & Felin. latè in c. cùm accessissent, num. 5 de consti. Dec. cons. 17. Marsil. singul. 567. cum similib. Alciat. consil. 24. Ruin. cons. 98. vol. 3. Et quia Excellentissimus Dux recognoscit sta-
15 tum ab Imperatore, illius priuilegia seruare (prout solet) tenetur. Alciat. consi. 4. Afflict. decis. 381. Alexand. consi. 24. volum. 5. idem Alciat. cons. 219.

Et quæ tantò minus sublata cēsentur, quòd, vt probatum fuit, semper dicti coloni Episcopatus exempti, & immunes ab omnibus muneribus reputati fuere, & si quandoque aliquas (vt aiunt) brigas fecerunt, id ex eorum vrbanitate tantum, & commissione Reuerendissimorum, & Illustrissimo-

rum

rum Episcoporum exequuti sunt: vt deponunt testes pro Episcopatu examinati. Quare, & possessio ista subsequuta non soluendi, nec conferendi ad brigas, nisi ex vrbanitate, demonstrat colonos dictis priuilegijs potitos fuisse,& Ecclesiam, Excellētissimosque Principes ita dicta priuilegia inter-
16 pretatos fuisse, vt coloni omnino exēpti censeantur argum. l. si de interpretatione, ff. de poen. & Bart. in l. 1. de acqu. poss. Alba vbi suprà consil.64. numero 31.& seq.

17 Quinimmo,& si soluissent,seu ad onera,& factiones contulissent, vel fuissent in libro æstimi descripti, non potuissent eorum priuilegio renuntiare, tamquàm personæ inhabiles, & nisi spatio triginta annorum, & alijs concurrentibus, de quibus per Ruinum cons. 195. ad finem volum. 1. Cæphal. consil.58. artic. vlti. numer.90. cum seq. Euerard. cons. 42. in fin.

18 Quæ priuilegia etiam non confirmata valent,& robur capiunt. gloss. Abb. & Dec. in cap.1.de confirmat. vtil vel inutil. Socin. iun. consi.76.numero 5.volum.1. Ideo sequitur, colonos Episcopatus in casu victoriæ versari.

Franc. Bursatus I. C. Mantuanus.

## Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum

## EIVSDEM CELEBBER. AVCTORIS

## In eadem Causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

*Et est 42. in ordine in suorum consiliorum libro primo.*

Ecclesiastici, omnia eorum bona, fructus, coloni, ac quicunq; ab illis causam habentes, omni plenaria immunitate de iure Diuino, & Humano gaudere debent.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas clericorum, & bonorum Ecclesiæ ab oneribus impositis per sæculares est de iure diuino, nec vnquam grauari valent, ex communi.*

2 *Clerici, & Ecclesia exempti sunt à laicorum iurisdictione de iure diuino, ex magis communi.*

3 *Laici, clericos Ecclesias seu eorum bona non grauant, etiam imminente necessitate, nisi in defectum bonorum laicorum, & consulto Pontifice.*

*Prælatus non potest subditos grauare, nisi ex causa probabili, etiam necessaria, & hoc in episcopo tantùm, ex communi.*

4 *Prælatus non tenetur ad gabellas impositas pro contractibus, seu pro extractu bonorum Ecclesiæ pro victu ipsius, & familia.*

5 *Capitationem seu solutionem census, pro singulo capite hominum, vel animalium, nec Prælatus, nec Ecclesia tenentur soluere.*

6 *Onera realia soluere non tenetur Ecclesia, & supra nu. 2. & minus quod soluit pro emendo sale vltra iustum salis pretium.*

7 *Ecclesia non tenetur ad aliquod onus reale, personale vel mixtum, nisi esset reale ordinarium, quod eum re ipsa empta ab Ecclesia vigore statuti transiret, ex magis communi.*

8 *Gabella, vectigalia, indicta, & similia, tam super rebus, quàm super personis imposita, non soluuntur per Ecclesiam, vel clericos nisi ex causa negotiationis, ex communi. Item pro ingressu portarum Vrbis, vel ciuitatis.*

9 *Negociator clericus quis dicatur, & ipse vectigal soluere tenetur, ex communi, nisi ex causa victus faceret aliquod exercitium honestum.*

10 *Ecclesia tenetur soluere vectigal, pro ingressu bonorum in ciuitate, ob refectionem viarum, & pontium, si pro curru, vel plaustris*

*tantùm, secus si pro fructibus, ex communi.*

11 *Clerici non tenentur ad refectionem viarum, vel pontium, quia laici clericos non ligant, non quia ipsi teneri non debeant.*

12 *Bona Ecclesiarum donata ab Imperatore, eo magis sunt ab omnibus oneribus immunia.*

13 *Vectigal soluendum Principi sæculari minimè per Ecclesias, vel clericos solui debet.*

14 *Immunitas pro bonis, & fructibus Ecclesiarum non competit colono pro parte rusticali, & minùs emptori dictorum bonorum.*

15 *Famuli Ecclesiæ, qui mercede constituta tenentur ad rerum Ecclesiæ custodiam, non gaudent immunitate Ecclesiæ ex communi.*

16 *Colonus, & partiarius Ecclesiæ gaudent immunitate si nimis grauetur, propter quod Ecclesia colonos habere non possit.*

17 *Colonus partiarius Ecclesiæ pro portione fructuum ad eum spectante non gaudet immunitate, secus autem si Ecclesia colat per operarium ad mercedem.*

18 *Statutum laicorum super fructibus collectis, vel colligendis deferendis ad ciuitatem, vel super tritico molendo, non tenet; maximè in præiudicium Ecclesiæ, ex communi.*

19 *Ecclesia non tenetur ad collectas pro bonis, etiam patrimonialibus, & de nouo acquisitis.*

20 *Libertas Ecclesiæ per indirectum auferri non debet.*

21 *Immunitas Ecclesiæ Cathedralis Mantuæ, ob Imperialia priuilegia realis iudicatur, quæ omnino in omnes successores transit.*

22 *Emphyteota Ecclesiæ collectas non soluit.*

23 *Principem decet priuilegia, & Ecclesiarum immunitates conseruare, & augere.*

TRI-

1 TRaditum est, Prelatos Ecclesiam, & clericos, eorumq; bona omnia non solùm Ecclesiæ, sed etiã patrimonialia adeo exempta esse ab oneribus, muneribus, gabellis, exactionibusuè quibuscunque per Principes sæculares impositis, tam super personis, quàm eorum rebus; vt merito dd. dixerint, eorum immunitatem nõ solùm de Iure humano, Ciuili, & Pontificio, verũ etiam Diuino institutam dici, vt habetur. Num. c. 3. & 8. 3. Regum c. 8. Exod. 19. Genes. 46. Esdræ 1. c. 7. & quæ latè citat, & sequitur Io. Lup. de libert. Ecclesiæ q. 2. per totam Couuar. lib. 2. resolut. varia. c. 20. in princip. Natta cons. 203. per totum. vol. 1. & 280. nu. 5. vol. 2. & hinc rursus adnotant Theologi, & Canonistæ clericum quatenus clericum nõ teneri ad decimas prædiorum suorum, licèt qua ratione, sæculari iure, vel hæreditario, vel emptionis, seu quouis alio illa possideat decimarum existat debitor parochiali Ecclesiæ, vt concludit Domin. Soto de insti. & iure, lib. 9. quæstio. 4. immunes enim omnino censentur. Cassan. consuet. Burgun. Des iusti. rubrica 1. §. 4. num. 19. cum pluribus sequen. vbi declarat onerum materiam, quod insuper copiosè differit Alfon. Aluarez. thesaur. Christia. religio. c. 35. nu. 1. 7. 23. & per totum, & Michael. Graff. lib. 1. comm. opi. c. 18. q. 1. & 2. Quinimo sancitum est, contrafaciẽtes ad triplum mulctari, bannoque Imperiali perpetuo subijci, auth. item nulla communitas C. de episc. & cler. Bar. in l. de his C. eod. tit. cap. non minus, vbi omnes Canonistæ de immunit. Eccl. quod dictum, quia ab omnibus recipitur alijs confirmandum non arbitror, vt in materia copiosè tradit Nicol. Festas. de æstim. 4. par. q. 1. de collectis in prin. iure similiter diuino clerici sũt
2 à iurisdictione laicorum exempti, vt ex magis communi tradit Alciat. in cap. cum non ab homine, in prin. extra de iudi. Vasqui. de successi. par. prima lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 58. cum sequen. idem Vasqui. eodẽ tract. de success. prima par.

lib. 1.

lib. 1. §. 10. in l. quoniam in prioribus, n. 652. C. de inoff. test. triplex enim priuilegium est clericorum, quorum duo personam, tertium verò, videlicet d. immunitatis res suas respiciunt, de quibus per glos. in capitulo vnico, verbo priuilegio clericali, de bigam. in sexto, quorum priuilegium tertium est adeo à legibus, & canone ampliatum, vt nec clerici, nec eorum possessiones etiam patrimoniales, vel earum fructus
3 grauari per laicos possint, etiam si immineat communis vtilitas, & necessitas quandiu facultates laicorū ad onera supportanda sufficiunt. quibus etiam deficientibus adhuc clerici cum laicis ratione suarum rerum contribuere non possunt, nisi Romano Pontifice consulto. Cuius consensus ob imprudentiam aliquorum clericorum contribuentium, vbi non erat contribuendum, ac se ipsos, & bona seruituti subijcientium ex Decreto Concilij generalis requiritur, vt habetur in capitulo non minus, & capitulo aduersus, de immun. Eccles. qui sunt text. respectiuè Conciliorū Lateranens. sub Alexand. tertio anno 1180. & generalis sub Innocentio Tertio celebrati anno 1215. cui vltimo interfuerūt Reges Hyerusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri, Oratores Imperij, ac alij Græci Principes, & Duces, necnō Mille trecenti Episcopi, cū Hyerosolimitano, & Constantinopolitano Patriarchis, quodque seruandum est sicut euangelium, prout not. Hostie. & Ioan. Andr in capitulo, cum laicis, de rebus Ecclesiæ non alienand. excommunicanturque laici clericos, vel Ecclesias ratione bonorum suorum collectantes, & talliantes, nisi moniti destiterint, vt in dicto capitulo aduersus, & multa in proposito nostro congerit, & copiosè tradit Nic. Euerar. consi. quadragesimosecundo per totū. Capra regul. fnis, & commun. opin. 96. numero 57. 73. & sequen. ac per totam illam regulam, amplius dico, quòd nec Prælatus ipse seu Episcopus grauat ipsius proprios subditos nisi iusta causa, probabilisue necessitas vrgeat, atque immineat, vt legitur in capitul. cum Apostolus §. prohibemus, de cens. Boer. decisio 133. numero secundo, & egregie differit casus nōnullas dinumerans Menoch. de arbitr. iudic. cent. 2. casu 179.

Ad

4 Ad gabellas itaque quas ſi dicunt (quæ ſunt onus reale) impoſitas ſiue pro contractu, ſeu pro conducendis rebus ſuis, & præcipuè pro victu, & ſubſtentatione Prælati, & familiæ ſuę, quòd non teneantur, in ſpecie tradunt per l. vniuerſi. Codice de vectig. clemen. præſenti, de cenſibus, Ioan. Lup. loco ſupra allegato. quæſtio. quarta per totam latè Cardin. Zabarel. in capitulo non minus, per illum text. maximè colum. fin. vbi omnes caſus enumerat, de immuni. Eccle. & in clemen. prima quæſtio. 18. de vit. & honeſt. cleri & amplè Bertachin. de Gabel. in ſeptima. principal part. tract. quęſtio 7. nu. 12. cum ſequen. Parpal. in l. placet, numero 3. C. de ſacroſan. Eccle. Vaſqui. vbi ſupra numero 648. & ſequen. ſub quo capite comprehenduntur petitiones Reuerendiſſimi
5 Epiſcopi Mantuæ in ordine 2.3.5.6.7.9. & vltima, quòd ſimiliter Reuerendiſſimus Epiſcopus, & Eccleſia ſit immunis à capitatione, vt puta in ſoluendo certum quid per ſingula capita, vel animalium, vel perſonarum, quod eſt onus reale, ſine perſonæ labore, & nulla rerũ contemplatione habita, eſt tex. & glo. in l. ſacroſancta C. de ſacroſanctis Eccle. & Zabar. d. capitulo non minus, colum. fin. Calderin. latè conſilio 2. de cenſ. vbi diſtinguendo ponit ſingula capita in quibus non teneantur Eccleſiæ, & Parpal. d. l. placet numero 26. & 28. quo caſu capitationis, vt ſic dixerim, videtur comprehendi onus
6 ſalis, quod pro quolibet capite, & pro buccis Mantuæ, & in dominio, ac in alijs Italiæ Ciuitatibus præſtari ſolet, vt no. Boſſi. de Princi. nume. 100. Plotus in l. ſi quando numero 27. C. vnde vi. quod verò onus ſalis, ſeu quod ſoluitur amplius vltra iuſtum pretium ſalis, dicatur datium, videatur Alciat. reſponſo 333. & regula eſt, quòd nõ tenetur ad aliqđ munus
7 mixtum reale, vel perſonale, niſi eſſet onus merè reale ordinarium, quod iam impoſitum, cum re ipſa tranſiret in Eccleſiam, vt Cald. ibi Abb. conſilio octauo in principio. Silua. conſ. 30. & Zabarel. vbi ſupra, Euerard. d. conſi. 42. col. 6. in fi. & Ioa. Lup. de immuni. Eccleſiæ quæſt. 4. in principio, qđ ſenſiſſe viſi ſunt Excellentiſſimi Principes Mantuæ in ordine edito die ſeptimo Septembris 1540. vbi bona immobilia in Eccle-

Ecclesias transire voluerunt, cū pacto tamen vt omnia onera subirent, quæ antea concedentes subibant, prout iure fieri potest, & tunc Ecclesia, & clerici ad d. onera tenentur stante dicto statuto, vt ex magis communi per alios refert Nicol. Festas. de æstimo 4. parte quæst. secunda de immunit. Eccles. numero 9. Foller. in constitu. regni. de episcop. & cleri. item statuimus num 3. & Rubrica clerici contribuant. & in const. in ci. Prædecessorum nostrorum, de sacrosanct. Eccles. num. primo, & seq. vbi num. 6. ait secundùm magis communem opin. si onus super re empta per Ecclesiam certum est, ac munus perpetuum, tunc transit in Ecclesiam res ipsa tali onere affecta. idem Vasq. vbi supra. nu. 654. Natta cons. 280. vol. 2. Capra regu. 96. num. 62. 40. & seq.

8 Minùs Ecclesia, vel Prælatus soluere tenentur aliquod pedagiū, gabellam, vectigal, & indictū quouis modo per Principes sæculares, tam super personis, quàm super rebus clericorum, & Ecclesiæ imposita, nisi in casu; & causa negotiationis tantùm contractæ per clericos, seu prælatos, vt declarat Abbas maximè cum apostil. in cap. innouamus num. 3. & seq. de cens. per tex. in cle. præsenti, de censib. Abb. cons. 6. 7. dubio. & Parpal. vbi supra num. 3. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 104. de cōstitut. Turre cremata in c. si quis
9 in atrio. 17. quæst. 4. & apostil. ad Abb. ibi declarant, quòd dicatur negociator c emat, vt vendat idem cariùs non mutata forma. idem Cardin. in cle. si. de immu. Eccles. Anchar. pulchrè in cap. quanquam nu. 5. de cens. in 6. Abb. cons. 6. in fi. quo quidem casu clericus negociator tenetur ad omnium vectigaliū solutionem, non secus ac laicus ex recepta sententia, de qua copiosè per Vasq. d. tract. de success. part. 1. lib. 1. §. 10. nu. 648. versi. vnde infertur, idem Follerius vbi supra de episcop. & cleri. num. 7. & nu. 1. Fran. Marcus decis. Delphin. 286. num. 3. prima parte. Natta cons. 139. num. 4. vol. 1. Capra regul. sua 96. num. 87. nisi forte quia bona non sufficerent ad victum, aliquod artificium honestum exerceret, vel opera manuum suarum lucrari intenderet, cum illo casu sit negociatio licita, nec ad gabellas teneatur, vt latè

Ioan.

Ioan. Baptista Ferret. consil. 145. nume. 3. & 4.

Verum est, quòd Bal. in cap. primo §. Imperiali, numero decimoquinto de pace Const. quem sequuntur Bertachin. vbi supra de Gabell. nume. 13. in fi. & Calder. d. cons. secundo num. 3. de cens. latè Frãcis. Marcus decisio Delphinatus 460. num. 26. cum sequen. & Parpal. in d. l. placet. num. 106. Siluan. cons. 30. dicunt, Ecclesiam teneri ad gabellam, quę imponitur in ingressu portę pro quolibet curru, & plaustro; eo quia est imposita ob refectionem viarum, pontium, & ob publicam necessitatem, quæ Ecclesia ita vt laici vias ciuitatis destruunt, & ad quæ de iure tenentur ecclesiastici per l. ad instructionem, C. de sacrosanctis Ecclesijs, & Franc. Marcus vbi supra per Duenam in suis regulis verbo clericus, & Barbat. consilio 29. volumine quarto. Vasq. de success. lib. tertio limitatio. septima. num. 180. vbi de communi parte prima. Ioan. de Amic. cons. 146. num. 4. nouissimè Festas. de communi, in tract. de æstimo. 4. par. de collec. q. 1. num. 15. cum seq. & num. 33. ac Modern. Parisiens. cons. 11. & 12. per totum vbique frequenter placitum omnibus enuntiant. Viui. communium opinio. libro secundo opin. 42. Ripa responsorum primo nume. quinto, & 6. vbi de communi, ac tract. de peste. nu. 234. relati per Soarez communium opin. verbo clericis, nu. 135. Natta consi. 280. num. 6. cum seq. vbi casus enumerantur, in quibus Ecclesia teneatur, & in consil. 311. eod. volumine. Capra regu. 96. num. 69. Beniut. tractat de paupert. q. 9. 6. speciali. num. 21. nouissimè Cacher. decis. Pedem. 68. num. 3. & Alfan. collect. iur. 111. ad l. instructionem C. de sacrosanct. Eccles. amplè Alfonsus Aluarez. thesaur. Christianæ religio. c. 36. numero 29. cum multis seq. & per totum, & c. 63. nu. 16. & seq.

Attamen animaduertendum est, quòd id debet intelligi si pro curru tantùm census imponatur, cũ clerici currus non habeant, non si pro fraudibus portandis, vt ordinariè maximè Mantuæ in gabellis portarum fieri solet, quando solidus pro quolibet sacco, vel pro vini, & lignorum plaustro solidi soluantur, ita videtur sentire Aluarez, vbi supra, nu. 29. in

fin. ex mente Butrij, & Ioan. Lup. tractat. de immun. Eccles. 11 q. 4. num. 3. in fin. vbi etiam ait, Ecclesiam de iure canonico non teneri, nec ad vias, nec ad pontes, nec ad aliquod onus pium, non quia ipsi non teneantur, sed eo quia sæculares clericos ligare non possint, quod etiam sentiunt allegati per Zabar. in d. cap. non minus 6. quæst. de immun. Eccles. & in clemen. fin. num. 17. de vit. & honest. cler. Cæpol. de seruit. viæ, num. 48. & 40. per Euerard. cons. 42. per totum. Aluarez, vbi supra nu. 31. & 33. subdens, hoc tenere iuris vtriusq; illuminatores, nec in practica tutum esse ab hac opin. recedere, maximè contra religionem, cum non sit parua ratio, quæ pro religione facit, l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. funer. Et tantò magis in bonis Ecclesiæ Mantuanæ id for-
12 mandum venit, quę cum donata sint ab Imperatoribus, censentur donata, cum omni immunitate, & exemptione, adeo quod alius Princeps secularis, nec ferè Imperator alia onera, nec imponere, nec exigere possit. Alba. consil. sexagesimo secundo, numero vigesimosecundo, & vigesimooctauo, & quia cum dictæ gabellæ pro vino, frumento, & similia Excel-
13 lentissimis Principibus debeantur, Ecclesia nullo modo teneatur, vt in terminis, & latè Boer. decis. 246. nu. 4.

Et si diceretur per Doctores præfatos ibidem non habere
14 hanc immunitatem colonos partiarios rerum Ecclesiæ, pro parte rustica, saltem si eorum partem vendant, conducant, vel aliud agant, quinimmo nec emptores rerum Ecclesiæ, cum & ipsi soluere gabellas, vectigal, & datium teneantur: ita Feder. de Sen. consilio 111. numero nono. Bertachin. vbi supra numero decimotertio. Bossi. de princip. num. 122. Ancharan. cap. quanquam, numero sexto de censi. in sexto. amplè Ioan. de Amicis consilio 18. per totum. apostill. ad Abb. in d. cap. innouamus, de cens. versiculo, quarto limita. vbi etiam Anchar. num. 10. Specula. de immu. Ecclesiarum, in fi. vbi emptores fructuum non habere has immunitates ait, & Parpal. d. l. placet, num. 73. Ripa respon. 2. cap. vigesimosecundo, tertio dubio. Ias. cons. vigesimo, volumine primo. Natta cons. 409. Festasius vbi supra de æstim. 4. par. quæst. secunda

cunda num. 57. Capra.d. regul.96. num. 40. 85. Menoch. de arbitr.iud. cent. 2. casu 180. nu.8.

15 Et minùs famulos Ecclesiæ, qui mercede constituta custodirent pascua, seu animalia, Ecclesiæ cum ipsi, nec vti Ecclesia ipsa immunes censeantur, vt ex cõmuni tradit Thom. Gramma, consilio ciuil. 102. per totum. Quinimo, nec Ecclesia ipsa sit immunis, ac libera ab onere soluendi mercedẽ saltuario custodiẽti agros suos, vt in Episcopo cõsuluit Natta cons. 311. & cons. 280. num.6. volum.2. Capr.d.regul.96. num.40. Bertrach. in suo indice, verbo clericorum priuilegia num.7.

16 Responderi vtique potest, quòd illud de colonis intelligi debet, si sint partiarij, qui tamen nec soluunt collectas, si nimis grauentur pro ea parte coloni, puta quãdo Ecclesiæ hac de causa non reperiant colonos partiarios, vt in terminis Siluan. consilio nono, numero septimo, Capra d.regul. 96. nu-
17 me.86. Ioan.de Amicis cons. 18. nu. 3. secus si Prælatus coleret per proprios operarios fũdos suos, cũ eo casu ad nihilum, nec pro parte rustica teneretur; ita Anchara. dicto capitulo quanquam, de cens. in sexto num.5. & apostil. ad Abb. vbi supra, Festas. loco supra citato, quæst. secunda, num.50. subdens ex consuetudine, & de iure Dominos tantùm terrarum, & pro parte coloni teneri ad collestas, & ideo pro illa parte nec Ecclesiam grauandam, Bossi. de princ. nume. 178. cum sequen. vbi regulam ponit, clericos non teneri pro fructibus ex eorum terris perceptis, nec pro rebus, quas emunt, & vendunt pro eorum, & familiæ vsu, isti enim censentur de familia, quæ communitate gaudet, Abb. in cap. 2. prima
18 colum. de foro competen. sequitur Bertachin. vbi sup. num. sexto, & quod amplius est, statutũ Principis laici, quòd omnes deferant triticum eorum ad molendum ad molendina Principis, non ligat clericos, vel Ecclesias, quinimmo nec in aliorum præiudicium subsistit, secundum rationem, de qua per Soc. Sen. cons. 272. vol. 2. Rip. lib. 1. respon. c. 11. Boer. decisio 125. & minus aliud statutum, quo prohibitum extat in eam vrbem adduci vinum, vel quid genus simile extra ip-

fiius fines, & territorium collectum, comprehendit vina, & alios fructus ex vineis, & terris Ecclesiæ collectos, vt ex communi tradit Grammat. decisio 100. refert, & sequitur Couar. secunda parte relect. suarum §. 4. nume. 8. & sequen. & seruit, quod dicunt Siluan. & alij in d. cõs. 30. Ecclesiam non
19 teneri ad collectas pro bonis Ecclesiæ, nec patrimonialibus, etiam de nouo (circunscripto statuto, vt supra) acquisitis. Carauita ritu Neapol. 229. numero tertio, & Siluan. consilio 32. vbi in fi. explicat ad quæ onera teneantur, & Festasius de æstimo, quarta parte, quæstio, secunda de immu. Eccles. nu. 10. cum sequen. vbi hanc opinionem tenentes adducit, licèt contrarium, vt supra ipse sentiat. Quod, & vlterius confirmatur, quia secundũ ordines Mantuæ, coloni Ecclesiarum non tenentur ad omnia onera, brigas, quas vocant, & factiones, quibus cæteri rustici grauantur, sed ad ea ferè tantũ, ad quæ laboratores Excellẽtissimi Domini Ducis tenentur, vt ad aggerum, fortalitiorũ, quæ dicunt reparationem, militum, & similia. Ideo, & ex his colligi potest dictos rusticos reputari in aliquo exemptos ob immunitatem terrarum per eos laboratarum, & possessarum, vnde licèt pro custodia bonorum suorum teneantur ad mercedem saltuarij, vt per Nat. dicto consilio 311. nec d. casu eorum famuli sint exempti, id iure procedit, cum non dicatur onus, nec grauamen, licèt mercedis solutio, ad quam & Ecclesia, & omnes, iure etiam diuino tenentur, & astringuntur iuxta illud, dignus est operarius mercede sua, cap. 1. vbi gl. de sepul. & in clem. 1. §. verum eod. tit.

Nec dicatur respectu salis, & piscium posse Excellentissimum Ducem, vti dominum in re propria, limitare certum
20 pretium volenti bona sua emere, ad not. per Abb. cons. 6. nu. 2. Castren. cons. 423. vers. quædam aliæ, volum. 2. Festasius, vbi supra 4. par. quæstio 1. num. 48. cum seq. Quia respõdeo, hoc quidem sibi permissum fore. Verum, Prælatum Ecclesiæ non teneri emere dictũ salem, vel pisces ab eo pro dicto pretio limitato, sed posse impunè vbiq; pro vsu domus emere, siue de dictis rebus prouidere, ac virtute dictæ eius em-

ptio-

ptionis, & immunitatis Mantuæ, & quo voluerit conducere;
20 aliàs diceretur fieri frauslegi, & indirectè libertas Ecclesiæ auferretur, quod permitti non debet, Alexan.in l. secus ff. ad l. Falcid. & sentit in specie Parpal. d. l. placet num. 79. C. de sacrosf. Ecclesf. facit Abb. cons. 8. nu. 3. & quia quod dicitur causatiuè clericum cogi ad solutionem collectæ, si ex ordine principis, vel ciuitatis tot pro libra carnis, vel piscium vendenda ad minutum, vt aiunt, soluantur, procedit si. d. augmentum pecuniæ verè valoris rei emptæ per clericum conuerteretur in reparationem, constructionemuè murorum ciuitatis, pontiumq; seu pro simili publica vtilitate, at secus si in alium vsum conuerterentur vt not. Gramat. decis. 100. num. 26 refert Festas. loco supra citato d. num. 48. & seque. seruit quia alias decreto Excellentissimorum Principũ Mantuæ, sub die secunda Martij 1509. declaratum fuit, vt Monasteria, Ecclesiæuè quæcũque possint per famulos tantùm in lacubus Mantuę pro eorum vsu piscari, & si hoc est in Ecclesijs inferioribus, quãto magis id in Prælato Ecclesię principalis admittitur?

21 Accedat, quòd immunitas Ecclesiæ Mantuanæ, maximè ex verbis priuilegiorum Imperialium (vt aliàs deduxi) dicitur realis, probaturque ex multis traditis per Bald. Ancharan. Ias. & alios relatos per Modern. Paris. ad Alexandrum cons. 193. numero 3. volumin. secundo. Alciat. responso 203. in princip. Boss. de Principe num. 140. Bellonus cons. 20. nu. 8. cum seq. & si realis, transit semper cum onere in quoscunq;
22 successores. Hinc emphyteota Ecclesiæ collectas non soluit, latè per Silua. cons. 9. per totum, Cassan. consuetud. Burgundiæ rubrica quarta §. sexto, numero quinto, & in proposito stantibus priuilegijs Boer. dicta decisio 213. numero 19. in fin.

Vnde concluditur posse Reuerendissimum Dominum Episcopum Mantuæ gaudere exemptione, & immunitate in
23 prætensis per eius Reuerendissimam Dominationem, omniaque per Excellentissimum D. Ducem sibi, & concedi, & conseruari debere, cum deceat non solum immunitatem,

priuilegia Ecclesiæ Cathedralis sic non diminuere, verum etiam ab inferentibus iniuriam vendicare, & dictam Ecclesiam, resque suas propria authoritate, & munificentia augere, vt ipse pius, & Catholicus Princeps solet, & fecerunt alias Excellẽtissimi Prædecessores sui iuxta capitulum Concilij Tridentini 20. sessione 25. in quibus semper tria illa vigere, quę in Principibus potissimè desiderari solent, Potentia, Sapientia, ac Religionis cultus ad congesta per Crauet. de antiquit. temporum, prima par. principali in principio nu.19. Menochium de arbitr. iudi. lib. 1. q.7. nu.73.

Franc. Burs. I.C. Mantuanus.

## Celeberrimi, ac Eruditiss. V.I. Consulti CAROLI RVINI REGIENSIS V.I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 117. in ordine in suo consiliorum libro quarto.*

### EPITOME.

Clerici nullo modo teneantur ad collectas pro quibuscunq; eorum bonis, etiam patrimonialibus, seu de nouo acquisitis, catastratis, & allibratis; non obstante quouis statuto, aut laicali decreto, (*vt est illud Nou. Const. Med. quod bona transeant cum onere, quod fide iubeant, &c.*

No-

Notandum tamen, quòd in numer. 1. & 2. sunt rationes argumentatiuo modo solùm adductę contra veritatem; in cæteris autem sunt rationes pro veritate.

## *SVMMARIVM.*

1 *Clericus pro bonis patrimonialibus nouiter acquisitis tenetur soluere collectas perpetuas, & vniformes; temporales autem, & variabiles non, & nu. 3. 4. & 9.*

2 *In collectis perpetuis ab initio oritur obligatio, & hypotheca pro toto futuro tempore, sicut in tributis, vel inditionibus, maximè stante statuto, vel consuetudine, quòd bona sint obligata pro collectis, & quòd transeant cum onere suo, & nu. 6.*

3 *Clericus non tenetur ad collectas extraordinarias, nec variabiles, sed ordinarias.*

*Collecta extraordinaria quæ dicatur, & quæ ordinaria.*

4 *Collecta imposita personæ pro rebus, etiam quòd sit certa, & perpetua, non transit ad clericum, vt in patrimonialibus tenetur. & num. 5.*

*Idem in collecta reali imposita ab inferiore. & nu. 5.*

6 *Hypotheca pro collecta ab inferiore imposita non oritur, quia caret fisco, nec personalis transit ad singularem successorem, secus in superiore.*

7 *Obligatio legalis, seu statutaria magis æquiparatur vltimæ voluntati, quàm contractibus.*

8 *Hypothecaria non competit contra rem in Ecclesiam translatam, etiam quòd bona pro collectis soluendis essent ex dispositione statuti hypothecata.*

9 *Inditum quia imponitur personæ pro rebus, non transit ad Ecclesiam, etiam à superiore impositum, idem in pedagio.*

1 Videtur prima facie, quòd clericus pro bonis
patrimonialibus nouiter acquisitis teneatur
ad collectas, vt videtur casus in l. de his, C.
de episc. & cle. qui de huiusmodi bonis lo-
quitur, secundùm doc. & maximè Sal. ibi.
Quod videtur præsertim verum, quando
onus collectæ est perpetuum, & certum, ita
quod non variatur; sed vniformiter præstetur singulo anno,
vel mense, secundùm Bal. in tit. de pace Constan. in vers. in
perpetuum, vbi dicit, quòd si possessio per Ecclesiam acqui-
sita erat ascripta dare pro solido, & libra ad collectas, & tunc
res illa est onerata, & cum illo onere transit; qua de re cleri-
cus, ad quem peruenit, soluere tenetur, & hoc verum, se-
cundùm eum, si talis descriptio, quæ fit pro solido, & libra,
sit certa, & perpetua; quia pro talibus collectis bona sunt hy-
pothecata, immo sunt supposita quodammodo seruituti
cuidam. Imo ad quemcunq; transeunt, cũ onere suo tran-
seunt, ff. de act. emp. l. in venditione. Secus autem, dicit ipse,
si propter varietatem negotij immittitur. Nam incertę obla-
tioni hypotheca accedere non potest. Et ideò huiusmodi
onus non videtur durare, postquam peruenit ad personam
priuilegiatam c. vnico de iure patro. lib. 6. Et ita dicit tenere
Spe. in tit. de cler. coniug. vers. ad huius autē articuli. & Ar-
chi. & Io. And. in c. 1. de immu. Eccle. lib. 6. qui videntur in
effectu dicto modo distinguere in quæstione præmissa, cum
quibus etiam transit Bal. in l. neminem C. de sacros. Eccles. &
Paul. de Cast. in l. placet, eod. ti. & Rom. in l. si publicanus §. 1.
de publi. & idem tenet, etiam Ang. in cons. 24. incip. Ecclesia
non tenetur; & c. vbi per omnia idem dicit, & dicto modo
2 distinguit. Et confirmatur ista opin. Nam pro tributis ab
initio oritur oblatio, & hypothecaria pro toto futuro tem-
pore; quia certum est, & perpetuum, secundũ Paul. de Cast.
in l. Imperatores, de publica. quæ ratio locum habet in col-
lecta certa, & perpetua, cum pro illa bona sint etiam hypo-
thecata, secundum Paul. de Cast. in d. l. Imperatores, & in l.
apud Iulianum, §. hæres de leg. 1. & Bal. in l. 1. §. quòd si ne-
mo.

mo. ver. super secundo, & in d.tit. de pace Constan. in vers. in perpetuum. & quòd hoc casu locum habeat prędicta ratio, apertè sentit, etiam Pau. in d.l. Imperatores, qui dicit rationem prædictã cessare in collecta, quæ non habet certam, & determinatam præstationem. Si ergo priùs, quàm ad clericum res transiret, hypotheca erat orta, sequitur rē, etiam si transeat ad clericum, vel ad Ecclesiam, secũdùm Iac. But. & Bal. in auth. item nulla communitas C. de episc. & cle. Et prædicta opi. est etiam de mēte Andr. de Iser. in c. 1. quæ sint rega. in vers. extraordinaria collatio, &c. vbi dicit, quòd fiscales regni dicunt, quòd collecta est munus patrimoniale, & ordinarium; quia indicitur omni anno personæ pro rebus C. de indi. l. 1. lib. 10. & sic secundùm eum vocatur collecta; quia colligitur in possessionibus pro modo facultatũ, & videtur in effectu esse idem, quod in indictione. Vnde secundùm Bal. ibi in vlt. col. quamuis collectio imponatur personæ pro rebus secundùm gl. in l. rescripto §. fin. de munc. & no. Si tamen collectæ sunt ordinariæ, collectiones idem sũt, quòd indictum, quod dicitur esse munus patrimoniale, l. indictiones, C. de anno. & tribu. Et subdit Bal. quòd hoc est vtile scire ad discernendum, an ad eas soluendas teneantur non subditi pro suis possessionibus. Et cum Bal. videtur simpliciter transire Alex. in cons. 52. circa fi. 5. vol. quamuis de alijs præallegatis mentionem non faciat. Et vltra eum pro hoc vltimo facit, quod no idem Bal. in l. fi. C. sine cen. vel reliq. vbi dicit, quòd si ex forma statuti singulo anno debent solui decem pro qualibet tornatura, quòd munus hoc dicitur tributũ, sicut quãdo de quinquennio in quinquennium prouinciales soluunt aurum, vel ferrum, vt no. in rub. C. de indic. lib. 10. Si ergo tributum est, ergo cum hoc onere trãsit res ad clericum d. l. de his C. de epis. & cle. & ibi doc. & in d. l. placet. Et hoc etiam cōfirmatur ex no. per Iac. But. & Sal. in d. l. placet, dum volunt, quòd Ecclesia teneatur soluere indictũ, & probari videtur in l. 1. C. de indic. & in l. fi. C. de exac. trib. co. lib. & tamen imponitur personę pro rebus sicut collecta, vt not. in d. rub. de indi. & in d. l. indictiones. Si ergo colle-

collecta sit certa, & perpetua, de ea est idem dicendum eadem ratione l. illud ad l. Aquil. Et prædicta opi. tantò magis procedit, vbi ex dispositione statuti bona essent obligata pro collectis, secundùm Pet. de Anch. in cons. 304. inci. Hoc statutum, &c. & facit, quod not. Bar. in d. l. placet, in d. l. rescripto §. fin. vbi idem vult, quando bona essent alio modo affecta. Atq; etiam est idem multò magis, si consuetudo sit in loco, quòd bona posita in extimo transeant ad clericos cum dicto onere, per no. per Bar. in l. 1. C. de mulie. & in quo loco lib. 11. in l. 3. C. de incol. lib. 10. & in l. 1. C. de au. coro. eo. lib. vbi vult, quòd non subditis, putà forensibus, possit propter consuetudinem collecta imponi pro possessionibus positis in loco, quamuis de iure pro illis ibi non possint collectari l. libertis §. sola, & ibi Bar. ad municip. d. l. rescripto § fi. & in l. munerum §. patrimoniorum eo. tit. & vtrobiq; per Bar. & per glo. in rub. C. de mane. pat. lib. 10. & idem tenet latè Alex. in d. cons. 52. & in cons. 68. vol. 2.

3 Sed tamen præmissis non obstantibus cōtrarium de iure puto verius. Et in primis certum est, quòd non tenetur clericus ad collectas extraordinarias, quæ non sunt certæ, sed variantur secundùm quod imminet necessitas l. 1. & auth. item nulla communitas C. de episc. & cler. & not. omnes in l. de his eo. tit. & in d. l. placet, dicuntur autem extraordinariæ propriè, quando imponuntur nulla lege generali præcedente, sed singulæ leges fiunt singulis temporibus; ita quòd non durat lex, nisi quantùm durat necessitas; quia ergo extra generalem ordinē imponuntur, dicuntur extraordinaria munera, secundum Bal. & Sal. in d. l. fin. C. sine cen. vel reliq. Si verò lex, vel ordinatio generalis præcedat impositionem, tunc dicitur ordinarium munus, quod imponitur ex illa generali ordinatione, etiam si sit variabile, & vniformiter non imponatur, secundùm prædictos, & tunc etiam quando variatur, ad clericum non transit pro futuro tempore, secundùm Spe. in d. ti. de cle. coniug. ver. præall. Host. & Io. And. in d. c. 1. de immu. Eccle. in 6. & alios, de quibus supra, qui isto casu loquuntur. Vbi autem habet et dictum onus certam,

tam, & perpetuam præstationem, tunc aut est reale, sicut tributum,& ad Ecclesiam transit, & ad clericum c. si tributum 11. q. 1. & d. l. de his, & ibi doc. & in d. l. placet, & per Bar. in d.l. rescripto §. fin. & Spe. & alios in locis prædictis. Quamuis.n. hoc casu persona obligetur, vt probatur in l. imperatores, in prin. de publi. & ibi Bar. quia tamen hoc contingit in consequentiam; quia res principaliter afficitur, hoc non considerat, vt declarat Paul. de Cast. in l. inter debitorem, de pac. Et isto casu non loquimur, quia prædia Italica non sunt tributaria, secundùm gl. in l. fi. C. sine cen. vel reli. & in l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. Et vbi per statutum efficerentur de nouo tributaria, Ecclesiæ statutum non præiudicaret, tanquam in fraudem factum secundum Bal. & Sali. in d. l. fi & in d. l. placet, & ibi per alios communiter contrà Bar. & Ro. in d. l. si publicanus, & Abb. in c. non minus, de immu. Eccles. & in c. fi. de vi. & hone. cle. & Car. in repe. c. perpendimus, de sent. excom. vers. venio ad tertium, &c. Mod. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in 5. q. prin. de consti. Aut munus prædictum certum, & perpetuum imponitur personæ pro rebus, sicut imponitur collecta realiter. vt no. in d. §. fi. & per Bar. in d. l. placet. Et iste casus videtur magis dubius, per alleg. in contrarium.

4 Sed adhuc isto casu dico, quòd non tenetur Ecclesia, nec clericus; vt probatur in d. l. 1. C. de episc. & cler. & in auth. item nulla communitas, in c. quamquam de censi. lib. 6. in c. non minus, de immu. Eccles. & in d. c. 1. eod. ti. lib. 6. intelligendo dicta iura indistinctè, prout loquuntur indistinctè. Et hoc etiam voluit gl. in d. l. placet, dum dicit, quòd illa lex est correcta, etiam quò ad munus ordinarium, cum qua etiam transit Bar. & alij communiter, dummodo imponatur personæ pro rebus, prout dicitur imponi collecta, secundùm Bar. per no. in d. §. fi. quæ glos. etiam procedit, & est vera in munere reali, puta tributo ordinato ab inferiore, & non à Principe, secundùm Bal. ibi per d. auth. item nulla communitas, cum quo transit etiam Pau. de Cast. per d. l. 1. Cod. de episc. & cler. & sic loquuntur de præstatione certa, & perpetua;

tum; quia aliter tributum esse non posset, & idem etiam tenet Paul.de Cast.in l.1. §. 1. de publi. quando dictus inferior recognoscit superiorem, & Ro. in d.l. si publicanus §.1. Bal. etiam in d.l. placet, idem tenet in ver. quæro, iuxta hoc,&c. vbi dicit, quòd de hoc est gl. ord. quòd si res,quæ est in æstimo communis deueniat ad Ecclesiam, quòd Ecclesia non tenetur ad collectam, nisi ad retro indictam, ad quam imo tenetur, quia est onus iam formatum, ita secundũ eum no. glo. in l. incola. ad municip. Idem igitur si perueniat ad clericũ, qui in hoc non differt ab Ecclesia pro bonis patrimonialib. d.l.1. & d.auth. item nulla communitas, & per Spe.& sequaces in locis præall. Et clarius per D.Ant.in c.1.de consue. vbi refert de facto dixisse, quòd sicut non possunt collectari res Ecclesiæ, ita nec patrimonialia clericorum, quem sequitur Imo. ibi. Et idem tenet D.Ant.in d.c.non minus in 3.no. & Feli.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ de consti. col.4.in gl. 2. vbi plenè declarat, an, & quando patrimonialia clericorum gaudeãt priuilegijs competentib. clerico pro bonis Ecclesiæ. Idem quoq; apertiùs dicit Sal. in ca. l. placet, in vlt. col. dum concludit, quòd quandoq; munus imponitur personæ propter res;puta quòd quilibet soluat certum quid pro libra æstimi: & hoc quandoq; sapit naturam ordinariorum, sicut quando singulis mensibus, vel annis debet solui certũ quid sine temporis præfinitione, quandoq; est merè extraordinaria, prout contingit, si ex casu repentino imponatur collecta, & ab his dicit Sal. Ecclesia quouis modo est immunis d. auth. item nulla communitas, quæ etiam loquitur de clericis, & de bonis per eos acquisitis, & sic vult explicitè, vel apertè, quòd à collectis certis, & perpetuis Ecclesia, & persona ecclesiastica sit exempta, & idem voluit D. Abb. in d.c. non minus, de immu.Eccle. vers. tertium fuit, &c.dum indistinctè dicit,quòd munus,quod imponitur personæ pro rebus non transit in Ecclesia. Eandem opin. etiam clarè firmat Bart. in cons.180. Si aliqua possessio, &c. vbi determi-
5 nat, quòd si aliqua possessio sit descripta appreciata, & allibrata in æstimo communis, & transeat ad clericum, quod

ille

ille non tenetur ad collectas. Mouetur primò, quia nullum munus extraordinarium potest imponi clerico d. l. 1. C. de episc.& cler.ergo ad collectam,quæ ab inferiore imponitur, clericus non tenetur, quia munus extraordinarium dicitur, ex quo lege,senatusconsulto,vel principis constitutione non imponitur, secundum Bar. ibi per l. 1. C. de vac.mu.pa.li. 10. & per eum in l.licitatio §. fi. de public. & præsertim quando imponitur per statutum conditum à prioribus, vel antianis, & non a toto populo, secundum Bar. in l. hi, qui de iure immu. quamuis aliter ibi dicere videatur, quando imponeretur per statutum conditum à toto populo, quod est intelligendum, quando populus non recognosceret superiorem; aliàs secus, per no. per Bar. in d.cons. & in d. §. fi. cum Bar. per istam rationem transit Bal. in l. 1. §. quod si nemo, quod cu.vni. vers. super quarto puncto, quæ ratio locũ habet, siue collecta sit perpetua, & certa, siue sit incerta, & varietur in tempore. Nam omni casu dicitur extraordinarium munus,si authoritate inferioris imponatur,& hoc est etiam, quod sentit Bal. & Pau.de Cast. in d.l. placet, quos priùs retuli, quamuis Bal.& Sal.vt etiam dixi,aliter dicere videantur in d.l.fi. C.sine cen. vel reliq.

Secundò mouetur Bar. in d.cons.quia collecta est munus quod imponitur personæ pro rebus imo ciuibus tantum, & incolis imponi potest d. §.fi.& ibi not.& no.in rub.C. de anno. & trib.ergo clericis,qui nõ sunt subditi,non põt imponi,quę ratio similiter procedit in collecta certa, & perpetua. Quoniam aut obligatio oritur tẽpore,quo imponitur,& nõ priùs & non potest clericus,ad quem res iam translata,per legem ciuilem de nouo obligari,& consequẽter cessante obligatione personali, cessat etiam hypothecaria, secundùm Bar. in d.cons. & hæc. But. Bal.& Sal. in d. auth. item nulla communitas, & Ro.in d.l. si publicanus §. 1. Aut nascitur obligatio
6 personalis ab initio legis conditæ pro toto futuro tempore; & illa non potest transire ad clericum singularem successorẽ l. 1. §. si hæres ad Trebl. fin. §. si de contr. emp. Nec etiam hypothecaria comittatur ipsam rem: quia de iure cõmuni

nō oritur hypotheca pro collecta imposita ab inferiore, qui nō habet iura fiscalia, sicut nec pro alio debito eiusdem l. 2. C. de iure reipu. li. 10. & per Bar. in l. 1. C. de debi. ciui. & in l. 1. C. quo quisq; ord. conue. & ita per prædicta voluit, etiam Are. in d. l. apud Iulianum §. hæres de leg. 1. & præsupponit, etiam Bal. Iac. But. & Sali. in d. auth. item nulla communitas, & Pet. de Anch. in d. cons. 304. dū format quæstionē quando statutum erat in loco, quod bona essent obligata pro collectis, secus autē quando ille, cuius authoritate collecta imponitur, fiscum haberet, quia tunc bona essent fisco obligata l. 1. C. in quibus cau. pig. taci. contrah. & d. l. Imperatores, de publica. & ibi Pau. de Cast. qui loquitur hoc casu, & in l. inter debitorem, de pact. & in l. 2. C. sine cen. vel reliq. Præterea non videtur verum, nec dici posse, quod actio personalis ab initio nascatur pro toto futuro tēpore, etiam quando collecta est perpetua, & certa, immo pro annis futuris videtur quis obligatus conditionaliter, & sub conditione teneri, videlicet si res sua permansit vsq; ad diem solutionis fiendæ; propterea non obligatur, & oblatio non cōmittitur; sed in alium idoneum res transferatur, sed possessor per legem de nouo obligatur d. l. fi. & ibi no. omnes C. sine cen. vel reli. & per Bar. in l. incola. ad munici. Quot ergo sunt anni, tot sūnt obligationes, & pro sequentibus sunt conditionales, sicut dicitur de legato annuo. l. si in singulos, & l. cum in annos, de annu. leg. & quamuis aliud sit in stipulatione annua. l. si Sti-
7 chū de ver. oblig. & in l. Senatus §. fi. de dona. tamen obligatio statuti, vel legalis, de qua agitur, æquiparantur magis vltimæ voluntati, & sic legato annuo, quam contractui, secundum Bar. per gl. ibi, & in l. 2. C. de his quib. vt indig. Barto. l. non solùm §. morte col. pen. & ibi per Imo. de ope. no. nun. & Bart. in l. in cognitione ad Silla. Bal. in l. & si post tres col. 5. si quis cau. & in tit. de pace Constan. in ver. in criminalibus, & Alex. in l. ea demum C. de colla. & ita etiam arguit Soci. in proposito in d. l. si Stichum §. stipulatio, & in specie hoc firmat in consi. 243. inci. In præsenti consultatione, &c. & sic videtur, quòd in hoc non differat tributum à collecta, quic-

quid dicat Paul. de Castr. in d. l. Imperatores.

8 Et per hoc infertur, quòd etiam si pro collectis imponendis essent bona hypothecata ex forma statuti, quòd hypothecaria non competat contra rem translatam in Ecclesiam quia cum tempore translationis non esset orta adhuc actio personalis l. cedere diem, de ver. sig. similiter hypothecaria oriri non potuit l. fideiussor. obligari. in prin. de fideiuss. Et quamuis postea adueniente tempore obligetur ille, qui transtulit in Ecclesiam, tanquam in personam minus idoneam dicatur facta alienatio, & si non dicatur isto casu defecta, sed purificata conditio, per ea quæ no. Bar. in d. l. incola. per authen. sed periculum C. sine cens. vel relig. & ibi etiam per Bal. & alios, & per Rom. in d. l. si publicanus §. 1. Nihilominus hypotheca in ipsa re priùs translata, & alienata in clericum, vel in Ecclesiam postea oriri non potuit, quia non erat res tempore purificatæ conditionis. & in dominio alienantis l. 1. Cod. de iure fis. lib. 10. nec conditio ista trahitur retrò in præiudicium Ecclesię, cum sit protestatiua. l. qui balneum, & l. potior, qui potio. in pign. hab. Et ista opi. cõfirmatur, per rationē, quā alleg. Rō. in d. l. si publicanus §. 1. Nam, secundùm eum, aut statutū expresse disponit, quòd hypotheca habeat effectum contra clericum, & non valet, per auth. cassa. C. de sacros. Eccles. & c. nouerit de sent. excom. aut loquitur generaliter, & tunc non includit Ecclesiam, nec clericum, per ea, quæ habentur in l. cunctos populos C. de sum. tri. Præterea, secundùm Paul. de Cast. in d. l. placet, in fi. pro tempore, quo res est apud Ecclesiam, non potest habere locum hypotheca contra Ecclesiam, quia videretur aliàs statutum factum in fraudem, per no. per Bal. in d. l. fi. C. sine censu, vel reliq. & quaui Bar. in d. l. placet, & in d. l. rescripto §. fi. sentiat oppositum, & Petr. de Anch. in d. cons. tamen cõmunis opi. est in contrarium, vt per Mod. in d. l. placet.

Alijs, etiam rationibus vtitur Bar. in d. cons. de quibus ibi per eum latiùs. Et quòd loquatur etiam eo casu, quo collecta erat certa, & perpetua, constat manifestè ex responsione data per eum in fine consilij ad omnia iura facientia in con-

tra-

trarium, dum dicit, quòd loquuntur in tributo, & onere merè reali, sed collecta imponitur personæ pro rebus, & sic solùm differẽtiam prædictam assignat, & nõ quòd tributum habeat præstationem certam, & collectã incertam, immo voluit Bar. in d. cons. quòd etiam onus tributi hodie nõ transiret ad Ecclesiam, nec ad clericum, per no. per gl. in d. l. placet, & tamen est certum, & perpetuum, & quamuis aliter dicant doc. in locis præalleg. tamen sic volunt in tributo imposito à Principe; quia est munus ordinarium, & reale, quę rationes cessant in collecta, etiam certa imponenda authoritate inferioris, quia tunc est munus extraordinarium, & imponitur principaliter personæ propter rem, secundùm Bar. & dixi supra, & cum Bar. in d. cons. transit, etiam Pau. de Cast. in d. l. placet, in fi. & in l. inter debitorem de pact. & Roma. in d. l. si publicanus §. 1. & Domini in d. cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6.

Nec obstant allegata in contrarium. Et primò tex. in d. l. de his C. de episc. & cler. quia secundùm omnes ibi loquitur in tributo. Item non obstat, quòd Bal. & Ang. in locis allegatis in contrarium velint, quòd collecta certa, & perpetua transeat ad Ecclesiam; quia illud posset forte procedere, quando esset imposita à republica non recognoscente superiorem, & à toto populo; quia tunc dici posset munus ordinarium, vt dixi in præcedentibus. Sed vbi imponitur per inferiorem, est extraordinariũ, ad quod clericus non tenetur, secundùm Bar. in d. cons. & quia etiam ad tributum impositum authoritate inferioris non tenetur clericus, secundùm Bal. & Pau. de Cast. in d. l. placet, & ratio potest esse illa, quæ per Bar. assignat in d. cons. Præterea in collecta, quæ principaliter imponitur personæ propter rem, etiamsi sit certa, & authoritate superioris imponenda, non procedit opinio cõtraria, per iura, & rationes præall. & contrarium præsupponunt, & volunt omnes allegati pro hac vlti. parte, & ideo Alex. in d. cons. 32. principal. se fundat contra forensem in consuetudine, & non in indicto. Bal. alleg. in contrarium. Et probatur; quia indictum habet præstationem certam, & perpetuam, vt no.

in rub.

in rub.de indi. & est hodie munus ordinarium l. 1. cod. tit. & tamen quia imponitur personæ pro rebus, vt ibi no. & in l. indictiones C. de anno. & tribu. non transit ad Ecclesiam, secundùm Pau. de Cast. in d.l. placet, quicquid ibi dicat Iaco. Butr. & Sal.

Nec obstat ratio prædictorum, qui mouentur, quia indictum hodie est munus ordinarium d.l. 1. C. de indi. Nam per hoc non sequitur, quòd ad Ecclesiam, vel ad clericum transeat hoc onus, ex quo imponitur personæ pro reb. quod patet, quia pedagium est munus ordinarium, quando imponitur authoritate superioris, secundum Bar. in d.l. licitatio §. fi. de publ. & tamen ad illud non tenetur clericus, quia impon̄r personæ pro rebus, secundum Bar. in d.l. 1. eo. ti. oportet ergo, quòd munus sit ordinarium reale, adhoc vt ad clericum transeat, sic etiam tributum impositum authoritate principis. Secus autem si imponatur personę pro re, vt in indicto, vel in collecta, & pro opi. Paul. de Cast. quæ in prædictos, est gl. in d.l. 1. dum remittit se pro solutione contrarij ad l. fi. C. de exa. tribu. vbi gl. vult in vlt. solu. quod illa iura nō loquantur de Ecclesia, vel vbi Ecclesia ad indictum teneretur, illud est, secundum Bal. in d.l. fi. quia imponitur ciuitati pro prędijs singulorum, sed nō tenetur ad id, quod venit imponendum singulis pro eorum prædijs. Non ob. etiam, quod voluit Bal. in d. l. fi. C. sine cen. vel reliq. dum dicit, quòd si ex forma statuti debent solui singulo anno decem pro qualibet tornatura, quòd hoc est tributum, quia imo imponitur personæ pro re, sicut indictum, quod allegat Bal. pro opi. sua, & sic illud simile, quod adducit, facit contra eū. Prætèrea Bal. non dicit, quòd Ecclesia teneatur ad dictum munus; immo contrarium dixit in d.l. placet, quando tributum imponitur ab inferiore, & Paul. de Cast. ibi, & in d.l. 1. §. 1. de publi.

Non obstat etiam, quod voluit Spe. in tit. de cleri. coniug. & alij præallegati, quia quamuis dicant, quod onus collectę imponendæ nō transeat ad clericum, quia est incerta, & variabilis, per hoc solum debent secus esse in tributo, & non in alia collecta certa, quia ex alijs causis, & rationibus, illa etiam

non poteſt tranſire ad clericum,vt dictum eſt.Et hoc eſt ſatis quamuis non poſſit habere locum ratio Spe. & aliorũ, iuxta no. in §.affinitatis inſtit.de nup.

Non obſtat poſtremò conſuetudo, quæ allegatur in contrarium, quia non valet contra clericum d. auth. item nulla communitas, & per Abb.in d.c. non minus in verſ.præalleg. & hoc quia etiam nõ poſſunt clerici per ſtatutum laicorum obligari ad collectas,authen.caſſa.C.de ſacroſ.Eccleſ.& plenè habetur in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſti. Sed contra forenſes valet dicta conſuetudo, vt habetur in locis contrarijs, quia etiam bonis ſuis poteſt collecta imponi per ſtatutum loci, ſecundum Bal.in l.1. C.de ſenten.quæ pro eo,qđ intereſt. quia ſicut poteſt ſtatutum diſponere, quòd omnes ingredientes portam ſoluant; ita poteſt diſponere quòd quilibet, qui colit, vel coli facit ibi prædium, ſoluat,quaſi quòd faciendo ibi colere prædiũ videatur quaſi contrahere cum illo communi; & cum eo tranſit Alex.in d.conſi.52.& conſ. 68. quæ ratio ceſſat in Eccleſia, vel clerico quia nec perſona nec res in illum tranſlata eſt de iuriſdictione ſtatuentium. & ideo dicit Paul.ſte Caſt.in lege inter debitorem de pac. & in d.l. placet. quòd licèt non poſſit imponi collecta forenſibus, quia perſona non eſt ſubdita; tamen poterit rebus eorum imponi; quia res ſuntde iuriſdictione ſtatuentium;ſed ſecus in rebus, quæ tranſierunt ad clericũ; quia ſunt exemptæ à iuriſdictione eorum.

## Celeberrimi, ac Primarij V. I. Conſulti MARCI ANTONII NATTAE ASTENSIS V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

*Et eſt 203. in ordine in ſuorum conſiliorum libro primo.*

EPI-

## Ecclesiasticæ personæ omnes, eorumque coloni sunt omni iure immunes ab omnibus, & quibuscunq; collectis, & oneribus extraordinarijs, pro quibuscunque eorum bonis, licèt nouiter acquisitis, catastratis, & allibratis.

### SVMMARIVM.

1 *Clericorum bona sunt immunia ab omnibus ordinarijs, & extraordinarijs muneribus.*

2 *Clerici sunt immunes, etiam à solutione collectarum, quæ ratione belli imponuntur.*

3 *Assertioni alicuius non statur dicentis, casum permissum subesse quando sumus in prohibitis ex certo casu tantùm permisso.*

4 *Causa vbi requiritur, debet illa verè adesse, nec ea est fingenda.*

5 *Clerici prædia si sint descripta in æstimo, an clericus ad collectas teneatur, & nu. 7.*

6 *Registrum alicuius vbi sit, debet citari is, cuius prædium registratur.*

7 *Ecclesia faciens sibi æstimum, tenetur ad collectas, tunc demum si id faciat autho itate Romani Pontificis.*

8 *Prohibitus exigere ab inuito ratione interesse publici, non potest recipere etiam à sponte dante.*

9 *Immunitatem Ecclesiasticam violans, committit sacrilegium.*

INiustè communitas Curtismilij conatur exigere collectas à Reuerendo Domino Bartholomęo de Angelis pro prędijs dotalibus suæ Capellæ, cum explorati sit iuris clericos
1 non posse per laicos collectari, sed habere eos bona immunia ab omnibus ordinarijs, & extraordinarijs muneribus, capitulo non minus, capitulo aduersus de immu. Eccle. capitulo primo eo. tit. in 6. & cap. quanquam, de censi. cod. lib. cle. peruenit, eod. titu. l. placet,

 C.de

C. de sacros. Eccles. l. prima, & secunda, & authentica item nulla communitas, C. de episc. & cler. & ostenditur ratione, quam adducit Domi. post Imol. ibi, in capitulo primo de immu. Eccles. in 6. quia istæ collectæ non inhærent rei, sed imponuntur ratione personę tantùm propter bona; ergo patet, quòd nō possunt imponi nisi subditis, idest ciuibus, & incolis l. rescripto §. sciendum ff. de munc. & hono. Hanc eandem rationem inducit Bart. alio modo cōsilio 180. si aliqua possessio. vbi inquit, certum esse ad solutionem alieni debiti neminem posse vrgeri l. fi. C. ne vx. pro mari. & per to. tit. C. ne filius pro pat. sed si diceretur, clericos debere soluere collectas, cogerentur ad solutionem alieni debiti, quia ciuitates non possunt imponere collectas, nisi pro earum necessitatibus l. omnes, la secunda, C. de opc. pub. gloss. in leg. prima §. qđ si nemo ff. quòd cuius vni. no. sed ipsa necessitas non obligat nisi subiectos, ergo concluditur non subiectos non teneri, ne cogantur ad solutionem alieni debiti. Accedat alia ratio, quā ponit Abb. in dicto c. non minus, columna quinta. Nam bona Ecclesiarum sunt publico vsui spirituali deputata, capitulo videntes. 12. quæstio prima, capitulo quoniam 16. quęstione prima, capitulo ratio. de præb. & dicit textus in cap. nulli liceat, 12. quæstione secunda, quòd omne illud, qđ Ecclesiæ consecratur, siue fuerit animal, siue ager, sanctū sanctorum domino efficitur, & ad ius pertinēs sacerdotum, nō ergo debent mūdano vsui publico deseruire, quia semel Deo dicatum ad humanos vsus transferri nō debet; capitulo semel Deo, de regulis iuris in 6. Laici ergo cum sint mūdani, & principaliter habent vtilitatem in Republica mūdanā, debent subire onera Reipublicæ mundanæ; bona verò Ecclesiarum, quæ sunt Dei, debent deseruire reipu. spirituali, sicut fit etiam in personis, nam milites sæculares militant mūdo, milites cælestes militant Deo, & sic illi in temporalibus, isti in spiritualibus, capitulo reprehensibile, & c. quo ausu. 24. quæstione fina. Ex istis satis superque fundata est intentio dicti Domini Bartholomæi aduersus præfatam communitatem.

Non

2 Non obstat, quòd Ecclesia teneatur ad onera imposita ratione bellorum, quia respondetur, quòd imò non tenetur, vt probatur in d.l. placet, C. de sacrosan. Eccles. vbi Eccles. est immunis à superindictis, & superindictū dicitur id, quod imponitur propter guerram, vt est glo. in rub. C. de superind. libro 10. & Alexan. tradit in l. si ex toto in princ. col. 1. ff. de legat. 1. hoc idem etiam ostenditur in d. cap. non minus, vbi fossata, & expeditiones non debent facere laici ex collatione Ecclesiarum, & Io. And. exponit ibi illud verbum, expeditiones, idest caualcatas. istud adhuc melius probatur in illo verbo, fossata. Nam fossata fiunt ad custodiam ciuitatis contra hostes, & sic bellum illis præbet causam, & cum ad fossata clerici non teneantur, hoc ostenditur eos non teneri ad munera bellica. est verum, quòd vbi ageretur de redimendo territorium, in quo Ecclesia multas habet possessiones ab incendijs, & rapinis armigerorū, tunc clerici tenerentur contribuere, quia agitur de cōmuni vtilitate clericorum, & laicorum, vt Abb. dicit in d. cap. non minus col. 5. adducendo Bar. in l. nullus C. de cur. pub. lib. 12. dicit tamen ibi Abb. cul. fin. quòd istud fieri debet præcedente cleric. deliberatione, quia ex quo agitur de vtilitate vtrorumque, oportet, qd̄ vtrique consentiant, quia quòd omnes tangit, ab omnibus debet comprobari. cle. prima de censi. cap. adhoc de offi. Arch. sed nulla talis deliberatio cleri præcessit, imò ne quesita quidem aut petita. Item falsum est in facto, quòd euenerit talis causa, & ob huiusmodi causam imposuerant collectam, nec in hoc standū est dicto aduersariorum, nam in prohibitis certo casu permissis, nō creditur dicēti casum permissum subesse l. qui testamentū ff. de proba. l. codicillis §. Titia. ff. de leg. tertio l. si fortè, & ibi Bartol. ff. de Castr. pec. ponit Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de reb. Eccle. nō alie. vbi etiam inquit, qd̄ cum ex causa aliquid permittitur, nō est sumenda occasio, pro causa c. solitæ de maio. & obed. l. famosi. §. 1. ff. ad l. Iul. maie. Non igitur debet communitas Curtismilij eo, quod milites illuc forsitan, & in confinibus fuerunt versati, abuti occasione, pro causa tanquam illuc venerint populabundi, & 

necesse fuerit cum illis pecunia decidere. Nam si id docebunt factum idoneis testibus, istud fundamentum, quod nunc fit pro d. Bartholomæo cessabit, sin aliter recusare nō potest quin in causa succūbat sub æquâ trutina magni D. Vicarij;
4 Non enim vbi cum causa aliquid conceditur licet illud fingere l. cum hi §. sed cum his ff. de transa. capitulo tenor. ibi, infirmitate prætenta, vbi glos. de re iudic. capitulo eos. ibi, figmento quæsito de tempo. ordi. in 6. Et facit pro prædictis id, quod scribit Paulus de Castro conf. 424. ex pacto transmisso vlt. dub. vbi concludit clericos non posse collectari per laicos pro stipendijs armigerorum, & respondet ad not. per Bartol. in d. l. nullus, quòd Bart. ibi loquitur, vbi collecta imponitur, vt detur pecunia hostibus ne depopulentur, & recedant, secus si danda est amicis, vt insistant, & defendant.

Non obstat quædam scriptura exhibita in actis, quæ dicitur inuenta in libro communis cum huiusmodi suprascriptione. Registrum Domini Præsbyteri Bartholomæi de Angelis pro capella, deinde subijciuntur particulariter, & vrbana, & rustica prædia ad capellam spectantia. Nam ex hoc
5 videretur dictum Præsbyterum posse vrgeri ad solutionem collectarum; quia vt inquit Baldus in authentica, sed periculum C. si. censi. vel reliq. vbi Ecclesia facit sibi æstimū, conuenitur ad collectas tanquam ex promisso de consensu suo, non tanquam ad munus ciuile. Respondetur ad præmissa, quod nō apparet dictum registrum factum fuisse de voluntate, & consensu dicti D. Bartholomæi, imò ipse in actis alle-
6 gat eo inscio factum fuisse, & clarum est vbi fit æstimum alicui, ille debet citari, & requiri, cuius prædium æstimatur, vt Bartolus dicit in l. susceptores præsētibus C. de suscep. & archa. lib. decimo; amplius dictum æstimū non modò est nullum defectu citationis, verum etiam quia tendit contra priuilegia Ecclesijs concessa, & imminuit Ecclesiasticam libertatem, authentica cassa. C. de sacrosanctis Ecclesijs capitulo nouerint, & c. grauem, de sententijs excom. Propterea illud dict. Bald. in dicta authentica, sed periculum, quod Ecclesia
7 sibi faciens æstimum, teneatur ad collectas, procedit vbi id
face-

faceret interueniente authoritate Romani Pontificis. Nam eo inconsulto non potest Ecclesia se ad id obligare c. aduersus de immun. Eccles. vbi Abb. tertia no. dicit, quòd nedum laici nequeant propria authoritate collectare clericos, & eos arctare ad contribuendum, sed etiam ipsi clerici nō possunt spōtè propria authoritate de rebus ecclesiasticis soluere, nisi priùs habeatur licentia à Papa. vt disponitur in illo textu, & idem Abb. tradit consilio 13. videtur primò dictum monasterium, columna prima Card. in cle. prima 11. no. de immu. Ecclesię pro quo facit, quia vbi aliquis pro interesse publico
8 prohibetur exigere ab inuito, nō potest à sponte soluente recipere capitulo exigit, & ibi glossa in verbo, volente de cēsi. in sexto cap. statutum. §. si quid autem de rescrip. eo. lib. cle. nolentes de hæres. gl. in l. vnica in verbo accipientem C. publ. lætitiæ consulum lib. 12. Bar. in l. inuitus §. fi. ff. de regu. iur. Bald. in auth. sed hodie, per illum text. C. de episc. & cle. ponit Felin. in capitulo primo in fine. de simon. concludendo dico pronunciandum esse, D. Bartholomæum non teneri ad soluendum collectas impositas per d. commune Curtismilij pro prædijs eius capellæ, & successiuè d. cōmune condemnandum, vt restituat de facto ablata, vnà cum expensis litis propter temerariam vexationem, iuxta l. eum quem temerè ff. de iudi. in quam sententiam; eo magis inclino, quia nō solùm iure humano, quinimò, & diuino Ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ, & res earum ab exactionibus sæculariū personarum sunt immunes, vt inquit Pōtifex in capitulo quanquam de censi. in 6. vbi glos. & docto. adducunt tex. diuinæ legis, vt ibi latius per eos, & dicit Bald in l. placet, vlti. nota. C. de sacros. Eccle. quòd sacrilegium cōmittitur si immunitas
9 Ecclesiæ violatur, ex quo insurgunt duę pœnę excommunicationis, & exilij, prima est spiritualis, secunda temporalis, & concurrere simul possunt. Plura scribere potuissem, sed veritate contentus, quę nuda compto etiam prefertur mendacio, quæ pauca sufficere existimaui.

Natta.

# Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum

# EIVSDEM CELEBER. AVCTORIS

## In eadem Causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

*Et est 409. in suorum consiliorum libro secundo.*

## EPITOME.

Nulli Ecclesiasticorum bonorum cultores tenentur ad collectas ratione fructuum dictorum prædiorum; nec etiam pro illa parte, quæ illis remanere censetur soluto domino, & deductis culturæ expensis more cæterorum negotiatorum.

## SVMMARIVM.

1 *Colonus Ecclesiæ an teneatur ad collectas impositas ratione belli, saltem pro rata fructuum ad eum spectante. & num. 3. & 6.*

2 *Colonis Ecclesiæ sub aduentu principis possunt angariæ, & superangariæ imponi. & num. 6.*

3 *Colonus Ecclesiæ non tenetur ad munera mixta, quæ imponũtur personis pro rebus, cum sint patrimonialia.*

4 *Colonus, qui fundum conducit pecunia; ita quòd omnes fructus ad eum pertineant, vel etiã partiarius, non tenetur ad onera mixta quæ imponuntur personæ pro rebus.*

5 *Colonus regulariter non tenetur soluere publicas functiones, sed dominus cuius est prædium, & si soluat, repetit à domino.*

6 *Statutum arctans colonum ad soluendas collectas pro domino, esset iniquum.*

7 *Exempla licèt non restringant, tamen declarant in quibus terminis regula loquatur.*

Colo-

*Colonus tenetur soluere onera realia, & gabellam pro porta, decimam, & similia.*

8 *Angariæ, & perangariæ sunt munera personalia, ad quæ coloni Ecclesiæ tenentur.*

9 *Ecclesia arctari non potest ad munera, quæ imponuntur personæ pro facultate patrimonij.*

FIT principale fundamentum contra Morellum colonum Venerabilium Monacharum
1 S. Augustini, quòd teneatur ad collectas impositas occasione belli pro rata saltem fructuum sibi tangente ex massaritio d. Monacharum, ex eo, quòd scribit Federic. de Sen. consil. 111. Quæstio talis est, an diœcesanus colũ. pen. versi. Item quæritur, an rustici. vbi vult quòd coloni Ecclesiarum, qui colunt prædia ad medium, vel fictum teneantur soluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, & alia onera, quæ imponuntur per dominũ temporalem, quia pars contingens colonos in nullo est priuilegiata. Quapropter rusticus temporali domino de parte sua respondebit, sicut Ecclesia ecclesiastico domino de parte sua respondebit, separatorum enim separata est ratio, & respondet Feder. ibi ad tex. in leg. 3. C. de episco. & cle. & in cap. indicatum. 89. distin. & c. Ecclesiarum 12. q. 2. quòd illa iura loquuntur in seruis, vel in familia perpetua Ecclesiarum, nõ autem in huiusmodi conductoribus, & hanc decisionem Feder. sequitur Domi. in c. quanquam de censib. in 6. Ioan. de Plat. in l. Senatorem. C. de digni. lib. 12. Secundò adducitur Innoc. & Ant. de But. in c. non minus. de immunita. Eccles. vbi dicunt, quòd sub ad-
2 uentu principis possunt colonis Ecclesiarum angariæ, & perangariæ imponi. ita intelligentes tex. in l. neminem. C. de sacros. Eccles. Et respondet ibi Abb. ad tex. in d. c. Ecclesiarũ. 12. quæstione 2. prout respondet Federic. quòd loquitur in seruis suppositis dominio Ecclesiæ, nõ autem in colonis, qui seruiunt Ecclesiæ pro mercede, quia isti sunt subiecti Imperatori, iuxta nota. in cap. indicatum 89. dist. ideò ab eo pos-

sunt

sunt grauari. Sed præmissis non obstantibus teneo ipsum colonum grauari non posse pro parte suorum fructuum, quos colligit ex prædijs Ecclesiæ, quia ad munera mixta, quæ
3 imponuntur personis pro rebus, qualis hospitatio, & alimonia militum, & alia onera bellica non tenentur coloni Ecclesiarum, vt Abb. scribit cons.9. Conuentus fratrum. in fi. vbi adducit rationem, quia huiusmodi onera, quæ indicuntur pro possessionibus, sunt tãtùm onera patrimonialia, idest rescriptio §. patrimonialia ff. de mune. & hono. ideò tantũ dominis, & possessoribus rerum indicuntur, colonus autẽ non est dominus, neque possessor prædij; ergo grauari nõ potest. Confirmantur præmissa ex eo, quod Bar. tradit in l. 1. C. de anno. & tribu. li. 10. vbi dicit, quòd gl. mirabiliter ibi voluit, quòd si aliquis fundum suum locat ad pẽsionem percipien-
4 dam in pecunia, ita quod omnes fructus remaneant apud colonum, dominus ad tributa non tenetur, nisi consuetudo regionis aliter se habeat l. sine hærede. §. Lucius ff. de administrato. tuto. tamen secundum Bartho. hoc debet intelligi in oneribus realibus, prout sunt tributa, quæ ex dispositione legis veniebant præstanda ex corpore fructuum: puta, quinquagesima pars frumenti, quadragesima olei, vigesima vini, & sic de reliquis, prout declarat tex. in l. modios. C. de suscepto. lib. 11. Sed in collectis, quæ imponuntur personæ pro rebus, erit inspicienda persona, cui imponitur. l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hono. l. indictiones. C. eod. titu. & licet Bartol. non declaret, quis soluet collectam, conductor, an locator, tamen Bald. ibi dicit, quòd locator est ille, qui tanquam dominus rei debet soluere. l. neque. ff. de impen. in reb. dota. factis, & sic sentiunt isti doct. quòd pro fructibus remanentibus pœnes colonum, qui soluit pensionem in pecunia, ipse colonus non tenetur soluere onera mixta, & cum prædictis transit ibi etiam Ioan. de Plate. maximè in colono simplici, & ascriptitio, per tex. in l. litibus §. fi. C. de agric. & censi. lib. 11. istud idem clarissimè determinat Ioa. de Platea in l. hi quos. C. de agric. & censib. lib. 11. vbi dicit illum tex. facere argum. secundùm And. de Baru. quod colonus partiarius, vel qui
num-

nũ nimis colit, non cogitur soluere collectam, vel tributum quantumcunque percipiant partem fructuum pro cultura, sed domini prædiorum soluunt, nisi habeãt alios agros proprios, vt ibi habetur in verf. sanè, & sic ibi est decisio in indiuiduo pro isto Morello, qui est colonus partiarius monacharum.
5 Et regulariter ita se res habet, quòd colonus non tenetur soluere publicas functiones, sed dominus, cuius est prædium, & si solueret, vel soluere cogeretur, de facto repeteret à domino. ita Bal. inquit in l. 1. colum. 2. C. de iure emphyteu. & in l. cum in duobus. §. si in cocunda ff. pro scocio. per tex. in l. ædiles. ff. de via public. & in d. l. litibus in fin. & in tantum
6 hoc procedit, quòd statutum arctãs colonum ad soluendas collectas pro domino, esset iniquum, vt Bart. & Bald. dicunt in l. colonos. C. de agric. & censi. lib. 11. arg. illius tex. & per tex. in l. hi quos. eod. ti. Ex superioribus patet respons. ad cõsi. Federic. de Sen. Quia loquitur vbi imponitur munus reale ipsis fructibus, quia fatendum est tunc colonum teneri ad id munus pro parte fructuum, quos pro cultura recepit. & quòd Feder. ita intellexerit, patet dum dicit, quòd colonus pro parte suorum fructuum tenetur soluere gabellã ad portas, est enim gabella reale munus impositum ipsis fructibus,
7 & licèt exempla non restringant l. damni infecti stipulatio. in prin. ff. de dam. infect. tamen declarant in quibus terminis regula loquatur glo. in c. quod Dei timorem. ff. de statu monacho. & in l. 1. §. quod vulgò. ff. de vi, & vi arma. Eadem ratione tenetur colonus soluere decimas de fructibus, quos percepit pro cultura, quia decima est onus reale, quod fructibus imponitur. c. à nobis, & c. tua nobis, de decim. sic pariter dicendum esset, quòd si dominus temporalis statueret, quòd quicunque habens frumentum tenetur pro certo pretio vendere militibus, vel portare ad exercitum, istud decretum comprehenderet etiam colonos Ecclesiæ pro fructibus apud eos remanentibus l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. sed vbi onus imponitur personæ pro rebus, vt in præsenti casu, tunc colonus non tenetur, sed id onus spectat ad dominum prædij, quæ distinctio, vt dixi, fuit Bart. & aliorum

rum

rum scribentium in d.l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. Et ita etiam declarat Paul. de Cast. in l. ex conducto in prin. ff. loca. vbi dicit, quòd colonus non tenetur conferre opera publica occasione rei, vel refectionis viæ ad domum, nisi essent realia, vt tributa, & conduxisset ad pecuniam, secundùm gl. & ibi Barto. in d. l. 1. C. de anno. & tribu.

Non obstat, quod scribit Inn. Ant. de But. & Abb. in dict.
8 cap. non minus, quia ipsi loquuntur de angarijs, & perangarijs, quæ sunt munera personalia, & hæc dicunt colonis Ecclesiarum sub aduentu principis imponi posse. Nam angariæ consistunt in oneribus, quæ cum omni labore, & sollicitudine personali expediuntur. Perangariæ veró consistunt pariter in exhibitione operæ, sumptu tamen, & periculo ministrantis, vt declarat Inno. in d. cap. non minus, & glo. in d. l. neminem C. de sacros. Eccles. Nos autem loquimur de one-
9 ribus, quæ imponũtur personæ pro facultate patrimonij, ad quæ Ecclesia, tanquàm non subiecta arctari non potest. l. placet C. de sacros. Eccles. auth. Item nulla communitas C. de episcop. & cleric. & dato quòd teneretur, tamẽ colonus pro parte fructuum sibi contingente non teneretur, vt ostendunt iura, & decisiones superius adductæ. Ex istis pro colono intrepidè pronunciandum puto.

Natta.

# Celeberrimi, ac Egregij V. I. Consulti ANGELI DE VBALDIS PERVSINI V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 24. in ordine in suo consiliorum libro.*

EPI-

Ecclesia non tenetur ad collectas, nec ad onera extraordinaria, neq; etiam pro bonis nouiter acquisitis, licèt catastratis, & allibratis, nec comprehendi potest in const. tit. de oneribus §. collegijs, nec in alijs laicorum statutis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesia non tenetur ad collectas pro bonis acquisitis.*

1 ECclesia non tenetur ad munera tributorum extraordinaria collectarũ, vt in auth. item nulla communitas C.de episc.& cle.& in c. 1.de immu. Eccles. lib.6. Cod.de sacrosan. Eccles. l. placet.

Nam pro tributo declarato, antequã res ad Ecclesiam perueniat est affecta, & obligata, & non potuit alienans præiudicare fisco, nec transferre plus iuris, quã ipse haberet. ff. de pac. l.inter debitorem de acq.re.do.l.traditio. ff.de contrahen. emp. si aquæ ductus, & l. qui tabernas. Sed pro collectis, quæ imponuntur extra ordinem, licèt statutum vocet illas collectas, tributum tamen est, quia est extraordinarium, & incertum, donec declaretur, & indicatur, & non potest declarari in præiudicium, postquam res peruenit ad Ecclesiam. facit quod no. in q. conuersi. quia non grauatur res eius pro istis muneribus, & idem dico de oblatis Ecclesiarum, qui sunt oblati, cum omnibus bonis suis verè, & non in fraudem collectarum ff.ad.munici. incola iam. Et posito, quòd vocetur tributum, tamẽ est extraordinariũ, quod non agnoscit Ecclesia, nec potest indici rebus Ecclesiæ, talis ergo distinctio adhibetur.

Nam, aut collecta imponitur hoc modo, putà duo denaria pro tornatura quolibet anno, ita quòd est certũ onus antequam res vadat ad Ecclesiam, & tunc tenentur res Eccle-

siæ,

siæ, non dico Ecclesia. Aut est incertum re, & genere, & non poterit in præiudicium Ecclesiæ declarari, postquam res ad Ecclesiam peruenerit. nec facio vim in nomine datij, vel tributi, sed solummodo an certum, & incertum, & specificatum ante, & specificandum post. Et cum ista distinctione intelligo dictum Bar. in l. descripto, & in d. l. placet. De relictis Ecclesiæ non debentur duo solidi, de quibus loquitur statutum, quia non facit mentionẽ, de Ecclesijs, quæ in hoc sunt priuilegiatæ, vt C. de sacros. Eccles. l. sancimus, & l. 2. Et ita, &c.

Ego Angelus, &c.

# Celeberrimi, ac Eruditiss. V. I. Consulti DOMINICI GEMINIANI V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum

*Et est 19. in ordine in suo Consiliorum libro.*

## EPITOME.

Licèt Ecclesia pro bonis nouiter acquisitis catastratis, & allibratis teneatur ad onera, quæ erant priùs imposita, realia tamen, certa, fixa, ordinaria, inuariabilia, & quæ habent vniformem præstationem, &c.

Nullo tamen modo tenetur ad collectas, & extraordinaria, tam de iure communi, quàm sub anathemate.

## SVMMARIVM.

*Collecta, vel decima, quæ imponuntur clericis pro beneficijs dicuntur onera realia ipsarum Ecclesiarum.*

2 Suc-

2 *Successor in beneficio debet soluere tales coll. & 3, & onera qualit sunt imposita tempore prædecesso is.*

3 *Laici exigentes à clericis pro rebus suis collectas, quòd incurrãt sententiam excommunicationis.*

4 *Dispositio respiciens, etiam præterita non includit executa tempore dispositionis.*

5 *Priuilegia non extenduntur ad alias personas, quàm expressas.*

## IN CHRISTI NOMINE AMEN.

QVIA diffusè per egregium V.I. Doctorem est allegatum non insistam in allegationibus. Sed potiùs confirmando hincinde. Præmitto, quòd collectę istæ taliter impositę sunt onus reale ipsarum Ecclesiarum, quibus Ecclesijs imponunt habita consideratione ad bona possessa per Ecclesias, vt plus, vel minus secundùm quòd magis, vel minus abundat in possessionibus hæc est cõclusio Io. And. in c. 1. de immu. Eccle. lib. 6. vbi ex-
1 pressè dicit, quòd iste collectæ, quæ imponuntur clericis, vel decimæ Papales, & similes sũt onera ipsarum Ecclesiarum. Et hoc probat, etiam cle. 1. de deci. quæ dicit beneficiorum decima, & loquitur de decimis Papalibus, per quod patet, quod non imponũtur rectoribus, sed Ecclesijs ipsorum. Ad idem cle. 1. de censi. & quòd sint realia Ecclesia. merà tenet etiã Io. An. in regula non est in mora. de reg. iur. lib. 6. in merc.
2 propter quod infert ibi, quòd successor in beneficio, dicitur soluere tales collectas, & onera, etiam imposita tẽpore prædecessoris, cum istud sit debitum ecclesiasticum, & nõ personale, quod transit ad successorem, vt patet de foro. compe. dilecti. de sol. c. 1. Ex his liquido constat istud esse onus reale Ecclesiarum. Si sic dato, quod res non priuilegiata deuenerit ad priuilegiatum, & gaudeat priuilegio, quò ad actus qui sunt de futuro, vt in c. 1. de iure patro. lib. 6. 10. q. 1. innouerit, & est casus de priuile. porro secundùm vnum intellectum. Non tamen quò ad illa, quæ præcesserant primo

priuilegium, & ligamen in ipsam rem; imo transeunt, etiam ad priuilegiatum cū illo onere, de pigno. ex litteris 10. q. 2. sicut, & c.seq. de deci. pastoralis. Et propter ista decidit. Specu. de cleri. coniu. vers. ad huiusmodi autem articuli, & Io. And. post archi. in c. 1. de immu. Ecclesia. lib. 6. quòd si res, quæ erat ascripta pro libra, & solido ad soluendas collectas laicorum, peruenit ad clericum dato, quod clericus habeat priuilegium, vt laicis nō soluat, nihilominus soluet collectas pro illis bonis pro præteritis annis, cum istud onus iam esset impressum rei. vnde trāsit ad priuilegiatum cum onere suo, & sic iste articulus videtur decisiuus per istos. Quia licet Papa concedat immunitatem isti Reuerendissimo Domino Cardinali, vt non debeat soluere, vel isti Ecclesiæ, donec eam habebant in commendam, sub pœna excommunicationis, non tamen hæc indulgētia trahitur retrò ad illa, ad quę iam
3 realiter Ecclesia extiterat obligata, nam ita dicit ius cōmune, quòd laici exigentes à clericis pro rebus suis collectas incurrant sententiam excommunicationis, & interdicti, vt dicit tex. in c. quamquam de censi. lib. 6. & tamen, vt decidūt dicti docto. illud habet locum in collectis imponendis, postquam res peruenit ad clericos sic priuilegiatos. Sed de collectis iam impositis ipsis rebus per laicos, non habet locū; ita propriè est istud priuilegium. Quia intelligitur de imponendis tempore suo, & istud est, quod dicit priuilegium, quia eximit ab omni impositione datiorum, & collectarum, & sic refert se ad impositiones futuras in ista parte.

Non obstat si dicatur, quòd istud priuilegium trahitur ad præterita, dum dicit, aut per dictos filios Commune Florētiæ quocūq; prætextu, modo, vel causa impositorum, seu etiam in posterum imponendorum, & sic eximit, quò ad imposita de præterito, quia dispositio quæ de sui natura non refertur nisi ad futura si exprimit, vt cōplectantur præterita, etiam ad illa extendetur, vt est casus in c. fi. de consti. & cle. 1. de proba. quia respondeo, quòd licèt priuilegia, vel alia dispositio, etiam expresse disponat de præteritis, non tamen extenditur ad illa, quæ sunt de præterito, & etiā erant executa tempore

dispo-

dispositionis, vt est casus in c. audita de resti. spolia. de filijs Praesby. ex tua. & not. Io. And. in ca. detestanda, de concess. praeben. lib. 6. super glo. Sed prout proponitur in themate tempore concessionis istius priuilegij Commune Florentiae, iam imposuerat, & exigerat ab alijs Ecclesijs; ergo istud priuilegium non trahitur ad istum casum. Sed est intentio Papae, quod Commune Florentiae non possit, etiam impositas exigere hic autem nõ exigit; quia iam exegerat, & ista Ecclesia iam erat obligata alteri priuatae personae, de qua Papa non
5 facit mentionem. vnde non debet extendi ad debita de praeteriio, quae iam erant per Commune exacta, & in alium translata, quia priuilegia non extendũtur ad alias personas, quàm expressas de offi. delega. P. & G. cum si. & maximè isto casu debet fieri talis interpretatio, cum praeiudicet iuri tertij in priuilegio non expressus, quia etiam si esset de personis expressis, interpretarentur verba priuilegij, etiam contra proprium significatũ, vt non praeiudicent iuri tertij. de offi. deleg. super eo. de consue. cum dilectus. Ex quibus concluditur, quòd de iure ad illa debita primitùs contracta priuilegium se non extendit, & ita puto de iure verũ esse, & cõsulo.

Ego Dominicus de Sancto Geminiano.

## Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum
## EIVSDEM CELEBER. AVCTORIS
## In eadem Causa Ecclesiasticę Immunitatis.

*Et est in 116. ordine in suo consiliorum libro.*

Ecclesia nulla ratione tenetur pro eius bonis, quibuscunq; ad collectas, cum illæ non sint munera ordinaria, & illis fixa, sed omnino extraordinaria, & variabilia; & ipsa non sit de laicorum iurisdictione.

*SVMMARIVM.*

1 *Collecta an sit munus ordinarium, vel extraordinarium. nu. 2. 6. & 7.*

*Munus ordinarium est, quod habet certam & determinatam præstationem.*

4 *Munera extraordinaria sunt, quæ quandoq; inducuntur per accidens.*

5 *Ciuitas, & qualibet Communitas, an possit imponere collectam suis incolis, & nu. 8.*

9 *Quando aliquid est speciale; eius oppositum est regulare.*

10 *Communitas non potest imponere collectas, nisi pro sua necessitate.*

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

QVIA prædicti solemnissimi Patres, & Consultores plenè dubia examinauerunt procedam conclusiuè. Et bimembre dubiũ formatur, videlicet, an fratres teneantur ad collectas impositas tempore vannis. Secundò, quid de appositis post eius mortem. Et antequam descendam ad dubia, duo breuiter præmittam. Primum, an illa Communitas poterit per sua statuta, vel ordinamenta suis
1 incolis collectas imponere. Secundò, an collecta sit munus ordinarium, vel extraordinarium. Quò ad primum, licet posset argui, pro & contra, veritas est, quòd aut vult imponere collectam generalem Cameræ fiscali applicandam. Et hoc non potest, quia requiritur licentia principis, vt C. de

exac.

exac. tribu. l. 1. lib. 10. de excu. mu. §. placet. Aut vult imponere collectam specialem pro necessitatibus sibi incumbentibus. Et hoc potest quælibet ciuitas, & vniuersitas, vt no. gl. ver. pro consulo in l. 1. § pe. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine Bar. in l. 4. §. si actori. ff. de re iudi. & in l. 1. C. de superindicto. lib. 10. Et hoc tenet Archi. 10. q. 3. quòd cognouimus, vbi plenè hoc examinat, & idem videtur concludere Pau. in clem. fin. de censi. Sed, vt apparet in statuto Montiscatini ipsi fecerunt æstimum, & imposuerunt collectas pro quibusdam
2 debitis Communitatis, & hoc quò ad primum. De secundò, an collecta sit munus extraordinarium dico, quòd sic, nam Guliel. de Cunio in l. neminem. C. de sacros. Eccl. dicit, quòd
3 ordinarium est, quod habet certam, & determinatam præ-
4 stationem, extraordinaria sunt, quæ quandoq; per accidens inducuntur l. Seia. §. medio. ff. de annu. leg. Sed l. 1. ff. de va-
5 ca. mu. videtur dicere, quòd illa sunt extraordinaria munera, quæ non imponuntur à lege, vel senatusconsulto, vel constitutionibus principum. Sed dicit Bar. l. 1. Cod. de mulieri. & in quo loco lib. 10. vbi plenè examinat hanc materiã, quòd illa lex cõcordat cum dicto Guliel. quòd quando imponitur lege, vel cõsuetudine perpetua, de necessitate habet certam & ordinariam præstationem. Sed ea, quæ imponuntur quandoq; per accidens non debẽt habere perpetuam, & ordinatam præstationem secũdòm Bar. Cum ergo istæ col-
6 lectæ non sint impositæ perpetuo, sed secundum, quòd accidunt causæ, cuius prætextu imponuntur, patet quòd debet dici munus extraordinarium, & non ordinarium.

His præmissis descendo ad dubia. Quò ad primum. Si collecta fuit imposita viuente Vanne. Et propter hoc tũc fuit factum æstimum, tenerentur fratres ad solutionem illarum, quia istæ collectæ imponuntur propter necessitatem imminentem reipublicæ. Et licitè tunc a subditis extorquentur, vt probaui supra, & tenet Inn. de Sen. exc. c. grauis, & Specu. de senten. §. sequitur vers. quod si vniuersitas. Cum igitur persona cuius prætextu tunc impositæ fuerunt, collectæ esset subiecta, & onus esset illi iniunctum cõtemplatione bonorum

 vide-

videbantur bona tacite hypothecata pro illis collectis; ergo transeunt cum sua causa ad cuiuscunq; manus perueniant: ergo ad illa onera tunc imposita, argum. de pignori. ex literis, & quod ibi no. de decim. pastoralis Cod. de distrac. pi. l. debitorem.

7 Et sic illas collectas debent soluere succedentes in bonis. Et hoc quò ad primum. Quò ad secūdum de impositis post mortem Vannis fratres non tenentur, quod vt est probatum sup. collectæ sunt munera extraordinaria, ad quæ Ecclesia non tenetur, vt in auth. Item nulla communitas C. de epis. & cle. & tenet gl. in l. de his eo. ti. & pſertim in c. 1. de immun. Eccle. lib. 6. Item collecta est munus personale, quod imponitur personæ, licet contemplatione bonorum, vt no. glo. & ibi tex. ff. de mune. & hono. l. rescripto §. fi. & gl. de anno. &

8 tribu. super Rub. lib. 10. & Bar. in l. 1. C. de mulie. in quo loco eo. ti. Et hoc munus non potest imponi nisi incolis, & ciuibus, & subiectis, vt no. in locis p̄calle. Sed clarū est, quòd fratres nō sunt subiecti Communitati Mōtiscatini, de iudi. decernimus, & c. at si clerici de foro compe. si diligenti. ergo eis imponi non possunt. Probatur hoc etiam ratione. Nam in aliquibus ciuitatibus est speciale, vt talia munera exigantur à possessoribus non subiectis, vt l. fi. ff. de mune. & hono.

9 Sed quando aliquid est speciale, sequitur quòd eius oppositum est regulare ff. de mune. l. 1. in fi. & de legi. l. ius singulare, & in c. præsenti §. loca de præben. lib. 6. ergo isti remanent de iure sub regula prohibitiua. Item probatur sic. Certum est ad solutionem debiti alieni neminem posse ingeri, vt C. ne vxor pro marito. l. fin. de sol. c. 1. de pign. c. ex præsentiū.

10 Sed si diceres istos fratres compelli ad solutionem collectarum, compelleres ad solutionem alieni debiti, quia vt probaui, sup. Communitas non potest imponere collectas nisi pro sua necessitate. Et hoc est clarum, quòd ista necessitas non obligat nisi sibi subditos, & subiectos tantùm, vt probaui. sup. & facit, quod no. in cap. cupientes §. ad hoc de elec. lib. 6. ergo cum isti non sint subiecti illi Communitati patet, quòd compelli non possunt. Iura autem, quæ possent

sent allegari contraria, procedunt in oneribus realibus, quæ sequuntur rem ad cuiuscunque manus peruenerint. de decim. pastoralis, cum simi. vnd eidem consulendo dico, & consulo.

Ego Dominicus de Sancto Geminiano.

# Celeberrimi, ac Eruditiss. V.I. Consulti LAVRENTII SYLVANI PATRITII CASALENSIS V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 9 in ordine in suo consiliorum libro primo.*

## EPITOME.

Nulla sæcularis potestas collectare potest emphyteotam, colonum, aut bona Ecclesiastica, quæcunq; fuerint illa, ac quoquomodo acquisita, citra nefarium crimen anathematis, &c.

## *SVMMARIVM.*

Aduertendum tamen, quòd à num. primò, vsq; ad 12. sunt rationes argumentatiuo modo adductæ contra veritatem, à 12. autèm vsq; ad finem sunt rationes pro veritate quæsiti.

1 EMphyteota Ecclesia an teneatur soluere collectis à sæcularibus impositas, per totum consilium.

2 Collectarum soluendarum onus incumbit possidentibus.

3 *Pensio emphyteotica præstatur ad recognitionem directi dominij.*
4 *Personæ conditione mutata, mutatur rerum conditio.*
5 *Res ecclesiastica transiens in laicum, an subijciatur oneribus sæcularibus.*
6 *Laicus, licèt teneat ab Ecclesia emphyteosim, est tamen de foro sæculari, non ecclesiastico.*
7 *Rustici colentes fundos Ecclesiæ, vel nummis, vel partiarij, nō sunt immunes pro sua parte ab oneribus sæcularibus.*
8 *Statutum laicorum, an possit disponere de bonis Ecclesiæ de quibus sunt inuestiti laici.*
9 *Vtile dominium, quod habet laicus in emphyteosi Ecclesiastica, præscribitur communi tempore aliarum præscriptionum.*
10 *Doctori asserenti de consuetudine, an sit credendum.*
11 *Fiscus, & Ecclesia videntur æquari in solutione collectarum.*
12 *Laici non possunt disponere de rebus Ecclesiæ, in præiudicium eius, & excommunicantur contrafacientes.*
13 *Res Ecclesiæ, cum subijciātur collectis prælatorum, non debent duplici onere grauari.*
14 *Emphyteosis in qua tantùm præstatur pro canone, quantum si locaretur, locatio iudicanda est.*
15 *Collectarum impositio spectare videtur ad supremum principem, & esse de regalibus.*
16 *Collectæ impositæ per æs, & libram, censentur impositæ secundum æstimum, nec respiciunt possessorem.*
17 *Emphyteota Ecclesiæ, non tenetur ad onera imposita per sæculares.*
18 *Bar. opinio est magni ponderis, & in dubio sequenda, iudicando.*
19 *Intellectus l. 2. C. de iure emphyteotico.*
20 *Differentia quæ sit inter emphyteosim, quando pēsio respondet fructibus, & locationem, an procedat de iure.*
21 *Colonus soluens pensionem in pecunia, & retinens omnes fructus pro se, teneri videtur ad collectas, non dominus. quod videtur durum.*
22 *Bona Ecclesiæ non debent collectari per principem sæcularem, ne duplici onere grauentur.*
23 *Vtile dominium, quod habet emphyteota Ecclesiæ, an sit separatum*

*à dominio directo, quod habet Ecclesia.*

24 *Quando concurrunt spiritualia, & temporalia simul, an totum sit censendum spirituale.*

25 *Statuta laicorum non extenduntur ad bona Ecclesiæ, data laicis in emphyteosim.*

26 *Consuetudo localis non habet vires extra locum suum.*

27 *Non est credendum doctori dicenti ita esse de consuetudine, nisi aliter probetur.*

28 *Qualiter intelligitur, quòd in his quæ pendent ab animo, iuramento standum sit.*

29 *Non valet cautela Bar. quòd bona subijciantur Communitati, vt transeant postea in Ecclesiam cum onere iam imposito.*

30 *Consuetudo non soluendi collectas, præscribitur annis quadraginta.*

*In nomine Iesu Christi, de cuius vultu iudicium meum prodeat, ac Gloriosissimæ Virginis Mariæ, &c.*

1 IN hac Quæstione. An emphyteota Ecclesiæ pro re emphyteotica, teneatur collectas soluere per laicos impositas: videtur dicendum quòd sic. Primò quia tale onus soluendi collectas, spectat ad possessores habentes maximè ius in re, & percipientes
2 fructus, casus est in l.fi.C.sine censu, vel reliquis, vbi glos. Bar. & Doct. in l.ibi pœnes quos, vbi no.C.de agric. & censi, lib. 11. l.neg. ff. de impens. in reb. do. fact. & quod per illum tex. determinat Bal. in c. 1. in prin. per quos fiat inuest. cum igitur emphyteota fructus percipiat, & possideat, ac ius in re habeat l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emp. pet. tenetur ad collectas l.fi. C. de priui.dom. Aug. lib. 11. l.fi. C. si propter publi. pens. l. de his C. de episc. & cleri. nec est absurdum, emphyteotam teneri, quoniam
3 dixit Bar. in l. 1. C. de iur. emphy. quòd emphyteosis datur sub quadam modica pensione percipiēda, ad ostendendam recognitionē dominij; potiùs quàm in recompensationem fructuum, qui percipiuntur, sicut ergo emphyteota habeat

commodum fructuum, & omne emolumentum augmẽti, & cætera, quæ no. Doct. in d. l. 1. similiter debet sentire incommoda, & soluere onera, tributa, & publicas functiones, & collectas, vt Doct. declarant in d. l. 1. & Curt. sen. cons. 36. super controuersia. Et duodecim fundamentis concludit Soci. emphyteotã teneri, cons. 119. circa hanc quæstionem volu. primo, repetito in cons. 217. volu. 2. & quanquã Soc. loquatur in casu vbi collectæ impositæ fuerant summi Pontificis authoritate: Tamen non negat, quin emphyteota Ecclesiæ collectari possit à domino, seu vniuersitate sæculari. Secundò moueor per tex. in l. fiscus ff. de iur. fisc. in l. cùm quidam. §. si debitores de vsuris, & meliorem tex. in c. vnico
4 §. verùm de iur. patr. in 6. vbi mutata conditione personæ, mutatur etiam rerum conditio meritò, licèt talia bona, antequàm peruenirent ad manus laici emphyteotæ, non subijcerentur collectis c. quamquàm de censib. in 6. c. primo. de immu. Eccles. clemen. præsenti. de cens. tamẽ postea quàm deuenerunt ad eius manus, videtur tanquam earum rerum sit mutatus status, quod collectari possint, quemadmodùm videmus, quòd bona oneri subijcienda, si ad personam minimè priuilegiatam trãseant, oneri subijci possunt; quia mutata conditione personæ bonorum, conditio mutata censetur l. fi. in fi. C. de inoffi. testa. l. Paulus respondit. ff. de acquir. hære. Bene faciunt, quæ scribit Pet. de Anch. 108. Tertiò moueor per tex. in l. 1. C. de imp. lucr. descri. lib. 10. ibi, nam cùm personæ conditio non mutetur, nec rei quidem statum conuenit immutari, per quem tex. ibi voluit Lucas de Pen.
5 post And. de Isern. in titulo, quæ sint reg. in ver. & plaustrorũ. Quòd si res ecclesiastica, pro qua Ecclesia non subit onus collectarum, proueniat ex locatione in censum, vel emphyteosim, ad laicum, nõ erit laicus ipse immunis ab onere collectarum pro ipsa, quia mutata est possessoris conditio, ergo & rei conditio; dicta l. prima, cum similibus per eum allegatis. Et hoc maximè subijcit ipse procedere; quia in præstatione functionum, publica versatur vtilitas, iuribus per eum allegatis, & etiam quoniam pro ipsa re, antequam ad Eccle-

siam

fiam perueniret, præstabãtur publicæ functiones, meritò fa cilius ad sui naturam redit. l. si vnus, §. quòd in specie. ff. de pact. capitulo ab exordio. 35. distinctio. adducit etiam alia iura ibi, pro hac sententia. Item rationem, quoniam in æstimatione, seu ratione ipsius rei, quæ fieri debet iuxta fructuũ quantitatem l. si quos C. de rescind. vẽdi. deducetur ea summa, quam emphyteota pro ipsa re, nomine census, & pẽsionis, pærstat Ecclesiæ, ne duplici grauetur onere, vt fuit secũdum eum de mente, ac intentione. Andr. de Isern. vbi suprà, & idem voluit Lucas de Pen. in l. fin. colum. 2. C. de fund. limi. lib. 11. facit l. forma. in princip. ff. de censi. Quartò confirmatur hæc conclusio, per tex. in l. rescripto. §. sciendum, cum glos. pẽ. ibi, vt collectæ, quæ imponuntur personę pro rebus, & ibi Bar. & in l. libertus §. sola. ff. ad municip. Alexãd. consilio 68. viso. in princip. lib. 2. & ideo inspicienda est persona, cui collecta imponitur, vt dicit Bar. in l. prima Cod. de anno. & trib. lib. 10. quem ibi sequitur Ioa. de Platea. Certum

6 est autem emphyteotam, laicum, non esse de foro Ecclesiæ, per ea quæ consuluit Roma. consilio 212. quò ad primum, quo quæritur rem in 2. dubio. Quintò probatur ex eo, quod scribit Feder. de Senis, consilio cẽtesimo decimo primo, quęstio talis, &c. columna penultima: versiculo, item quæritur,

7 an rustici, vbi consuluit rusticos, & colonos Ecclesiarũ, qui colunt predia Ecclesiarum ad medium, vel affictum, non fore exemptos pro parte fructuum eos tangente, ab oneribus, quæ per dominos temporales imponuntur. Imò tenentur soluere, nisi dominus temporalis indirectè eos nimis aggrauaret, ita vt Ecclesia non reperiret, qui vellet colere suas possessiones, hoc enim casu, episcopus nõ deberet tolerare, sed resistere; vt refert, & sequitur Felin. in capitulo Ecclesiæ S. Mariæ, col. 43. extrà de constit. reputans illud perpetuò notandum, nec meminit de Gemin. in capitulo quanquam, in fi. de censib. lib. 6. vbi retulit Federi. ad litteram, vbi suprà, quẽ etiam ibi sequitur Philippus Francus Perusinus, & eum etiam sequitur Ioan. de Platea. in l. nemo. C. de dignitati. lib. duodecim, & firma. in tract. gabellarum in 7. parte. sexta

quæ-

queſtio. hinc dixit Imol. clem. fina. col. ſecunda. de cenſib. emptores redituum Eccleſiæ non gaudere eius immunitate. Sextò confirmatur ex his quæ traduntur per Petr. de Anch. in capitulo ea quæ col. 17. de reg. iur. & conſ. 434. poſtquam iſta domina fuit, &c. & 334. ad dubia colum. prima, vbi conſuluit, quòd licet bona Eccleſiarum non ligentur ſtatutis laicorum dictę Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. Illud tamen procedit, quo ad ipſas Eccleſias, & eorum ius, ſecus, quo ad ius concernens laicos, reſpectu vtilis dominij, quod habent in ipſis rebus eccleſiaſticis, quoniam de illo dominio nihil ad Eccleſiam, & illud conſilium, licet corrupta ſit impreſſio, refert pro elegantiſſimo, & ſubtili, Barbat. cōſ. 14. ſcribit prophe-
8 ta clariſſimus col. fi. vol. primo. vbi per illud conſilium conſuluit in q. pulchra, an ſcilicet ſtatutum laicorum poſſit diſponere de bonis eccleſiaſticis, de quibus inueſtitus eſt laicus. Suadetur, quia videmus, quod etſi res Eccleſiæ non pręſcribantur minori ſpatio 40. annorum, vel cētum in Ro-
9 mana Eccleſia; tamen vtile dominium emphyteotæ, & vaſalli Eccleſiæ præſcribitur communi tempore; ſicut rẹs priuata. Alex conſilio 169. vlt. colum. ſecunda. volum. ſecundo Soci. conſilio 266. in cauſa. colum. [illegible] Mod. Tauran. tract. præſcrip. in prima quæſtio. quinto partis primæ Ioan 42. verſ. ſecundo limit. Septimò probatur ex conſuetudine generali, quæ obſeruatur, tales emphyteotas colloctari; ergo obſeruanda eſt, quum ſit optima legum interpres l. ſi de interpretatione. ff. de legi. capitu. cùm dilectus. extrà de conſuetu. cum ſimili l. & de hac conſuetudine generali atteſtatur Alexand. conſ. 1. num. 17. volu. primò. & quòd ita Peruſij obſeruetur, teſtatur Barto. in l. priuatæ. C. de excuſ. mun. lib. 10. & doctori famoſo, quemadmodum eſt Alexan. atteſtanti, de conſuetudine, eſt credendum. Bar. in l. de quibus ff. de leg. Paul. Caſtr. conſ. ibi in cauſa præſenti. colu. 1. Barb. conſ. 23. col. 10. volum. 2. & conſ. 8. colum. 7. volu. 1. vel ſaltem præſumptionem facit, vt ita ſit, niſi contrarium probetur, vt per Cum. [illegible] conſ. 65. numero 5. cum alijs accumulatis per Moder. [illegible] de quibus. Octauo dici poteſt,

quòd nedum pro talibus bonis emphyteota, sed etiã Ecclesia ipsa possent collectari; quia vt audio, videtur esse quoddam statutum Mediolani, disponẽs, quòd omnia prædia ciuium, quæ sunt in Comitatu, sint affecta onere tributorum, pro collectis imponendis, quo casu, talia prædia, quæ peruenerunt ad Ecclesias Sancti Andreæ, transiuerunt affecta tali onere, iuxta tradita per Bar. in l. rescripto. §. sciendum ff. de munc. & hono. in l. placet. Co. de sacrosan. Eccl. Anch. cons. 304. hoc statutum Fely. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ q. 5. numero 76. de constit. Barb. latissimè cons. primo. volumin. 3. Vltimò adducitur tex. in l. 2. ibi, neque apochas tributorum domino reddiderit C. de iure emp. per quem probatur emphyteotam teneri ad solutionem collectarum, & generaliter loquitur, & sic comprehendit etiam emphyteotam Ecclesiæ cum non reperiatur lege canonica contrarium determinatum c. primo. vbi Abb. de oper. nũ. docto. in d. c. Ecclesiæ S. Mariæ, de constitu. accedat tex. in l. hactenus, & in l. si pẽdentes §. si quid cloacarij ff. de vsufruct. vbi fructuarius tenetur soluere talia onera, & ibi Alber. notat. & d. Floria. Benefaciũt quæ scribit Inno. in c. non minus, in verb. onera. de immun. 10 Eccl. Bal. in l. omnes c. sine censu, vel reliquis. Et hanc opi. sequutus etiam videtur Andr. Iser. in c. 1. in verb. & plaustrorum, in titulo, quæ sint regal. & d. Alber. Bru. in trac. de statu. exclud. fœmi. in octauo articulo q. 12. vbi dicit, quòd pro hac opi. audiuit fuisse consultum per Doct. Papiẽ. & attestatur hanc esse communem opini. columna 4. & sensit etiam hanc opin. Ludou. Bol. cons. 54. columna prima.

His tamen minimè obstantibus, quòd collectari nõ possit, de iure mihi videtur verius.

Et primò, quoniam hoc non reperitur lege cautum, propterea hoc nec nos dicere debemus, §. consideremus. in Auth. de trient. & semis l. illam C. de collat.

11 Secundò moueor, quoniam etsi in specie non sit determinatum lege aliqua, emphytheotam Ecclesiæ minimè teneri, tamen ex quo videmus emphyteotam fisci non teneri l. priuatæ, & l. penult. C. de excus. mu. lib. 10. idem dicendum videtur

detur in emphyteota Ecclesiæ, quoniam fiscus, & Ecclesia æquiparantur, & præcipuè in hac solutione, & ipsius solutionis cessatione, vt vult glo. cum qua transit Saly. ibi, in l. prima. C. si propter publ. pens. Et in casibus æquiparatis, eadem esse debet determinatio. gloss. in l. si quis seruo persuaserit, in verb. corrūpi. C. de furt. glo. in c. primo. in verb. declaramus iunct. tex. ne Cler. vel Monac. libro 6. in c. licèt canon. de elect. eo. lib Cod. si concubinæ, de senten. excom. Roma. consilio 32. visa. in fi. & consilio 179. col. 3. Barba. in l. cùm acutissimi columna 30. C. de fideicommiss. in c. quoniam Abbas colum. 9. de offi. deleg. Et si dicatur, dictam regulam procedere, in casu æquiparato, & non aliter, secundum Roma. d. consilio 73. Math. in tracta. extens. columna 7. Iason. in auth. quas actiones columna 5. C. de sacros. Eccl. Et fiscus, & Ecclesia per omnia non æquiparantur, vt not. in fin. C. eo. ti. & eo maximè dato quod æquiparentur; non sequitur, ergo etiam emphyteota Ecclesiæ, & fisci debēt equiparari, cum diuersum sit ius emphyteotæ à iure domini. & fuit responsio Alberici Bru. loco allegato, quia respondeo, quod imò in hac materia est facta æquiparatio, vt dixi per ea quæ not. gl. in dicta l. prima. Et fiscus, & Ecclesia per modū regulæ æquiparantur, & priuilegium fisco concessum, intelligitur etiam concessum Ecclesiæ, dummodò etiā congruat Ecclesię, nec subsit diuersa ratio, vel ius scriptum in contrarium, vt ex multis demonstrat Nicol. Euerard. in centum locis loco. 26. & priuilegium concessum emphyteotæ fisci, est concessum contemplatione fisci principaliter, non autē eius emphyteotæ d. l. priuatæ in prin. & sic priuilegium est fisci. Igitur hoc priuilegium debet etiam intelligi esse concessum emphyteotæ Ecclesię, propter Ecclesiam ipsam, quæ in hoc, virtute æquiparationis fisci, & Ecclesiæ reperitur priuilegiata, & ideo Andr. Iser. in dicto capitulo primo versic. & plaustrorum. putans emphyteotam Ecclesiæ teneri ad collectas, subijcit idē in emphyteota fisci, virtute talis æquiparationis. cuius tamen rei veritas est omnino in oppositū. hanc etiam æquiparationem in terminis nostris, firmat Bar. in l. licitatio.

§. fi. ff. de publica. dum allegat l. 1. C. de priuil. do. Aug. lib. 11. Moder. Taur. in tract. præfer. in 5. q. vers. postremò quintæ partis prin. fol. 43. colum. 12. Tertiò comprobo, quia clarum est, quod fratres diui Andreæ, si talia bona possiderētur ab eis, non possent eorū ratione collectari, hoc enim foret ad-
12 uersùs ecclesiasticam libertatem, nec laici possunt in Ecclesiæ præiudicium determinare authen. cassa. vbi Bald. Co. de sacrosf. Ecclesijs, & idem Bald. in capitulo, cùm venissent. de eo qui mit. in poss. causa rei seruād. columna quinta. l. placet. vbi Bal. C. de sacrosanctis Ecclesijs, dicto capitulo, quāquam de cens. in sexta capitulo primo de immuni. Eccles. Bar. in l. munerum §. patrimoniorum in fin. in l. rescripto §. fin. ff. de muner. & hono. Alexand. consilio 68. Et viso in prin. lib. 2. & cons. 52. visis in prin. volumine quinto Imol. consilio 48. in casu præmisso. Feder. de Senis consilio 151. thema tale est, columna 2. Aret. consilio 133. in causa vertente Curt. Iun. consilio 60. in prin. Et volentes exigere tales collectas, incidunt in sententiam excommunicationis. capitulo, nouerint. de senten. excommu. Similiter dicendum est in emphyteota Ecclesiæ, alioquin illud quod recta via prohibetur, iure indirectò permitteretur, contra. capitulo cùm quid vna via. de reg. iur. in 6. capitulo primo de cler. coniu. eod. lib. l. oratio. ff. de sponsa. si etenim laicis permitteretur, emphyteotas Ecclesiæ collectare pro rebus emphytheoticis Ecclesiæ, ipsa sanè Ecclesia pateretur maximum detrimentum; quoniam tāta minori pensione emphyteotam reperiret, quantū foret onus collectarū, quod intelligeret emphyteota sibi pro tali re imponi posse: vt in simili concludit Bar. per illum tex. in l. quoties ff. ad legem falcid. quam determinationem, tamquàm singularem sequitur Roma. sing. 190. dico vnum in quo habeo nunc consulere, & Franc. Aret. cons. 2. colom. 4. Benefaciunt not. per eundem Barto. in l. quantitas ff. eo. ad legem falci. optimus tex. in l. is qui in puteū §. si posteaquam ff. quod vi aut clam. ibi. satis enim esse, quod vtique propter hoc opus, viliori prædium distraxerit, & in indiuiduo, quòd propter onus collectarum viliori pensione locetur prædium Bar. in

l. fi.

l.fi. §.quoties q.vltima ff.de public. allegat Innoc.in c.fi.extrà de decim. Idem Ancha. in clem. præsenti. de censib. facit tex.in l.mortis causa §.fi. cum glos. ff.de do.cau.mor.l.fundi partem ff.de contrahend. empt. meritò dicendum est, emphyteotam collectari non posse.

Quarto loco confirmatur, nam vt statim dixi, certum est talia bona anteaquam in emphytheosim concederentur, libera esse ab huiuscemodi præstationibus; necesse igitur est, vel fateri durare hanc libertatem, vel docere, vnde procedat hæc obligatio, cum obligationes descendant, ex contractu, vel quasi, vel ex delicto, vel quasi, sed in hoc casu nulla est materia, quæ hanc producat obligationem. Ergo non erit, sicut nec filia sine matre. l.licet §.ea obligatio.ff.de procur.l.consilio. in fi.ff.de cura.furio. iunct.tex. in l.in bello.§. factæ. ff. de cap.& post,l.reuer. l.sciendū ff.de verbo.obligatio. l.quæcūq; in fi.ff. de public. Facta enim non præsumūtur, nisi probentur, benè facit tex.in princi.instit.de obliga.quæ ex quasi contr. cum simi.

13 Quintò comprobo, iure enim nostro receptum est neminem pro eadā re duplici onere grauari l.nauis onustæ §.cum autem iactus ff.ad l.Rod. de iact. l.1. §.interdum ff.ad l fal c. no. l.1. c.de mulie. & in quo loco bene facit quod not.Bal.in l.1.§.1.ff.quod cuiusq; vniuers.nomine. Alexand. consi.78. num.10. volu.1. Dec. cons.285.col.pen. & fi.Soci.cons.311. vers. confirmatur ista responsio. & vers.secundum correlarium vol.2. Latè Paris. cons.25. nu.84. volu.1.Sed si emphyteota Ecclesiæ teneretur ad collectas laicorum, sequeretur quòd emphyteota collectaretur à principe, & superiore laico, & etiam teneretur soluere collectas impositas à Summo Pontifice, domino directo, pro rebus Ecclesię, sicut dicimus in emphyteota priuati, qui semper tenetur ad omnia onera, quæ ratione rei imponuntur d.§.si quid cloacarij,& alijs iuribus superiùs allegatis, quod tamen foret absurdum. Confirmatur hæc ratio, nam quemadmodum princeps laicus superior est cuiuscunq; priuati emphyteotæ, sicut est superior directi domini, & quando collectam imponit, cogit emphy-

phyteotam, vel fructuarium soluere, ad quos onus tale pertinet. Ita & eodem iure princeps ecclesiasticus, qui illius proprietatis ecclesiasticæ dominus censetur, imponēs collectā personæ ecclesiasticæ pro rebus Ecclesiæ, ipsam collectam exiget, à tali emphyteota, vel fructuario Ecclesiæ, quod probatur ex regula, quæ habet, quod ad emphyteotā onus collectarum spectat, quandoquidē si aliter sentiremus, in plura absurda incideremus. Primum, quod Ecclesia emphyteoticando, abdicaret à se superioritatem, quam in re sua haberet, eamq; in laici potestatem transferret, qui cùm antea de, & pro re Ecclesiæ nullam collectam imponere possent, nunc incipere possent. Secundum absurdum, quia Ecclesia abdicaret à se facultatem collectandi pro re Ecclesiæ, quia collectam directo domino imponere haud posset, quia onus tale ad ipsum non pertinet, nec emphyteotæ imponere, quia hoc ius in sæcularem principem transtulisset. Sequeretur præterea, & tertium inconueniens, quòd si Ecclesia infœudaret laicum de aliqua terra, quòd tunc ratione vtilis dominij, posset vassallus per principem sæcularem grauari, quod falsum est decisionibus, & iuribus notissimis.

14 Sextò moueor, quia nos loquimur in emphyteota soluente pensionem æquiualentem, & correspondentem rei valori quo sanè casu sic emphyteota simplici colono çquiparatur. Alexand. consilio 112. videretur in præsenti volumi. primo. nam hæc coniectura prçstationis pensionis commensurabilis cùm fructibus, facit contractum appellari locationem veram, & non emphyteosim, vt voluit Aretinus, consilio quinquagesimoquinto, colum. fin. versiculo, secundo respondeo clarius, & Bolog. consilio quinquagesimoquarto, monasterium, circa finem, vbi in terminis nostris consuluit, qui colonus ad similia onera minimè obligatur. Sed Dominus Ioan. de Platea in l. prima C. de anno. & trib. libro decimo, & Alexand. consilio quarto, volumine quinto.

15 Septimò accedit, Nam huiusmodi collectarum impositio spectat ad supremum principem, & est de principi reseruatis, ex quo sunt regalia. Bal. in lege cùm multa in fin. C. de

bonis.

bonis quæ liberis, allegat textus in capitulo primo, in titulo, quæ sint reg. in vsi. fœud. vbi Doct. maximè Præposi. column. quinta, & est tex. in lege prima C. de superindict. libro decimo. vbi Bar. & Ioan. de Platea in secundo nota. Alex. consilio 147. quoniam abundè. colum. prima volum. secundo Ias. in lege placet, num. 19. C. de sacrosanctis Eccles. Albe. Bru. consilio trigesimosecundo, & centesimotertio, casus iste, cum alijs accumulatis per Paris. in dicto consilio 25. colum. prima, volumine primo, non potest igitur Communitas Mediolani imponere tales collectas, maximè cũ careat iurisdictione, & actus illa exercendi sit iurisdictionalis. Cal. consilio 8. columna secunda, de constitu. Alexand. consilio 78. numero 8. volum. 6. & fortiùs nulla existente causa, & necessitate, vel ducis, vel patriæ, & communis; quo casu cessant. quæ not. Bar. in l. 4. §. si actor. ff. de re. iudica. versic. quæro, quid. & ibi omnes docto. sequuntur. Alexand. consil. 1. 2. column. secunda, volumin. 5. cum alijs simil. adductis per Dom. Paris. dicto consilio 25. numero 69. & 70. & 71. cum sequentib.

16 Octauo loco, pro hac opinio. moueor, quia hæc collecta, quæ imponitur modò, imponitur per æs, & libram, secundùm quòd quis in æstimo scriptus reperitur, vnde succedit, quod not. Ange. in d. l. fina. c. sine censu, vel reliquis, vbi inquit, quòd quando imponitur collecta secundùm æstimum tunc attenditur æstimum solum, & non possessio bonorum. Idem Bal. in l. prima §. quod si nemo. column. ante penult. versi. super tertio puncto ff. quod cuiusq; vniuers. nondum dicit, quod quicunq; habet æstimum in communi, potest grauari. &c. Idem Bald. in l. etiam colum. fina. versic. item habentes æstimum C. de execu. rei. iud. dicens, quòd habentes æstimum, grauari possunt, quia causa finalis est ipsum æstimum. Idem Bal. in l. prima colum. 6. C. de senten. quæ pro eo. Roma. consil. 161. visis in fin. Curt. Iun. in consi. 42. numero 4. vers. 2. confirmatur. Sed talia bona, pro quibus imponitur talis collecta, sunt in æstimo ipsorum fratrum, & Ecclesiæ, quæ non potest collectari, igitur possessio emphyteotæ non attenditur. Vlti-

17 Vltimò confirmatur authoritate Bartol. in d. l. priuatæ C. excu. mu. lib. 10. vbi etiam Angel. & Ioan. Platea, qui cōcludunt, emphyteotam Ecclesiæ ad similium onerum solutionem non teneri. Et bene facit, quod scribit Bar. in l. licitatio. §. fi. ff. de publica. & Roma. in l. imperatores, in princip. eod. titu. Ias. in d. l. prima. colum. 8. vers. illud tamen, C. de iur. emphy. & Petr. de Perusi. in suo tract. collect. Alber. Bru. loco allegato in terminis casus nostri, in quo pēsio correspondet parti dominicali, concludens, emphyteotam non teneri, quia pars sua est ad instar partis colonicæ, quæ collectā non soluit, licèt tributum, & onus reale persoluat. Bar. & Ang in l. C. de anno. & tribu. lib. 10. Lud. Bolo. consil. quinquage-
18 simo quarto. Et præcipuè huiusmodi sententia sectanda est, propter authoritatē Barto. in cuius dictis fermè semper inest veritas, secundum Ioan. Bapti. de Sancto Seuer. in tracta. de modo studen. & vbi contradictio Doctorum reperitur in dubio, adhærendum est opinioni Barto. tam in consulendo, quàm in iudicando. Roma. consilio. 469. refert, & sequitur Ias. in lege illud C. de collatio. & eius authoritas apud legistas est maximi ponderis, vt latè scribit Nicol. Euerard. in cētum locis, loco ab authoritate, seu exemplo maiorum. vers. quinto occurrit. Neuiz. in sua syl. nup. carta. 112. vers. & nunc veniendo ad legistas. Paris. consilio septuagesimotertio. donatio. nume. 36. volumi. primo. Lud. Conz. consilio trigesimonono, nume. 15. Et maximè hocloco eligenda est opinio. Barto. vti fauorabilior, & tutior in conscientia. Fauet enim religioni, & animæ, ca. iuuenis, de sponsa. capitulo illud de cler. exco. argu. lege sunt personæ ff. de religiosis, & sumpti. fune. Alexand. consilio quinquagesimo primo, circa finem, volumi. quarto. Et si Bar. moueri videatur non concludenti ratione, inquit enim, emphyteotam Ecclesiæ minimè teneri, quoniam cùm ipsa bona ad canonem perpetuò sint obligata, non debet duplici onere grauari. Nam attenta huiusmodi ratione; etiam priuati emphyteota, ad collectarum solutionem obligatur cuius tamen contrarium est veritas.

Et quamuis ex deductis pro hac sententia satis abundè satisfa-

tisfactum videatur argumentis aduersæ partis, libet tamen clariùs respondere, & primò. l.2. C. de iur. emphy. ibi, neq; apochas tributorũ domino reddiderit. arbitror enim quod si accuratè ponderauimus illum tex. iunct. tex. in l. 1. Cod. si propter public. pensi. dignoscemus illum tex. vel adhoc nihil facere, vel potiùs nostram probare sententiam, hoc pa-
19 cto inducendo. Tex. enim in dicta l. 1. vult, quòd si quis cessauerit in solutione tributorum, quòd fiscus prædium vendat, pro quo cessatum est, meritò tex. in d. l. 2. considerans fuisse determinatum in dict. l. prima contra dominum possidentem, & euenire posse, quòd dominus in emphyteosim daret, & sic emphyteota possideret, voluit igitur ipsũ emphyteotam, qui fructus percipit, teneri ad onera; secundùm iura antiqua fforũ: d. l. hactenùs, & d. l. si pendentes §. si quid cloacarij ff. de vsufru. apposuitq; pœnam priuationis ipsi emphyteotæ, si non solueret tributa pro re emphyteotica, & apochas de soluto, domino non redderet, quod totum determinatum est, ne emphyteota cessans in solutione tributorum, locũ faciat venditioni prædij emphyteotici: secũdum formam d. l. pe. C. si propter publ. pens. & dominus se defendere posset aduersus fiscũ, pro solutione emphyteotæ, vt declarat gloss. in d. l. secũda, quæ quidem ratio militare non potest in re Ecclesiæ, quoniam illa per fiscum vendi non potest, cum res Ecclesiæ immunes sint ab huiusmodi solutionibus, & grauaminibus, vt dixi d. cap. quamquàm de censib. sexto d. cap. primo. de immu. Eccle. Imo nec expresse statui posset, res tales obnoxias esse collectis laicorum, & quòd venderetur si in solutione cessatum esset, vt in d. iuribus probatur, & in cap. non minus, & cap. aduersùs consules, de immun. Eccle. igitur dispositio d. l. secunda, quæ obligat emphyteotas ad collectas, & tributa, non extenditur ad eas res, de quibus statuens disponere nõ potuisset. Bartol. in authen. cassa. C. de sacrosanct. Eccle. & in cap. cum venissent, de eo, qui mitt. in poss. causa rei seru. colum. quinta, & si dicatur, quòd res per Ecclesiã in emphyteosim concessa, quò ad vtile dominium, est in laicum translata, & illius ratione, ac fru-

ctuum, quos eo iure percipit; potuit Imperator statuere de laico, & de vtili dominio ad ipsum laicum pertinente, prout loquitur tex. in d. l. secunda; respondeo, quòd tex. ille loqui non potest in nostro emphyteota Ecclesiæ, quoniã vult imperator ibi cessatum esse per continuum triennium, in solutione canonis, & tributorum, adhoc, vt sua dispositio locum vendicet, quod quidem nõ potest locum habere in emphyteota Ecclesiæ; qui, si cessauerit biennio, cadit à iure suo, cap. potuit. extrà locati.

Præterea non sufficit, quòd cadat à iure suo, sed fit venditio prædij propter cessationem solutionis tributorum d. l. prima, quæ venditio non congruit, nec potest locum habere in re Ecclesiæ, qualis est hæc res emphyteotica, cùm igitur verba d. l. secunda nõ possint adaptari ad emphyteotam, nec ad rem emphyteoticam Ecclesiæ; non poterit in ea, vel eo habere locum dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. ita autem ff. de admit. tuto. cum similib. imò vt dixi, ex quo si laicus permitteretur emphyteotas Ecclesiæ collectare, Ecclesia pateretur detrimentum, quia tã viliori pensione emphyteotam reperiret, secundùm Bar. in l. quoties ff. ad legem Falcidiam. & indirectè statueretur de re Ecclesiæ, quod fieri non debet, quia illud, quod iure directo prohibetur, per indirectum non permittitur c. primo, de cleri. coniug. lib. 6. Cod. cum quid vna via. de reg. iur. eo. lib. Et hanc conclusionem nostram vltra superius deducta, viua ratione videtur determinare Bald. consilio 3 r. statuto. volumine 3. vbi in materia gabellarum discutiendo, an cõtrahens cum Ecclesia teneatur ad ipsas gabellas, respondet, quòd, aut onus gabellæ est annexum contractui, aut contingit ex actu separato. Primo casu non tenetur Ecclesia, nec contrahens cũ ea, quia aliàs si diceremus contrarium, in re sua læderetur Ecclesia, quia tanto viliori pretio, vel venderet, vel locaret, vt superius declaraui. Et nos sumus in hoc casu, quoniam cum hæc res emphyteotica nihilominus Ecclesię remaneat, apud eam remaneret sub viliori conditione, propter tale onus annexum contractui, & quod verum sit tale onus esse annexum con-

tractui,& contingere ex ipso,& per ipsum contractum, probo. Ponamus etenim, quòd Ecclesia retinuisset prædium pleno iure, certè est dicendum, tale prædium non esse obnoxium collectæ laicorum, dicta authen. cassa: & authe. statuimus C. de sacrosanctis Ecclesijs.

Necesse est igitur fateri, hoc onus collectarum annexum fore ipsi contractui emphyteotico, qui hoc onus produxit in re Ecclesiæ, nec inficiari potest, quin huiuscemodi res dicatur Ecclesiæ, quia Ecclesia habet directum dominium, & ius potentius, l. prima. §. qui in perpetuum ff. si ager vectigal. vel emphyteo. pet. Et ideo dicit Salyce. in dicta l. secunda. C. de iure emphyteo. per illum textum, quòd dominus habens dominium directum, dignior censetur, quàm emphytheota, qui habet vtile. Et ideò quòd ista, quæ communem vtilitatem concernunt, collocari debeant pœnes digniorem. l. si quæ ff. familiæ herciscundæ l. finali ff. de fideiussoribus. Potest etiam dici, quòd textus in dicta lege secunda, C. de iure Emphyteotico, & in dicta l. hactenus, & in dicta l. sed si pendentes §. si quid cloacarij, cum similibus supra allegatis, non vrgeāt aduersus emphyteotā Ecclesiæ, loquuntur enim vbi quæstio vertebatur inter dominum directum, & emphyteotam, vel vsufructuarium; vter scilicet eorum ad talia onera teneretur. Et sic vbi dubitabatur an dominus teneretur, qui quidem verè teneretur, si pleno iure possessor, & dominus foret, verumtamen in casu nostro hoc dubiū esse non potuit, quoniam non est qui dubitet, quod si Ecclesia pleno iure possideret, quòd minimè teneretur; non igitur ea iura intelligi possunt in controuersia vertente inter Ecclesiam, & suum emphyteotam, cum hoc iam decisum foret, Ecclesiam non teneri, capitulo, non minus. cum similibus, de immunitate Ecclesiarum, quod cōfirmo alia ratione. nā textus in dicta l. secunda, loquitur de re obnoxia solutioni tributorum ante contractum emphyteoticum, quod demonstratur, quoniam Imperator iubet emphyteotam in quem possessio, & ius emphyteoticarium transeunt, non solùm canonem directo domino, sed etiam solita tributa soluere, &

hoc

hoc ex pacto, si inter partes conuentum sit, vel etiam si partes nihil dixerint, vult hæc tacitè ex natura contractus venire.

Constat igitur, quòd loquitur de re ante contractũ obligata, Sicque quando Dominus antea erat obligatus, prout expressè tenuit Glossa ibi, in verbo apochas, dum allegat l. Imperatores ff. de publi. clarũ est tamen res Ecclesiæ antequam in emphyteosi concederentur, non fore pro tributis, similibusque collectis obligatas, dicto capitulo non minus. & capitulo, aduersus, cum similibus de immunitate Ecclesiarũ. Secundũ igitur sententias tenentium contrarium, Ecclesia per hũc contractum obligaret rem suam sæcularibus collectis, quod quanquam fieri possit priusquam res ipsa ad Ecclesiam transiret, tamen posteàquàm semel est Ecclesię, hoc fieri non potest. Bartolus in l. rescripto §. fina. ff. de muneribus, & honoribus. Et si diceretur, quòd & si huiusce modi res ante non foret obligata, quoniam pleno iure erat Ecclesiæ, nunc tamẽ esse incipiat ratione vtilis dominij in emphyteotam transeuntis, dico, quod incidimus in doctrinam Baldi in dicto consilio trigesimoprimo, volumine tertio, volentis; quòd si onus pro rebus Ecclesiæ alienatis à laicis imponendum originem ducat, & connexitatem cum origine contractus, tunc non teneri Ecclesiam, neque contrahẽtem cum ea, ad onus tale, quia hoc redundaret aduersus ipsam Ecclesiam, an in eius saltem iure indirectò, vt suprà dixi, detrimentum, quod fieri minimè potest.

Nec obstant iura allegata in primo fundamento probantia, onus collectarum spectare, & pertinere ad fructus percipientes, vt etiam per Roman. in l. inter quos §. damna. ff. de damno infecto Ias. in dicta l. prima, colum. 8. versicu. item, quod dictum est, C. de iure emphyteo. quoniam non procedunt in emphyteota Ecclesiæ, qui si collectaretur, hoc redundaret saltem indirectè in Ecclesiæ damnum, & qui fauore directi domini, idest, Ecclesiæ priuilegiatus reperitur, & immunis ab hoc onere, vt dixi. Prætereà hic emphyteota præstat pensionem commensurabilem cum fructibus, quo

 sanè

sanè casu conductor potiùs, quàm emphyteota dicitur, vt dixi in sexto argumento huius partis, meritò non ipse obligatur tales collectas soluere, sed directus dominus, quas imò si pro domino soluat, repetit, seu ratam pensionis retinere potest. Baldus in dicta l. prima in sexta differentia C. de iure emphyteo & in l. cum duobus §. si in cocunda ff. pro socio. Alber. Brunus loco allegato, in fine. nec hoc casu, etiam directus dominus, (quia est Ecclesia) collectabitur, dicto capitulo non minus, cum similibus. Et ob hoc cessat ratio concludens emphyteotam teneri collectas soluere, quia ex quo releuatur in vno, quia modicam soluat pensionem, aggrauatur in alio, vt collectas exoluat, vt per Curtium Senio. dicto consilio trigesimosexto, est quidem verum, quòd si concluderemus absolutè emphytheotam etiam Ecclesiæ teneri ad collectas, vt plerique voluere, quos superiùs retuli, qđ huic solutioni vnum in eo iudicio multùm refragatur. Quoniam & si multi Doctores voluerint differentiam constituere inter emphyteosim, & locationem; quia si pensio correspondens fructibus præstetur, dicitur locatio, sin verò modica, erit emphyteosis, vt per Iasonem, & Decium post alios de quibus in authentica, qui rem C. de sacros. Eccle. Nihilominus hæc differentia cōfunditur, quia iure non probatur. imo tex. in §. adeò. insti. locati. qui loquitur in contractu emphyteotico, simpliciter dicit annuam pensionem in eo promitti, & dicere quòd pensio erat modica, magna videtur restrictio, seu diuinatio. Præterea id videtur contra tex. in auth. si quas ruinas, & in authenti. perpetua C. de sacrosa. Eccles. vbi patet soluendam esse magnam pensionem, & tamen appellatur contractus emphyteoticus, & Alexan. in l. si mihi, & Titio. numero 200. ff. de verbo. obli. præsupponit contractum esse emphyteoticum, & si concedatur sub pensione correspondente fructibus; Et ideò non fortè tutum esset dicere, hunc conductorem, etiam maximè cum ipsi emphyteotæ emphyteosis à principio ab Ecclesia, vsque ad tertiam generationem concessa fuerit, qua de re arguitur emphyteoticus contractus, qui solet cōcedi, vel in perpetuum,

vel

vel in certas generationes, vt innuit textus in dicto §. adeò. Iason in l.prima numer. 9. C. de iur. emphyteotico, & contractus locationis solet fieri ad tempus determinatum, puta decem, vel viginti annos, non etiam ex alio, tenendo aliam opinionem, fortè tuta foret hæc solutio, per doctrinã Bartoli in l.prima, per illum textum,& gloss.ibi,in verbo,fructus
21 C.de annonis, & tributa, libro decimo. vbi voluit, quòd si quis locauerit fundum alicui sub pẽsione percipienda in pecunia, prout est de natura locationis l. si olei, vbi nota. C. locati. ita quòd omnes fructus remaneant pœnes colonum, quòd nõ teneatur dominus collectas soluere, sed cõductor, ex quo omnes fructus remanent pœnes se, nec habetur ratio pensionis pecuniariæ, quam domino exoluit, nisi adsit contraria consuetudo, sequitur Iason dicta l. prima, columna octaua, versicul.item, quod dictum est. Igitur distinctio Bruni in hoc articulo, quo ad hunc casum, si intellexerimus pensionem, & canonem solui in pecunia, remanentibus fructibus pœnes emphyteotam, vt in casu nostro, redditur meo iudicio per prædicta ambigua.

Potest etiam responderi, dum dicitur onus collectarum spectare ad fructus percipientes. Fatendo argumentũ dummodo imponantur ab eo, qui facultatem collectandi ipsum emphyteotam habeat. Si Pontifex enim collectas imponeret, profectò ipse, non Ecclesia teneretur dicta ratione, & superiùs dixi, & consuluit Socinus dicto consilio 217. volumine secundo. Nec à sæculari collectatur, non quia tale
22 onus non spectet ad fructus percipientem. Sed quoniam si collectaretur, duplici onere grauaretur. Quia, & ab Ecclesiastico, & à principe sæculari collectaretur, vt dixi in quinto argumento huius partis. Non obstat etiam, quod mutatione personæ, id est emphytetotæ laici; rei quoque qualitas, & conditio mutari debeat, quoniam procedunt illa iura, ac intelliguntur in re exempta, & immuni, solius personæ possidentis contemplatione, meritò mutata persona cessat respectus immunitatis, ob id quoque cessat priuilegium d. l. fina. C. de inofficioso testamento, cum alijs suprà allegatis.

Verùm hęc bona antequàm peruenirent ad emphyteotam, erant exempta, non solùm contēplatione personarum, idest, fratrum possidentium, sed ipsorum etiam bonorum causa, quia Deo dicata fuerant, & sic sacra. l. sancimus. C. de sacrosanctis Ecclesijs §. sacræ. instituta de rerum diuisione. Ideò hæc realis exemptio transit ad possessorem succedentem, quemadmodùm si reale esset onus, transiret cum suo onere, vt declarat Geminianus in clemētina prima §. verum columna secunda, de iure patronatus, in sexto, Decius in l. qui in ius, ff. de regulis iuris: hinc est, quod si forent talia bona patrimonialia clerici, & non Deo dicata, non gauderet clericus beneficio Ecclesiæ. Panormitanus in cap. venerabilis, columna secunda, de iudic. Doctor. maximè Felynus in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constitutionibus. Taur. in tracta. præscriptio. in quinta quæstione 5. partis principalis,
23 folio 43. columna vndecima. & si obijciatur ius pertinēs ad emphytheotam in suo vtili dominio, esse quid separatum à directo, & iure spectante ad ipsam Ecclesiam, quia hoc ius non fuit apud Ecclesiam, nec quouis modo attinet ipsi; meritò licet directum dominium ipsius rei, esset, & sit exēptum, non tamen prodest ea exemptio vtili dominio emphyteotæ, quia de eo nihil ad Ecclesiam, vt dicebat Petrus de Ancha. locis præallegatis, vltra prædicta respondeo, quod vtile dominium emphyteotæ est annexum directo Ecclesiæ, & subalternatur ab eo, sicut vtile dominium vassalli à directo domini: secundùm Baldum in præludijs fœudorum, columna quinta, versiculo, quale autem dominium habeat. Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirēda possessione. Et idem iudicari debet de eo vtili, quòd sit Ecclesiasticum, sicut de directo.

Nam si cōsideremus causas à quibus rei fit denominatio, vel efficientem, iuxta notata in Rubrica. ff. soluto matrimonio, & est textus in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, est spirituale, quia Ecclesia est causa efficiens ipsius vtilis dominij. vel materialem, vt notatur in l. prima ff. de appellationibus, erit quoque spirituale, cùm res super qua formatur ipsum

ius,

ius, sit Deo dicata, & spiritualis. Vel finalem, vt notatur in l. prima. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Erit etiam spirituale, cum ob Ecclesię principaliter vtilitatem constitutum fuerit,
24 meritò cùm concurrant tot spiritualia, & vnum tantū temporale, scilicet persona emphyteotæ, iudicabimus hoc ius fore ecclesiasticum, & immune, sicut & aliud directum dominium, quia magis dignum attrahit ad se minus dignum c. quod in dubijs de consec. Eccle. vel alta: alioquin minus dignum traheret ad se dignius. contra not. in l. si quis sciens c. de rei vend. in c. ex litteris de constitu. imò quotiescunq; in vna dispositione, concurrunt æquè principaliter tot temporalia, quot spiritualia, censetur huiusmodi dispositio spiritualis, vt dicimus de vniuersitate, in qua adsunt clerici, & seculares, quoniam data paritate clericorum, & laicorum, dicitur Collegium Ecclesiasticum. Panor. in d. c. ex literis, colum. 2. vers. quomodò autē, de consti. in c. extirpandæ §. qui verò, in repet. in tertio no. de præbe. & congruit, ea, quæ religiosis adhærent, religiosa esse l. quæ religiosis ff. de relig. & sump. fu. Quia qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. c. damnamus, de summa trinita. & fid. cathol. c. debitum de bigam. non igitur verum videtur, quod Anch. & alij sentiūt, de quibus suprà, hoc vtile dominium non habere quicquam
25 commune cum Ecclesia, per prædicta. Hinc est, quod Card. consil. secundo circa statutum, & Abb. cons. 72. in negotio Guidonis consuluerunt, statuta laicorum non extendi ad talia bona emphyteotica Ecclesiæ, quoniam de his disponere non possunt d. cap. quæ in Ecclesiarum. Nec est verum solummodò personam in collectarū impositione respici, quia & si gloss. dixerit imponi personæ, adiecit tamen pro rebus, innuens personam obligari contemplatione rei collectabilis, hinc est, quòd Ciuis Vercellarum de iure non potest collectari, pro possessionibus existētibus in alieno territorio, glos. Bartol. & alij in l. prima C. de mulie. & in quo loc. libro 10.

Non obstāt etiam quę scribuntur per Andr. Iser. in d. vers. & plaustrorum, quoniam circumscriptis præmissis dici potest, quòd si rectè perpenduntur eius dicta, non loquitur in termi-

terminis nostris, nam loquitur de emphyteota censuali, & sic in casu, quo dominium directū, & vtile penes soluentem censum, erat, prout est de natura talis contractus. Bartol. in l. prima §. primo numero 4. ff. de public. item format quæstionem in indictione, & sic in munere ordinario, quod iustè imponebatur, & à qua indictione etiam Ecclesia ipsa non excusatur. Ioan. de Platea in rub. C. de indic. libro 10. & quamquàm in solutione quęstionis vtatur verbo, collecta, tamen sumēdum est dictum verbum pro indictione secūdum thema quæstionis. Casus verò noster diuersus est, cum pręsupponatur per vniuersitatem laicorum, & commune Mediolanēse imponi collectam, & sic munus extraordinarium, quia collecta propriè dicitur, quæ non habet certam, & determinatam formam præstationis. Bartol. in l. prima, §. primo, ff. quod cuiusque vniuers. & in l. prima C. de mulie. & in quo loco libro 11. Ias. in l. placet, colum. secunda, C. de sacrosanct. Eccle. Paris. consilio 25. numero 5. volum. primo. Prætereà nos loquimur de emphyteota, qui non soluit censum, scilicet rem minimam pro re maximi valoris, vt dicit Iser. loco pręallegato, sed de emphytęota soluēnte canonem commensurabilem pretio rei, & qui comparatur colono simplici. Alexand. d. consilio 112. volumi. primo. cùm alijs superiùs deductis. Ad Consilium Feder. de Senis responde, vt per Petr. de Perus. loco allegato, qui bene respōdet quamuis Do. Alber. Brun. dixerit se non intellexisse ipsius responsionem, quæ tamen re vera, clara est, & concludens, si subtiliter ponderetur, quam non curo referre, ne tantum tēporis in aliorum dictorum recitatione conteram. Non obstat, etiam allegata generalis consuetudo, de qua attestatur Alexand. d. consilio 101. quoniam verisimile est, quòd si hæc consuetudo extitisset tanquam notoria Bartol. in d. cap. priuatæ. non dixisset tantùm hoc Perusij, de consuętudine non
26 obseruari, sed allegasset ipse quoq; generalem consuetudinem, & particularis loci consuetudo non extenditur extra locum vbi viget, vt per Moder. in cap. fina. de consuet. Meritò Bartol. allegando consuetudinem particularem, innuit

gene-

generaliter contrarium obseruari. argu. l. ius singulare. ff. de
27 legi. cum similibus. Nec est verum, credendum esse Doctori allegandi consuetudinem, cum consuetudo sit facti, cuius datur probabilis ignorantia cap. primo. de constitutio. in 6. & quæ prudentissimos homines sæpe numero fallit, & quod non præsumitur, nisi probetur. l. in bello. §. factæ ff. de capt. & postlimi. reuer. cum similibus, vt latè concludit Alexand. in l. post dotem ff. solut. matrimo. Iaso. in d. l. de quibus Bald. in l. fina. C. de fideicom. in l. consentaneum in 5. oppo. c. quomo. & quan. iud. & in similibus terminis Areti. consil. 132, colum. tertia, & quarta, ex pluribus hoc concludenter comprobans Corne. consilio 83. columna 5. volumine quarto, Curtius Senior. consilio 75. in fine. Deci. consilio 285. & pro tenui. in fin. & 142. & pro tenui. num. 5. & in capi. secundo columna fina. de rescript. Barba. consilio 43. præclarè, colū. 12. volumine primo, repeti. in dicto capitulo fina. de cōsue. vbi asserunt hanc esse communem sententiam, Alber. Bru. cons. 12. col. 18. Ludo. Gonza. consil. 35. videtur nume. 12. Paris. cons. 158. si ius commune num. 21. volu. 4. idem Paris. cons. 31. nume. 14. vol. primo, vbi dicit hanc etiam esse communem, & Hypp. de Marsil. practica sua §. Constante. num. 15. nec dicatur quàm hæc procedunt in plena probatione, de qua non loquitur Bar. & sequaces, sed solū, quantùm ad præsumptionem, quia præsumitur ita fore, pro authoritate Excellentissimi Doctoris, & sic probatio incumbit aduersanti, sicut pro Notario, & Iudice aliàs præsumitur, vt scribit Deci. in l. 2. §. primo in fin. in posterioribus lecturis ff. si cer. pe. & Cur. Iun. d. consi. 60. & Lud. Gonz. cons. 59. nu. 18. quoniam imò dico; quòd præfati Doctores loquuntur respectu præsumptionis, dum dicunt consuetudinē esse facti, & facta non præsumi, nisi probentur, & fortè crederetur in dubio authoritati periti iuris consulti, quando non haberet aduersantes peritissimos, vt hoc casu, & fortiùs quando dictum eius aduersatur iuri communi, non est ius assertioni simplici credendum, vt d. Bal. in l. si is qui §. primo, in lect. antiqua ff. de pignor. quo circa istis asserentibus cōtrarium

po-

28 potius credendum foret, sicut in simili dicimus, quòd illud quod dicitur, in his quę dependent ab animo, standum esse iuramento, procedere, nisi præsumptio sit cōtra iurantem, quia tunc non stabitur dicto, & iuramento suo: Bar. in l. inter omnes §. rectè col. fin. de furt. Alexand. in l. 1. §. per Procuratorem col. 2. vers. vol. 2. ff. de acquiren. poss. cum in dubijs opin. illa sit eligenda, quæ est magis iuris dispositioni conformia, vt per Philip. Deci. post alios in ca. primo de consti. vt hic & quæ fauet libertati, & Ecclesiæ. & dicere hanc consuetudinem esse notoriam, & haberi prout ius commune non scriptum §. ex non scripto insti. de iur. natur. Quo considerato, alia probatione non indiget, sed sat est, si ius tale allegetur. l. emptorem in princip. ff. de act. emp. Ias. in d. l. post dotem, numero 102. prout in simili consuetudine, aliàs dicebat Do. meus. Paris. in cons. 25. numero 100. volu. primo, negamus, & hoc ipsum est, quod disputamus.

Non obstat cautela Bartol. in d. l. rescripto. §. sciendum,
29 quia prætermissis multis, quæ dici possent de inualiditate dicti statuti, quod non extat in vol. statutorum, vt mihi significatur, dico quòd illa cautela est damnata à Doctoribus, vt per Ias. in l. fin. col. 8. C. de pact. Fely. in d. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, Bal. cōs. 112. col. 3. vol. 2. vbi dixit Bar. in d. §. sciendum, locutum fuisse contra omnes, & minus bene, eiusq; cautelam non valere vnam festucam, nisi indictio sit certa, & determinata, ac inuariabilis, & contra etiam Bar. tenuit Ioan. de Platea in l. fin. C. de exacto. trib. lib. 10. & latius aliàs consului aduersus illam cautelam. Et ita ex prædictis ad fauorem emphyteotæ concludo, qui etiam coadiuuari potest præscriptione, siue consuetudine non soluendi tales collectas. Quoniam vltra sexaginta anos, nec ipse, nec sui authores vnquàm fuere collectati, dato quòd fuissent ad sol-
30 uendum requisiti. Nam talis immunitas, & consuetudo non soluendi, præscribitur spatio 40. annorum. Alexandr. consilio 136. in causa, colum. penult. volum. 2. & consilio 30. ponderatis, in quinto dubio. vol. 5. Iacobus de Sancto Georg. in tract. de homagio. colu. penult. vers. addite ad proxima.

Moder.

Moder. Taur. in tracta. præscrip. in secunda parte 5. partis princ. quæst. 7. Paris. cons. 25. numero 29. & 109. volumin. primo. Saluo semper potiori, & saniori iudicio. argumento iurisconsulti in l. Claudius Fœlyx. ff. qui pot. in pign. hab.

Laurentius Syluanus Iuriscon. & Patritius Casalen. &c.

# Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum

# EIVSDEM CELEBER. AVCTORIS In eadem Causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

*Et est 32. in ordine in suorum consiliorum libro primo.*

## EPITOME.

Apertissimi iuris est, Ecclesiasticas personas, eorum colonos, & bona quæcunq; tam antiquitus, quàm nouiter acquisita, allibrata, & catastrata, nullo modo a laici posse statutis, seu Nouì. Constitu. Medio. titu. de oneribus, §. collegijs, quod sil. transeant, cum onere, &c. quòd fide iubeant, &c. aut alijs consimilibus, sub diro Anathemate; etenim non sunt de iurisdictione, & potestate laicorum.

Notandum verò, quòd in hoc tanti viri celeberrimo rescripto decisiuo post nu. 11. extat, nedum eruditissimorū Doctorū, verum ipsiusmet Bartoli reprobatio, & retractatio cautelæ, quam ipse aliàs suadente diabolo tradiderat pro efficiendis omnibus bonis tributarijs in præiuditiū Ecclesiæ, quò sic morienti saltem animæ suæ consuleret, quam rogo legant, & obseruent, qui & ipsi animæ suæ consulere cupiunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 An bona data Ecclesiæ pro dote eximantur ab oneribus solitis ante dationem.
2 An ius patronatus dicatur merè spirituale, an mixtum.
3 Substantia rei, quid dicatur.
4 Denominatio rerum, unde descendat.
5 Ius patronatus aliquo modo non est de iurisdictione iustitiæ laici.
6 Præsentatio, quid conferat ipsi præsentato.
7 Beneficij appellatione, venit curatum, & non curatum.
8 Licèt res fuerit in æstimo communis, si transeat in Ecclesiam non cogitur clericus soluere collectas.
9 Connexorum idem debet esse iudicium.
10 Beneficia iuris patronatus conferuntur à Papa, tanquam merè spiritualia.
11 Cautela Epi. quòd bona donentur reipublicæ cum onere, ne libera transeant ad Ecclesiam, nihil valet.
12 Papa potest imponere onera rebus ecclesiasticis: princeps sæcularis non potest.
13 Collectæ non rebus, sed personis imponuntur.
14 Bona non restant obligata pro futuris collectis, secus pro præteritis.
15 Vniuersitas potest sibi imponere collectas sine superioris licentia.
16 Res perueniens ad manus exempti, restat exempta.
17 Beneficia, capella, altaria, patronatus, per sæculares nequaquam possunt collectari.
18 Res ecclesiasticæ possunt collectari pro oneribus concurrentibus vtilitatem, nedum laicorum, sed etiam ipsarum Ecclesiarum.
19 Bona subiecta taleis, si perueniant ad exemptum, eximuntur, & contra, si libera, perueniunt ad non exemptum.
20 Onera realia, id est tributa rebus imposita, transeunt cum rebus, etiam in Ecclesiam.

Inte-

*In nomine Iesu Christi, de cuius vultu iudicium meum prodeat, ac Gloriosissimae Virginis Mariae, &c.*

1 Quaeritur, an bona assignata Capellae Sanctae Mariae Montis Messij in dotem pro iure patronatus per laicum posteaquam transiuerunt ad ipsam capellam per institutionem capellani, transiuerint cum onere soluendi collectas imponendas per laicos secundum aestimum, & secundum solidum, vel libram. Breuiter in hac conclusione, quoniam praesupponitur tales collectas nullam certam, perfectamq; formam habere, sed mutari, & variari pro imminentium negotiorum varietate: Arbitror sufficere communem recensere opinionē, omissis multis, quae ad vtranq; partem more consulentium adduci possent. Dico igitur praedicta bona non transiuisse, cum dicto onere post dictam institutionem imposito, seu in futurum imponendo. Pro cuius quidem conclusionis confirmatione praetermissa illa difficili, & longa quaestione, de qua latissimè per Docto. maximè Do. meum Rip. in rubr. extra de iud. & in c. quanto eod. ti. An ius patronatus sit, vel merè spirituale, vel merè
2 temporale, vel mixtum, in qua sanè quaestione dicebā (aliàs disputando) tenendam fore opi. antiquorum, quòd scilicet sit merè spirituale, & ex tribus praecipuè mouebar. Primò,
3 quoniam illud pars substātialis alicuius rei dicitur, sine qua res illa existere non potest, vt declarant omnes Docto. in l. pacta, quae contra C. de pact. bene facit. l. malum ff. de verb. signifi. Sed institutio non potest existere sine praesentatione c. decernimus, ibi, irritam nouerint 16. quaest. 7. & institutio
4 est merè spiritualis, ergo & praesentatio. Secundò mouebar, omnis enim res denominatur, vel à causa effectuali, l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. not. in rub. ff. solu. matr. vel ab effectu. not. in l. prima de appel. vel à causa finali. not. in l. prima C. de sacrosanct. Eccle. & profectò vbi consideramus causam efficientem, est spirituale, quoniam est Ecclesia, quae ius patronatus concessit c. 3. de iur. pat. Nec possent laici ex defectu

po-

potestatis hoc introducere, si respiciamus effectum, ex ea oritur institutio, & electio, quæ spirituales sunt, si consideremus causam finalem, inuentum est propter Ecclesiam, vt laici inuitarentur ad dotandas Ecclesias; si habeamus in respectum ad ipsam rem, super qua ius istud vertitur, est spiritua-
5 le, vt est ipsa Ecclesia. Tertio arguebam, quòd si esset mixtum, sequeretur quòd etiam iudex laicus ratione mixti fori iudicare posset, quod tamen est falsum, nisi vertatur quęstio facti. Fely. in c. quantò in fi. vers. vtrum laicus. de iudi. & in c. significauit. de testi. in proposito autem casu solummodò in præsentia satis est hanc rationem attingere, videlicet, quòd ius patronatus principaliter consideratur respectu præsentationis, quæ ordinatur ad institutionem præsentati, cuius præsentatio spiritualis est, eo quòd per eam paratur via ad consequendum beneficium, quod spirituale est, secundùm Arch. in c. primo 1. q. 1. quem refert, & sequitur Alber. in suo Lexic. in verbo patronus col. 2. vers. an ius patronatus sit spirituale, & c. quæ ratio militat, etiam iuris patronatus, considerata origine, quia à principio, quando Ecclesia concessit ius patronatus fundatoribus dotantibus d. c. decernimus, ita laicis sicut clericis concessisse videtur, per generalitatem il-
6 lius canonis, qua quidem præsentatione facta subsecutaq; institutione ipsum ius spirituale præsentato postmodū acquiritur, vt colligitur ex allegatione Lap. 8. incip. præsentatus, & ideò dixit Zabarel. in cle. 1. in 1. oppo. de sup. neglig. prælа. post Paul. & Gentil. quem refert Fely. in c. cum Bertold. col. 2. de re iud. quòd præsentatio facta à patrono laico, non cēsetur dispositio de beneficio, sed post eam paratur via ad disponēdum, quoniam præsentatus ante admissionem, non habet ius in beneficio, sed tantummodò ius petendi se admitti ad illud, & sic præfati Docto. idem in effectu voluere, quod Arch. loco allegato. Facta autem præsentatione, & institutione patronus laicus in rebus à se Ecclesię pro dote collatis, nullam habet potestatem, sed earum regimen, & administratio ad institutum pertinet, ca. nouerint 10. quæstio. prima, quia fructus, & reditus earundem rerum pro dote tra-

di-

ditarum côuerti debent in alimenta, & sumptus sacerdotis, & eius clerici, siue præsentatiui, & institutio facta sit ad beneficium curatum, siue non, vt puta ad capellam aliquam, sub altare, in Ecclesia curata, siue cathedrali, non exempta diœcesani consensu erectam, & constitutam cum dote rerum immobilium, vt not. consuluit Panor. cons. 89. ex themate proposito, vol. secundo, quia quidem capella sic dotata, seu altare in Ecclesia dotatum, interueniente Episcopi authoritate, dicitur esse beneficium, vt consuluit Cald. in tub. de iu. pa. cons. vlti. quidam ædificauit altare, &c. Rot. in nouiss. eo. ti. decis. 10. & in antiquis in ti. de præben. decisi 2. tangit Felyn. in c. ex parte quintoq; de rescrip. Roq. in tract. de iu. pat. in vers. pro eo, quod de diœcesani consensu in
7 princip. & quæst. prima, pro quo facit, quia appellatione beneficij à iure prolati, etiam in materia stricta veniunt beneficia curata, & non curata, secundum gloss. in cap. si gratiosè vbi Gemi. not. de rescrip. lib. 6. quibus sic, vt supra pro præfatæ conclusionis, & sententiæ confirmatione præmissis, libet authoritates hanc opinio. sequentium recensere, quam tenuit Specu. in ti. de cler. coniug. §. primo. vers. ad huius autem in fin. & Archi. & Ioa. Andr. in cap. primo. de immu. Eccles. in 6. qui Archid. formaliter recitat Specu. in prælle gato loco, quem etiam ibidem sequitur Ioa. Andr. in eius additio. Idem etiam tenet Inno. & Panor. in cap. non minus, extrà de immu. Eccle. Panor. post Anto. in cap. fin. de vi. & honest. cler. vbi dicit istam opinio. esse veriorem. Philipp. Franchus in d. cap. primo in gloss. in verb. bonorum de immu. Eccle. in 6. allegans pro hac opinio. tex. in cap. primo. de iu. patron. in 6. Bartol. in l. rescripto. §. sciendum, ff. de mune. & hono. & cons. 180. incip. si aliqua possessio. Doctol in l. placet. maximè Mod. in vltima columna. versic. vltimò signa. extrà de for. compe. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ in 27. colum. de constitu. pro hac opi. facit tex. in authen. Item nulla communitas C. de episcop. & cleri. & in capi. primo, versic. volentes de immun. Eccles. in 6. in quibus iuribus expressè prohibetur exactio collectarum in bonis ecclesiasticis,

& ideò dixit Bal. in d. l. placet. in 3. no. quòd licèt res immenia-
8 tur in æstimo communis, si tamen talis res perueniat ad Ecclesiam, nihilominus Ecclesia non tenetur ad collectas prædictas, nisi ad retrò indictas, & quæ restant. Allegat pro hoc gloss. in l. incolæ. ff. ad municip. facit tex. in l. fiscus ff. de iu. fisc.

Ratio supradictorum assignari potest, quia huiusmodi collectę non possunt imponi non subditis in l. rescripto. in fi. ff. de munc. & hono. Nam laici non possunt grauare libertatem Ecclesiarum cap. noueritis extrà de senten. excommun. Item impossibile est, quòd tunc formetur obligatio, vbi inuenitur persona, quæ nō potest affici, & res mutauit statum argumen. l. Stichus seruus meus ff. de manumiss. testa. Huiusmodi enim bona non censentur amplius temporalia, sed spiritualia, ex quo sunt de iure patronatus, quod est quid annexum spirituali. capitulo quanto [illegible] ibi notatis per glossam, & Docto. de iudic. capitulo [illegible] ibidem nota.
9 ta. de iure patro. vnde idem iudicamus de causa iuris patronatus, quod iudicamus de causa iuris spiritualis, secundùm gloss. communiter approbatam in dicto capitulo quanto, pro qua est textus ibidem, & in dicto capitulo de iure. Huius rei ratio est, quia connexorum idem est iudicium. capitulo translato, de cōstitu. & connexum sequitur naturam dignioris, & potentioris. Ita tradit Abb. in hoc proposito, in dicto capitulo de iure. & probatur per l. quæritur ff. de statu hominum, & per l. quæ religiosis ff. de rei vendic. & per capitulum quod in dubijs, cum ibi notatis. de consecratio. Ecclesi. vel altar. & in capitulo primo, versic. fin. eodem titulo, de consecratione Ecclesiæ, vel altar. in sexto.

Hinc est, quòd si Papa imponit aliquam collectam clero, vel rebus ecclesiasticorum habentes bona, quæ sunt de tali iure patronatus, quale præmissum fuit in themate, tenentur ad contributionem huiusmodi collectæ. Ita dicit Innocentius, cum quo alij transeunt, in capitulo, cùm & plantare. de
10 priuileg. Hinc etiam est, quòd beneficia iuris patronatus conferuntur à Papa. Quoniam talia bona sunt ecclesiastica,

capi-

capitulo, cum dilectus, de iure patronatus, capitulo dilectus, de officio legat. gloss. in capitulo secundo, de præben. in 6. & gl. in clem. 2. eodem titulo, de præben. Lap. in allega. 96. & vltra deducta per Moderniores cano. in capitulo, Ecclesia Sanctæ Mariæ, extrà de constitutio. & in capitulo vetum, extrà de foro competenti, & per Moderni. legist. in l. placet C. de sacrosan. Eccles.

*Quæso ne pigeat infrascripta à num. 11. vsq; ad num. 12. diligenter legendo animaduertere, ac trutina pacati animi ponderare, neq; enim ibi Ecclesiastici sunt, qui loquuntur, verùm ipsimet illis aduersantes, quin, & nequissima cautela de efficiendis omnibus bonis tributarijs in Ecclesiæ præiudicium adinuentores, qui catholicæ mortis memores, animæ suæ consulentes, illam, vti anathematizatam respuerunt, abiurarunt, detestati sunt, & anathematizarunt, rogaruntq; monendo superstites, vt eam amplius, veluti nequissimam amplecterentur; proinde qui illis deteriores esse nolunt, dum viuunt, mortis memores illam omnino abhorreant.*

11 In quibus locis dicũt communiter reprehendi cautelam Bartol. de qua per eum in l. rescriptos § sciendum ff. de muneribus, & honoribus, & alibi vbi idem firmauit. Dicebat enim Barto. quòd si ciuitas faceret statutum, quòd omnia prædia sita in territorio statuentium, sint tributaria, & affecta onere tributorum pro collectis de cætero imponendis, potuerunt clerici, & Ecclesiæ in posterum ab vniuersitate sæculari collectari pro prædijs huiusmodi, quæ postea ad eos, & Ecclesias peruenerunt, quod sequitur Guid. Pap. consilio septuagesimosecundo, principali, numero quarto, ...

Accedit, quòd aduersus dictam cautelam Bartoli, scripsit Iason. in l. finali, circa octo columnas, cũ principio sequentis de pact. Eandem quoque cautelam vti erroneam damnatam esse dixit Felynus in c. pastoralis columna quarta, versic. Tertia declaratio. extrà de foro competenti, vbi dicit se pleniùs de hoc dixisse in dicto capitulo, Ecclesia Sanctæ Mariæ non retulit tamen Bald. in conf. 112. colum. 3. volumine secundo, vbi dixit Bar. in d. §. sciendum, locutum fuisse contra omnes, & minus benè, eiusq; cautelam non valere vnam festucam, nisi indictio sit certa, & determinata, ac inuariabilis, vt etiam contra Bartol. tenuit Ioan. de Plat. in l. fin. Cod. de exact. tribut. lib. 10. & ante eum Bald. in cap. in præsentia, column. secunda, antè fi. extrà de proba. vbi refert alios tenuisse, quòd collectas solemnes perpetuas, & certas per statutum indictas Ecclesia tenetur soluere sicut tributa, quia succeissit collectario, secus in emergentibus, & incertis, dicit tamen Paul. de Cast. in l. secunda, C. sine censu, vel reli. & in l. prima §. primo, & in l. Imperatores ff. de publica. cautelam Bartol. posse saluari, & procedere in Principe, vel Ciuitate superiorem non recognoscente, vt est Florentia, statuente, declarando, & intelligendo, vt ibi per eum, de cuius saluationis veritate discutere in casu isto, de quo quæritur nõ oportet. Dixit prætereà Bald. in 3. volu. cõsil. cõs. 246. antiqua querela laicorum, &c. vbi refert præallegatam cautelam Bar. & etiã aliam cautelam, quòd non vtimur istis apicibus contra Ecclesiam, & quòd non est benè tutum consulere super istis.

12 Et quamuis Romanus Pontifex possit collectas, decimas, & onera imponere Ecclesijs propter fructus rerum ipsarum Ecclesiarum, vt consuluit Gemin. conf. 3. super dubio præmisso, &c. & in conf. 19. quia diffusè per egregium, &c. tamen per principes temporales, seu vniuersitates sæculares Ecclesijs, seu beneficijs quibuscũq; etiam capellis pro rebus, & bonis immobilibus ecclesiasticis similia onera, præsertim, per æs, & libram, quæ non habent certam formam, vel regulã, sed arbitrio superioris variantur, vt sunt collectæ, quæ imponuntur personis pro rebus d. l. rescripto. §. sciendum,

H vbi

vbi gloss. & declarant Doct. in locis per præfatos Moder. vbi supra relatis, & not. Bald. de pace constantiæ. colum. sexta, & Paris consilio 25. numero 5. volumine primo, imponi non possunt, postquam res ipsæ à laicis ad Ecclesias peruenerunt, & sic de prophanis effectæ fuerunt ecclesiasticæ, etiã si prius fuissent in catastris, seu registris communitatũ sæcularium allibratæ, & ad solidum, & libram æstimatæ, vt concludunt Docto. in præfatis locis canonistalibus, & legistalibus, vt consuluit Panormi. consilio 3. casus super quo consilium petitur &c. volumine primo. Quod quidem consilium, & etiam consilio 6. in eod. volumine, retulit Ias. in d. l. placet, vbi tamen non allegauit elegans consilium Panormi. in secundo volumine consilio. in cons. 13. vniuersitas ciuitatis, &c. vbi etiam consuluit pro ista parte motus optimis iuribus, rationibus, & authoritatibus, vt ibi per eum concludentem, quòd pro huiusmodi rebus, quæ ad Ecclesias sine fraude peruenerunt, Ecclesijs non posse per vniuersitates sæculare imponi collectas aliquas, vt consuluit etiam Geminia. consilio centesimo decimosexto. quia prædicti solemnissimi Patres, &c. & ante eum Bartol. consilio 175. Si aliqua possessio, &c. vbi idem tenet de fraude, & quòd res ad Ecclesiam cum onere
13 collectandi minimè transit, quandoquidẽ onus ipsum, non rei, sed personæ inhæreat, vt etiam de hoc onere, quod personæ inhæreat, subtiliter declarat Areti. consilio centesimo quinto. in causa Magnifici, &c. vbi tamen principaliter non consuluit super veritate cautelæ Barto. in dicto §. sciendum. licèt in casu illo, in quo inter laicos consuluit referat Bartol. & qđ tale onus personæ, & non rei adhæreat, declarat etiam pulchrè Paulus Castrens. in dicta l. Imperatores, & in dicta l. secunda, glo. in l. prima C. de indict. libro decimo, & l. incola & his ff. ad municip. in l. omne territorium, C. de transit. & peræquat. libro vndecimo. Bartol. plenè in l. prima columna quinta, versiculo, venio ad secundum C. de mulie. & in quo loco. libro vndecimo. Bald. in l. placet, C. de sacrosanctis Ecclesijs. Bene facit l. secunda, §. cùm in eadem ff. ad legem Rhodiam. de iact. gloss. & Bartol. in l. prima. C. de apoc. pub.

libro decimo, & ideò cum personis pro rebus collecta imponatur, ad eam non subditi, minimè tenetur, esto quòd prædia in loco possideat, vbi huiusmodi collectæ imponuntur. Bartolus in l. libertus §. sola: ff. ad municipales, & firmat in his terminis Alexander consilio sexagesimooctauo. viso. columna prima, volumine secundo, & consilio quinquagesimosecundo, visis columna prima, volumine quinto. Imola consilio quadragesimooctauo, in casu præmisso. Feder. de Sen. consilio quinquagesimoprimo. thema tale, columna secunda. Areti. consilio 133. in causa, quæ vertitur. Curti. Iunior consilio 42. numè. 3. Cum igitur ex impositione huiusmodi collectæ persona principaliter afficiatur, res ipsa, pro qua imponitur, nulla obligatione afficitur.

14 Hinc fit, vt pro futuris collectis non remaneat ipsa res obligata, secundùm Bald. in d. auth. item nulla communitas, circa fin. vers. deinde quæro C. de sacros. Eccles. Imol. in capi. fina. columna antepe. vers. exemplũ tertiũ, de vita, & honesta. clerico. optimè facit textus in l. qui concubinam §. qui ortos. ff. de leg. 3. Meritò igitur non potest Ecclesia collectari pro re, quæ à laico ad ipsam peruenerit. Aliud enim est debere aliquid pstare pro re, vt in casu nostro, aliud ex ipsa re, vt pulchrè ad ppositũ nostrũ dixit Old. in suis alleg. penes me alleg. 115. vbi allegat l. eo tẽpore ff. de pecul. & l. sociũ, qui in eo. §. socius cùm resisteret. ff. pro socio. obligatio etenim, quæ nascitur pro re, non afficit successorem cap. fi. §. si verò contigerit. de pace iur. firm. facit lege. 1. §. si hæres ff. ad Trebel. Præterea habenti honorem collecta imponi minimè potest l. honorem. ff. de mune. & hono. Et dicit ibi glos. arg. quòd Consules non debent cogi ad solutionem collectæ, & Dyn. ibi intelligit de collecta, quæ imponitur personæ pro rebus, sed certum est, clerum, & ordinem ecclesiasticum esse maiorem omni sæculari honore, nisi in fraudem hoc fieret l. sub prætextu C. de sacros. Eccles. l. de his C. de episc. & cle. Cæpol. conf. 51. num. 21. benefacit l. his honoribus, §. fin. ff. de excus. mune. Bar. in l. 1. C. de immun. nem. conceden. lib. 10. vbi in similibus terminis pulchrè loquitur.

Acce-

15 Accedit, nã & si vniuersitates possint imponere collectã sibi ipsis, & his qui sunt de vniuersitate pro suis necessitatibus, etiam sine superioris licentia l. omnes prouinciarum C. de oper. pub. d. l. rescripto. §. fin. ff. de munc. & hono. not. in l. 1. §. quod si nemo ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine gloss. final. in c. cùm dilecti. de rescript. in l. finali, de immunitate nemini concedenda. Bar. Alexand. & alij in l. 4. §. si actor. ff. de re iudicata. Alexander cõs. 52. colum. 2. volum. 5. & consilio 78. numero 4. volumine 6. cum alijs allegatis per Pari. dicto cons. 25. num. 69. volum. 1. Non tamen iuri, & æquo congruit, quod qui non sit de vniuersitate, contribuere habeat ad solutionem talearum ipsius vniuersitatis, & sic persona ecclesiastica ad æris alieni solutionem cogi non debet. argumen. l. 1. C. ne filius pro patre, & l. 1. ne vxor pro marito. Si tamen iam imposita fuisset pro ipsis rebus antequã ad Ecclesiã peruenissẽt collecta aliqua, & non soluta, teneretur Ecclesia ad eius solutionem, quia ad eam res ipsæ, cum onere soluendi collectam iam impositam, & nondum solutam, transeunt, non autem cum onere in futurum collectandi, & soluendi, vt volunt Doctores præallegati, & relati à modernioribus in locis de quibus suprà, & Baldus in dicto c. in præsentia. columna 2. ante finem, vbi dicit, quòd Ecclesia non tenetur soluere collectas sequentes, sed præcedentes ingressum monachi, tenetur soluere, per gloss. nota. in l. incola iam ff. ad municipales, & ita etiam consuluit Geminianus in præallegato cons. 19. cuius consilia præallegata non retulerunt mod. in præfatis locis, in quibus etiam nullam mentionem fecerunt de Aegidio Bellameræ, ac Do. Oliuerio, qui fuerunt auditores sacri Apostolici Palatij, & consuluerunt Ecclesias pro rebus, quæ à laicis ad eas peruenerũt, nõ posse à dominis, & vniuersitatibus tẽporalibus collectari: vt patet ex consilijs eiusdem Aegidij, cons. 45. Consules Ciuitatis Albiniæ, &c. cum duobus consilijs sequentibus, quæ etiã non retulit Firma. qui fuit aduocatus Consistorialis in suo tractatu Gabellarum, in septima parte principali, vbi in hac materia collectarum tetigit plures quæstiones.

16 Ad prædicta etiam accedat textus in c. dilectus filius G. extra de præbend. vbi iuncta glossa prima ibi probatur, & not. ibi Panormita, dicens id menti esse tenendum, Quòd si res laici conferuntur Ecclesiæ, assumunt naturam aliarũ rerum ecclesiasticarum, & gaudere debent priuilegijs, & rebus Ecclesiæ concessis. Ex quo sanè textu arguit ibi Panorm. quòd res tradita per laicum Ecclesiæ, nõ debet ampliùs subijci gabellis, & alijs oneribus, quæ ad libitum domini temporalis primò imponebantur, quem textum subijcit Panormitanus etiam facere, quòd res perueniens ad manus exempti, debet gaudere priuilegio exemptionis: pro quo allegat ibi Panormitanus textum cum glos. in c. 1. de iure patronatus in 6. vbi patet, quòd si patronus laicus dat ius suum patronatus Ecclesiæ, censenda est illa Ecclesia, vt patronus ecclesiasticus, non vt sæcularis. Respondens Panormitanus, vbi suprà ad textum in c. ex transmissa, & in c. verum, extrà, de foro competenti, quæ iura videbantur obstare. Soluit enim ipse distinguendo, dicitq; quòd quandò res laici ex toto conferuntur Ecclesiæ, ita quòd incorporantur ipsi Ecclesiæ, & tũc procedat textus in dicto c. dilectus. cum ibi notatis per eum, & textus in dicto c. nouerint. 10. quæst. 1. Quandoq; non incorporantur ex toto Ecclesiæ, vt in rebus fœudalibus, in quibus dominium directum remanet apud laicum infœudantem, & tunc procedant contraria, quia ratione fœudi debet ille laicus recognosci in dominium. Et dicit Panormitanus, vbi suprà, quòd istam distinctionẽ sensit Innocentius, quem ibi refert; & quod si res non priuilegiati perueniat ad priuilegiatos, assumat eorum priuilegium, tenuit Panormitanus in 1. volumine consilior. consilio 9. Conuentus Fratrum Minorum, &c. per textum in dicto capitulo, dilectus, & per tex. in dicto cap. 1. de iure patronatus, in sexto, cum ibi notatis per Dominum Andream in nouella. & per not. in auth. quas actiones C. de sacr. Eccle. Nam quando res immobiles exeunt manus nõ exemptorũ, & transferutur ad manus exẽptorum, tunc in collectis imponẽdis, mutata persona, mutatur status rei, & consideratur qualitas noui possessoris, vt per plura

con-

consulhit Alex. conf. 3 5. viso processu causæ vertentis inter communitatem, &c. col. 6. vers. quantũ vero ad illud, quod petitur declarari, &c. & volu. 4. Et ita pro Ecclesia inuenio tenuisse Nicol. de Neap. in d. l. fi. C. de exactor. trib. & plenius post eum ibi Ioan. de Plat. & longè plenius, ac ornatius, &
17 elegantius Luc. de Pen. ex quibus omnibus concludo pro Ecclesijs, beneficijs, capellis, & altaribus, patronatis, & dotatis, vt collectari haud quaquam possint.
18 Est quidem verum, summittendo me tamen semper correctioni Do. Canonistarum, quòd si propter publicam aliquam vtilitatem, vel imminentem necessitatẽ, aut damnum aliquod inexcusabile euitandum, collectæ imponantur, in quibus clerici, personæq; ecclesiasticæ, vel ipsi, vel eorum bona commodum vtilitatemq; sicut laici assequantur, arbitrarer hoc loco Ecclesiam minimè immunem esse: quandoquidem ad solutionem collectæ teneantur, qui ex ea vtilitatem consequuntur Bar. in l. nullus C. de cursu pub. vbi dixit Ecclesiam teneri ad collectas indictas pro expellendis hostibus, quia respiciunt principaliter etiam vtilitatem Ecclesiæ. Benè facit l. 2. §. vicinales ff. ne quid in loco pub. l. iubemus. l. neminem C. de sacros. Eccles. l. 1. 2. & 3. C. à quib. mune. vel præst. lib. 10. l. ait prætor. §. fin. ff. de dam. infec. l. 2. §. æquissimum. cum seq. ff. ad leg. Rhod. de iact. & quod scribit Spec. in ti. de censi. circa fin. Benefacit, quod scribit Bar. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. l. donatæ §. sponsus ff. de don. int. vir. & vxor. l. is, qui. ff. de leg. præst. l. in bello §. si quis seruum, ff. de capt. & postl. reuer. l. si filius ff. de colla bõ. quod not. Bald. in l. 1. §. 1. in 6. q. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. & in terminis nostris firmat Petr. de Anch. in c. 1. de immun. Eccle. colu. 5. vers. sed vlteriùs quæro. lib. 6. in c. non minus, extra, eod. ti. & cons. 96. Bald. cons. 246. vol. 4. vbi sic exorditur, antiqua querela laicorum est, quia Ecclesię in dies ditantur, & laici strangulantur, & idem Bal. cons. 312. vol. 3. Saly. in l. placet vbi etiam Ias. C. de sacros. Eccles. latiss. Barb. cons. 1. volu. 3. vbi per 36. col. hanc opi. tuetur iuribus, & rationibus ad fastidium per eum more suo allegatis. Paris. cons. 25. nu. 74. vol.

vol. 1. hinc fit, vt clerici ad custodiam murorum Ciuitatis teneantur sicut laici, quia hoc communem vtilitatem respicit. c. 2. vbi Panor. not. de immun. Eccles. Hinc etiam sequitur, quod obligentur ad refectionem viarum publicarum, pontium, aggerum, & gabellam plaustrorum, quæ soluitur propter plaustra destruentia vias publicas, secundum Iacob. But. Bald. Paul. Castren. Fulg. & alios moder. in l. ad instructionem C. de sacros. Eccles. Canõ. in d. c. non minus de immun. Eccles. Salic. Ias. & alij scribentes in l. placet C. de sacros. Eccles. Alex. cons. 68. col. 3. num. 15. volum. 2. vbi post Fulg. attestatur hanc esse magis communem opinionem. Talia enim onera vidẽtur realia, vt declarat Cæpol. in tract. de seruit. rust. præd. in ti. de via. q. 25. optimè facit, quoniam ad collectas imponendas propter suspicionẽ, seu necessitatem belli imminentis, nullus exemptus priuilegio immunitatis vtitur, scribentes in l. si ex toto maximè Soci. in 3. conclu s. & Ias. col. 2. & 3. ff. de leg. 1. Bald. in l. iubemus C. de sacros. Eccles. Ias. in §. item Seruianum. num. 108. inst. de act. Cæpol. cautè. 10. Paris cons. 48. in 2. dub. vol. 4. Quinimò ad expensas, etiam murorum ciuitatis, si ex necessitate pro communi totius Ciuitatis tuendæ vtilitate, & non ad ornatum fiant, contribuere tenentur, cũ nulla maior pietas, ac iustitia sit, quàm patriam, pupillos, viduas, infirmos, debilesq; personas à prędonibus defendere c. fortitudo. 20. 3. quæstione 3. Afichar. dicto cons. 95. Calderin. cons. 2. de censibus. Iacobus Butr. Salicetus, Paulus Castren. & Fulgosius in d. l. ad instructionem. Cùm etenim clerici ad expensas custodiæ Ciuitatis teneantur, dicto capitulo secundo, de immunitate Ecclesia. congruum est, vt eodem modo ad expensas murorum, qui pro custodia ciuitatis fiunt, obligati sint. Et est textus l. ad portus C. de oper. publicis l. finali. C. quibus mun. ne. lic. se excus. libro 10. & sequitur Barba. dicto consilio 1. colu. 14. Pract. Papien. in forma libelli in actione reali. in verbo, iure dominij, vel quasi. numero quadragesimotertio, versiculo, sed circa prædicta. Optimè faciunt, quæ scribunt Guid. Pap. quæstione septima, & septuagesimaoctaua, cum sequen.

quem: & Corne. consilio trigesimotertio, volumine quarto, & consilio septuagesimosecundo, in hoc eodem volumine, & Ioannes de Plat. in l. ad reparationem per illum textum, C. de aquæduct. libro duodecimo, & elegantissimè Dominus meus Ripa in tractatu de peste, charta vigesimaseptima columna 4. cum seq. Hæc tamen saluo semper rectius sentientis iudicio dixisse volui.

Laurentius Syluanus Iuriscon. & Patritius Casalen. &c.

# Celeberrimi, ac Egregij V. I. Consulti IOAN: DE AMICIS DE VENAFRO NEAPOLITANO V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum

*Et est 18. in ordine in suo consiliorum libro.*

## EPITOME.

Nulla ratione Ecclesiastici, eorumq; quicunq; coloni, seù affictabiles tenentur ad collectas, & onera extraordinaria; sed tantum ad onera ordinaria, aut ad gabellas, loco ipsorum onerum ordinariorum.

## *SVMMARIVM.*

Notandum tamen, quòd duo primi numeri continent rationes argumentatiuo modo adductæ contra veritatem; in reliquis autem vsq; ad finem sunt rationes pro veritate ipsa.

1 Clerici ad gabellas non tenentur, ad quas ciues tenentur.

2 Coloni à gabellis exempti sunt.

3 Emptores fructuum clericorum tenentur ad gabellas, à quibus venditores sunt exempti.

4 Piscus licet non teneatur soluere gabellam, tamen eius emptores soluere tenentur.

5 Obligatus ad soluẽdum collectas ordinarias, tenetur etiã ad gabellas loco collectarum impositas.

6 Exempti à muneribus ordinarijs non excusantur, sed tantùm ab extrao dinarijs.

7 Conductores, & coloni fisci non excusantur à muneribus ordinarijs, sed ab extraordinarijs.

8 Immunitas concessa alicui à muneribus publicis, de extraordinarijs, & non de ordinarijs intelligitur.

9 Emens prædium ab Ecclesia, seu Ecclesiastica persona, quæ pro eo nonsoluebat decimas, vel collectas ordinarias, tamen emptor tenetur soluere, intellige tamen vt infra, nu. 13.

10 Statu personæ mutato, status etiam rei mutatur.

11 Colonus partiarius Ecclesiæ soluere debet decimas de parte sua, licèt Ecclesia non soluat.

12 Diuersitas personarum separationem recipit.

14 Statuere non potest sæcularis, etiam per indirectum contra libertatem Ecclesiæ.

15 Emptoris factum, nil habet commune cum facto venditoris.

16 Coloni, vel emptores fisci, non sunt immunes ab ordinarijs, licèt fiscus sit immunis.

17 Statuto si cauetur, quòd nemo portet Vinum extra territorium ad talem locum sub pœna, si ciuis portet Vinum clericorum, tenetur ad pœnam, licèt si clericus portaret, non teneretur.

In

Ciuitas Venafrana Neapolitana, pro maiori cōmoditate, & cōmuni vtilitate ciuiū cum regio assensu loco ordinariarū collectarū imposuit quasdam gabellas, & fecit certa capitula, & inter alia, quòd pro quolibet sextario olei soluatur per ciues, & incolas certa quantitas, similiter de grano, & alijs fructibus reponendis. Euenit, quod Altobellus aromatarius vnus ex ciuibus, emit fructus oliuarum à quibusdam clericis, & ab aliquibus forensibus, afficctauit pro certa quantitate olei eorum oliueta, & à quibusdam pro certa quantitate frumenti. Emptores gabellarum prætendunt habere gabellas impositas à dicto Altobello pro oleo prædicto, iuxta tenorem capitulorum, ipso in contrarium asserente se non teneri. Quæritur quid iuris.

1 Et primò videtur dicendum, Altobellum non teneri. Nam certum est, quod clerici ad dictas gabellas non tenentur, vt concludunt Petr. Cy. & Bald. in l. omnis C. de episc. & cle. per l. placet, & authen. item nulla communitas C. de sacros. Eccles. vbi per Doct. communiter, per cap. fin. vbi Panorm. de vita, & hon. cle. & in cap. quanquam, cum duobus sequentibus 23. q. 8. & no. in cap. similiter, 16. q. 1. cum multis simil. Vnde videtur, quod nec eorum emptores, & affictatores, quia priuilegia venditoris transeunt in emptorem, vt in l. Rutilia Polla. vbi Bar. & Docto. ff. de contrahen. emp.

2 Coloni enim exempti sunt, & immunes à gabellis, sicut ipse dominus locator, vt est in l. dominicos C. de agric. & mancipiis domus fisca. lib. 11.

3 Sed prædictis nō obstantibus veritas est in contrariū, quod emptores fructuum clericorum tenentur ad gabellas, à quibus venditores essent immunes. Ita in terminis decidit Spec. in ti. de immun. Eccle. §. 1. in fi. verbis, & glo. fi. in cle. præsenti de censibus, vbi scribentes, & istam videtur decidere ibi Iurisconsultus in l. licitatio. § mercatores, ff. de publica.

vbi

4 vbi fiscus licèt non teneatur soluere vectigal, seu gabellam.
5 vt in d.§. fiscus, attamen eius emptores soluere tenentur. Et maximè prædicta sunt vera in casu nostro; quia (vt proponitur) gabellæ huiusmodi sunt impositæ loco collectarum, & functionum ordinariarum cũ regio assensu,& sic sequuntur earum naturam, vt qui tenebantur ad collectas ordinarias, teneantur etiam ad gabellas; quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur l. si eum § qui iniuriarum ff. si quis cau. & in specie hoc voluit Butriga. in l. ad instructionem, quem sequuntur alij C. de sacros. Eccles. & Dominus Panorm. in c. non minus in fi. verbis de immu. Eccle.
6 Sed ab istis muneribus ordinarijs, etiam simpliciter exempti & habentes immunitatem minimè excusantur, sed tantum ab extraordinarijs, ita distinguendo concludit Bar. in proposito in d.§. mercatores, per illum tex. sequitur Rapha. Cu. & communiter scrib. & fuit originalis distinctio glos. in l. 1. C. de
7 priuilegijs domus Augustæ li. 11. vbi est casus, quod conductores, & coloni fisci, & personæ priuilegiatæ ab ordinarijs muneribus non excusantur, licèt ab extraordinarijs excusentur, & est tex. qui specialiter loquitur in gabellis, & in l. 2.
8 co. ti. vt declarat ibi Io. de Pla. Et quòd immunitas alicui concessa à muneribus publicis intelligatur de extraordinarijs, & non de ordinarijs, est etiam casus in l. 1. Co. de vaca. mu. pu. lib. 10. Bald. tamen, in consil. suo 31. incipiente statuto Ciuitatis Astensis, circa medium, in 3. vol. reprobat di-
9 stin. Bar. quò ad extraordinarias solutiones, quia (dicit ipse) si emo prædium ab Ecclesia, seu persona Ecclesiastica, pro eo non soluebat decimas, vel collectas extraordinarias, & ar-
10 bitrarias, nihilominus ego emptor teneor soluere, quia mutato statu personæ, mutatur etiam status rei, vt in l. 1. à contrario sensu Cod. de impone. lucratiuis descrip. lib. 10. Nam
11 & colonus partiarius Ecclesiæ soluere debet decimas de parte sua, licet Ecclesia non soluat, secundum eum, quia di-
12 uersitas personarum separationem recipiũt, ar. l. 1. C. si vnus ex pluribus in ratione literæ.
Nam quod ob reuerentiam Ecclesiæ statuitur eam non

ideo egre-

13 egreditur l. alia. §. eleganter, ff. solu. matr. in vno tamen casu dicit Bald. opi. Bar. posse saluari, quando emptor Ecclesiæ emeret cum pacto, quòd sumptibus Ecclesiæ deferret per loca gabellarum res emptas, tunc sicut Ecclesia nō solueret, ita nec emptor; vnde Bald. aliter distinguit in casu nostro, quòd aut onus gabellæ est annexum contractui, aut contingit ex actu separato, primo casu emptor Ecclesiæ non tenetur ad gabellas; quia statutum non potest loqui de contractibus celebrandis cum Ecclesia, ex quo per indirectum esset saltem contra libertatem Ecclesiæ, quia tanto minus venderet Ecclesia res suas, si essent oneratæ solutione gabellarum lege aliqua, vel pacto, ista ratio dicit ipse subtiliter ponitur in
14 l. si venditor. ff. de seruis exporta. & contra libertatem Ecclesiæ, etiam per indirectum non possunt sæculares statuere.

Secundò casu, quando ex actu separato veniret onus gabellæ, puta quia pro emptione, vel venditione, seu pro recollectione fructuum nihil soluitur, sed res venditæ ab Ecclesia portantur per loca, in quibus soluitur pedagium, seu gabella pro translatione, seu vectione illarum rerum, & tunc licèt Ecclesia si portaret res illas nō solueret, emptor tamen tene-
15 tur, quia factum emptoris nihil habet commune cum facto venditoris, vt colligitur in d. §. mercatores. Et licet rationes Bald. & distinctio sit subtilis, tamen in casu nostro; quia (vt dixi) gabellæ sunt solutiones ordinariæ loco collectarum ordinariarum, nō vindicat sibi locum, & habemus tex. expressum, & glos. in d. l. 1. & 2. C. de priuilegijs domus. Ang. li. 11. & in l. 1. C. de mu. pub. & in d. §. mercatores, in quibus ha-
16 betur quòd coloni, & emptores fisci non sunt immunes ab ordinarijs, licèt principalis, scilicet fiscus immunis sit, & sic dicimus in Ecclesia, quæ fisco æquiparatur, vt in l. respublica. C. de iure reipubli. lib. 11. cum simili.

Pro confirmatione prædictorum facit optimè consilium
17 Bald. incipiens. Statuto ciuitatis cauetur in primo vol. vbi voluit, quòd si statuto ciuitatis cauetur, quòd nemo portet vinum sub certa pœna extra territorium ad talem locum, si ciuis portet vinum clericorum, quòd nihilominus tenetur

ad

ad pœnam,& tamen si clericus ipse portaret,non teneretur. Quinimò dico,quòd etiam secundum Bald. dictus Altobellus teneretur ad gabellas, ex quo onus earum non est annexum contractui venditionis affictus, seu conductionis, cum dicat capitulum, seu statutum, quòd pro quolibet sextario olei reponendo soluatur vnum granum, ergo est ex actu separato à venditione, vel affictu, & ad solutionem prouenientem ex actu separato tenetur etiam emptor rerum Ecclesiarum, vt dictum est, secundum Bald. tamen veritas est,vt dixi. Ex quibus patet responsum ad primitus allegata, quòd Altobellus tenetur ad solutionem gabellarum iuxta tenorem capitulorum.

Et ita dico, & consulo; Ego Ioannes de Amicis de Venafro Neapolitano ad laudem Omnipotentis Dei, & Matris eius semper Virginis. Amen.

## Celeberrimi,ac Prestantiss. V. I. Consulti HIERONYMI GRATI BONONIENSIS V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 130. in ordine in suorum consiliorum libro primo.*

### EPITOME.

**Cùm laici priuilegiati, ac eorum coloni sint immunes à collectis multo magis omni iure esse debent Ecclesiastici, ac eorum quilibet coloni, qui ampliori gaudent priuilegio.**

SVM-

# SVMMARIVM.

1 Priuilegij verbis inhærendum est.
2 Extensio in priuilegijs, non fit etiam ex identitate rationis.
3 Priuilegium fori competens clericis, non extenditur ad colonos.
4 Priuilegium concessum alicui, non extenditur ad eius ministros, qui non sunt perpetui, sed ad tempus.
5 Grauamen impositum colonis habito respectu ad fundum, & quantitatem fundi, non comprehendit colonos partiarios eorum, quorum prædia sunt exempta.
6 Coloni partiarij sunt saltem largo modo socij.
7 Priuilegium concessum vni, trahitur ad socios ipsius.
8 Priuilegium concessum hospitali, vel pauperibus extenditur ad ministros.
9 Beneficium Principis tunc dicitur, quando Princeps concedit illud, quod suam tantum vtilitatem respicit, & emolumenta, quæ ad ipsum solum pertinent, nec vllius respiciunt incommoditatem.
10 Priuilegium, quod non est contra ius commune, sed duntaxat contra priuatam legem, seu statutariam, latissimè debet interpretari.
11 Prædia ecclesiasticarum personarum de iure sunt exempta à collectis, & huiuscemodi grauaminibus, & similiter eorum coloni.
12 Concessio alicui facta ad alterius similitudinem, idem censetur continere, quod in altera continetur.
13 Declarationi factæ à legato Pontificis, iussu, & auctoritate ipsius Pontificis, ad aliquod priuilegium ab altero Pontifice cōcessum, acquiescendum est.
14 Declaratio Legati Summi Pontificis facta ad aliquod priuilegium auctoritate Pontificis, quæ habuit effectum per triginta annos, & vltra, amplius in dubium reuocari non potest.
15 Implementum vnius sufficit ad veritatem alternatiuè.
16 Sermo priuilegij generalis, generaliter intelligi debet.
17 Sermo generalis, generaliter intelligitur, etiam si maior ratio militet in vno casu, quàm in alio.
18 Illatio non fit ex diuersis, & diuersam rationem habentibus.

CAsus talis est, fuit concessa à Pio II. Pontifice Maximo, immunitas d. Iacobo Grato Equiti, Comiti, ac Senatori meritissimo Proauo, per hæc verba, motu proprio ex mera liberalitate, & ex certa scientia te, ac domum, seu progeniem tuam, cum tuis, & eorum hæredibus, & successoribus, posterisq; tuis natis, & nascituris, ac bona tua, & eorum præsentia, & futura in Ciuitate Bon. ac illius diœcesi, & territorio, vbilibet existentia ab omnibus, & singulis dacijs, talijs, gabellis, erubotarijs, taxis, collectis, ac alijs oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, realibus, personalibus, seu mixtis quibuscunq; nominibus censeantur per eundem, vel eius legatos, seu gubernatores, aut alios quomodocunq; in specie, vel in genere impositis, & imponendis ad instar Ecclesiarũ, seu personarum ecclesiasticarum in d. Ciuitate, simili, seu potiori prærogatiua gaudẽtium auctoritate Apostolica, de specialis dono gratiæ in perpetuum eximimus, ac liberamus deinde fuit impositum onus committatiuis totius territorij Bononien. habito respectu ad quantitatem fundi, quem colunt, soluant certam quantitatem pecuniæ pro quolibet pari bouum, ita quòd taxatum est per hũc modum, scilicet pro tali possessione colonus habet soluere tantam quantitatẽ pro vno pari bouum, habito respectu ad quantitatẽ fundi, ita qđ si postea teneret duo paria bouum, nõ soluit nisi pro vno pari, ita quòd non habito respectu ad numerum bouum, quos colonus tenet, scilicet ad quantitatem fundi, quem colit.

Fuit etiam statutum per S.D.N. per hæc verba, quod omnis habitans in Comitatu Bononien. super possessionibus ciuium, qui sint exẽpti per decretum ipsis ciuibus cõcessum, debeat soluere quartam partem illius quod soluere deberet si exemptio, aut decretum aliquod non fuisset concessum, & subdit hæc verba: Volumus tamen, vt super his omnibus, & singulis id fiat, & limitetur, quod per legatum nostrum, aut

qua-

quatuor à nobis deputatos de voluntate, & consensu ipsius legati fuerit deputatum, & ordinatum, mandantes, & decernentes quicquid per ipsum legatum, aut alios de eius voluntate deputatos, actum, & ordinatum fuerit, perpetuis futuris temporibus ab omnibus inuiolabiliter obseruari. His sic peractis dum agebatur, an coloni descēdentium Domini Iacobi essēt exempti ab illo grauamine bouum, &c. cum de colonis non erat facta specialis mentio in priuilegio, sed Iacobus prædictus, & eius descendentes, ac eorum bona præsentia, & futura erant exempta à quibuscunque grauaminibus, tàm præsentibus, quàm futuris, vt in supra dicto priuilegio, legatus terræ cum deputatis habito maturo consilio suprascriptum priuilegium approbauit, & recepit, & in fidem manu propria supradicto priuilegio se subscripsit, ac proprio sigillo signari fecit, & pro deputatis Notarius eorū se subscripsit, & ita omnes coloni descendentiū d. Iacobi fuerunt descripti in libris impositionum, vt exempti, & vt alij exempti quartam partem grauaminis soluere cęperunt, & continuè soluerunt, & soluunt, vt exempti, & ita semper tractati, & habiti fuerunt, & sunt, deinde cum descendentes d. Iacobi emerūt nonnulla bona, orta est difficultas, an quemadmodum coloni existentes super bonis possessis per dictos descendentes tempore grauaminis impositi sunt immunes virtute supradicti priuilegij, & vt cæteri immunes soluunt quartam partem, ita coloni existentes super bonis ex postea emptis, & acquisitis quocunq; ti.

1 Et prima fronte videbatur quòd non, quia inhærendum est verbis priuilegijs c. porro. de priui. sed in priuilegio non est factum verbum de colonis, ergo non competit colonis. nec dici debet hoc priuilegium virtute extensionis colonis
2 competere, cum in priuilegijs non fit extēsio, etiam ex identitate rationis, vt per Ant. in c. sane de priui. Bal. in l. 1. de leg. & hoc videtur decidi ex no. per Are. Feli. & alios, in c. nullus
3 de fo. comp. vbi priuilegium fori competens clericis non extenditur ad colonos. Corroboratur ex no. per Pau. Are. &
4 mod. in l. scriniarios C. de test. mili. vbi volunt priuilegium

 con-

concessum alicui non extendi ad eius ministros, qui non sūt perpetui, sed ad tempus, sed rustici sunt ministri ad tēpus, ergo ad eos aliquo modo extendi non debet, & ita licèt quò ad bona existentia tempore impositionis, vti exempti coloni fuerint admissi, non tamen per hoc admissio debet extendi ad bona futura. cum extensio in priuilegijs reprobetur.

Meliùs vero considerans determino contrarium. Et primò, nam si huiusmodi grauaminis natura rectè consideretur facile apparebit, quod est impositum colonis habito respectu ad quantitatem fundi, & per consequens ad portionem fructuum coloni ex fundo consequendam, cum solùm quantitas fundi in taxando grauamine consideretur, & non numerus colonorum, & bouum existentium in fundo inspiciatur: ideo si numerus colonorum, & bouum existentium in fundo sit magnus, quantitas vero fundi parua, inspecta quantitate fundi non numero colonorū, & bouum grauamen imponitur, sed quando habito respectu ad fundum, & quanti-
5 tatem fundi grauamē imponitur colonis, tunc si prædia sūt exempta, & ipsi coloni partiarij sunt exempti. glo. singularis communiter approbata, vt ibi per do. in cle. 1. de dec. in verbo, excolendas, in fi. licèt in hoc priuilegio specialiter bona præsentia, & futura sunt exempta, ergo coloni, quò ad grauamina, de quibus supra non solum sunt exempti, si existunt in bonis extentis tempore impositionis, sed etiam in bonis futuris, cum etiam bona futura sint exempta, & ex hoc solo res satis clara videtur, sed etiam hoc circumscripto idem de iure esse dico, &c.

6 Secundo considero, quod coloni partiarij sint saltem largè socij. l. si duob. §. in cohærenda. pro soc. & ibi no. per Bar. in
7 l. si apes. §. 1. de furt. sed priuilegium concessum vni trahitur ad socium ipsius, secundùm Bal. in proe. ff. in antepe. co. §. hæc autem tria. ver. no socium, & in Auth. hab ta. C. ne filius pro patre. Item coloni sunt ministri necessarij, & accessorij ad prædia, vt sint vtilia, sed priuilegium concessum vni ex-
8 tenditur ad ministros, & ideo concessum hospitali, vel pauperibus extenditur ad ministros, vt per Old. in cons. 11. Thema

ma

ma reale est, & per Ang. in proem. ff. in versic. itaque proculdubio. col. 2. faciunt no. per Abb. in c. quanto. in 3. notab. de censi. ergo cum sint coloni socij, & ministri necessarij, vt fertilia sint prædia, & quia istud priuilegium est magis beneficium, quàm priuilegium, & latissimè debet interpretari, & extendi, vt demonstrabo. Sequitur his tribus concurrentibus absque condictione huiusmodi priuilegiū colonis competere, quod autem priuilegium, de quo agitur, sapiat magis naturam beneficii, quam priuilegij probatur; nam quando Princeps cōcessit illud, quod suam vtilitatem tantùm respicit, vt emolumēta ista, quæ sunt Principis, cum id quod non soluitur per exemptos tendit ad damnum Principis, & non
9 alterius, dicitur beneficium Principis, & latissime interpretatur, etiam largo modo sumpto vocabulo, vt per omnes in c. olim de ver. signi. & latè per Ias. in l fi. de const. princi. vbi per tres col. ad istud propositum allegat, &c. Item etiam si non concerneret solam vtilitatem Principis, & esset priuilegium, adhuc dico, cum istud priuilegium legem cōmunem non priuat, sed priuatam, & statutariam, cum huiusmodi grauamina non sint inducta à lege communi, sed inuenta à Iulio II. Pontifice Maximo, & eius legatis, & assumptis, de quibus supra, sequitur quòd huiusmodi priuilegium latissi-
10 mè debet interpretari, secundùm Ant. in d. c. olim, & Ias. in d. l. fi. col. 14. de cōsti. cum tunc priuilegium strictè interpretetur, cum legem communem priuat. secus si statu. & loci priuatam, & his tribus concurrentibus casus iste videtur satis clarus, & absq; condictione, si rectè dicta scribentium inspiciantur.

Tertio probatur, nam per istud priuilegium, non solùm fuerunt exemptæ personę, & prædia, tam præsentia, quàm futura, sed fuerunt exempta ad instar Ecclesiarum, seu Ecclesiasticarum personarū, seu potiori prærogatiua gaudentium, sed de iure prædia Ecclesiasticarum personarum sunt
11 exempta à collectis, & huiusmodi grauaminibus, vt etiam exempti sunt coloni, vt voluit Bar. in l. placet. in repetitione, in fi. verbis. C. de sacros. Eccl. Præterea, & si colonis Ecclesiæ

id non competeret, ex quo dicit priori prærogatiua gaudentium, & infiniti sunt in hac Ciuitate, quorum coloni sunt exempti, & ita habent potiorem prærogatiuam, idem dico:
12 nam quoties aliquid est concessum ad instar alterius, quicquid ei est concessum, illi per huiusmodi verba censetur esse attributum ad abundanter tradita in l. 1. de leg. 1. ergo cum hic sunt exempta prædia, & personæ, coloni debent esse exempti, sicut sunt coloni eorum, qui in exemptione potiori prærogatiua gaudent, & ita per ista verba potiori, & c. casus iste videtur clarissimus.

Vltimò, cum præsupponitur in facto, quòd cum dubitabatur, an coloni per istud priuilegium essent exempti, cum eximat d. Iacobum, ac eius descendentes, ac eorum bona præsentia, & futura ab omnibus oneribus, &c. & specialiter colonos non eximat suprascriptus legatus, & assumpti de regimine acceptarunt, & approbarunt istud priuilegium, & in fidem se subscripserunt, cum appositione sigilli, & vt coloni exempti in libris dacij fuerunt descripti, & ita semper habiti, & tractati per 30. annos, & vltra. dico certissimum esse colonos exemptos esse per d. priuilegiũ, nec de hoc amplius posse fieri verbum, cum si quid dubij restabat, quod per supra deducta, & alia quæ deduci possent, non esset sublatum, fuit per supradictos legatum, & assumptos ad id deputatos, & habentes potestatem à Pōtifice declaratum per approbationem priuilegij, immo d. declaratio fuit executa, cum in libris dacij coloni fuerunt descripti, & exempti, & ita semper
13 habiti, & tractati, & sic ista declaratio, cui stãdum est; ad no.
14 in l. fi. de leg. cum vin. transiuit in rem iudcatam per 30. an. & vltrà amplius verbum fieri non potest. ad no. in l. res iudicata. de reg. iur. & in l. 1. quando prouoc. non est necess. & hoc eo magis esse debet, cum pontificali priuilegio cautum erat, quicquid per legatum, aut alios de eius voluntate deputatos, actum, & ordinatum fuerit perpetuis futuris temporibus ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, ergo &c.

Præterea loquitur alternatiue de legato, &c. aut de alijs
15 deputatis, ad cuius veritatem sufficit implementum vnius,

ad

ad no. in l.si quis ducenta, §.vtrum, de reb. dub.& hic copulatiuè approbatio legati, & assumptorum interuenit, & aduertendum est, quod ista approbatio nō fuit restricta ad bona præsentia tantùm, & per consequens ad colonos existentes in bonis præsentib. sed fuit facta simpliciter de toto priuilegio, ita quòd ex sui generalitate, & proprietate cōprehendit tam bona præsētia, quàm futura,& ita colonos tàm pre-
16 sentes, quàm futuros, & sermo generalis generaliter debet intelligi. l. 1. §.generaliter de leg. præst. l.de pretio de pub. et si materia sit odiosa l.in lege. de test.& ibi Arc.& si sit correctoria gl.in c.con. Christia.de hære.in 6.per Alex.in Authen.
17 ex testa. de colla.& si maior ratio militat in vno casu, quàm in alio.l. 1.§.quod autem allegat.per Dec.in consi.5.ergo fortiùs hic, vbi non potest reddi ratio diuersitatis, cur magis voluissent colonos præsentes esse exemptos propter bona præsentia exempta, quàm colonos futuros esse exemptos, propter bona futura exempta,& quia sumus in priuilegijs, quæ sapiūt naturam beneficij, & priuant legem statutariam, quibus casibus sit latissima interpretatio, vt dixi. Et ex hoc vltimo fundamento solo, & saltem ex omnibus simul iunctis liquidissimè constat, non solùm colonos præsentes, sed futuros existentes super bonis exemptis esse exemptos ab huiusmodi grauaminibus respicientibus quantitatem prædij, de quibus supra, virtute priuilegij super hoc approbati, vt supra, & apparent resoluta fundamenta in contrarium facta, videlicet, quòd non est factum verbum de colonis simpliciter in priuilegio, & in priuilegijs non sit extensio, etiam ad ministros, quia non loquuntur in priuilegijs, quæ sapiunt naturam beneficij, & in quibus fit latissima interpretatio, cum priuent tantùm legem statutariam, prout sunt huiusmodi, sed in priuilegijs quę strictissimè interpretantur, & sunt contra ius commune. Item non habent locum, quando ministri sunt, saltem largè socij, & prædia exempta sine illis essent inutilia, & etiam quando priuilegium habet respectum ad quantitatem fundi, & per consequens ad perceptionem fructuum, & prædia sunt exempta. Item non loquuntur quan-

do illa priuilegia essent approbata, & recepta, ac missa executioni, quò ad colonos, & ministros, vt fuit in hoc casu, & ita loquuntur in diuersis terminis diuersam rationem habenti-
18 bus & ideo non potest inferri de vno ad aliud. l. Papinianus exuli. de minorib. l. fi. de calumniatorib. & licèt tantùm fuerint descripti coloni in libris dacij, quò ad bona præsentia, per hoc tamen non tollitur quin superuenientibus nouis bonis noui coloni super illis existentes non sint exempti, cum in dicto priuilegio sint exempta bona, tàm præsentia, quàm futura, & quò ad omnia fuit approbatum, & receptum priuilegium ab habente potestatem, stante dubio super colonis, per ea quæ supra dicta sunt, non repeto; nam futuri non fuerunt descripti, quia tunc non erant, & descriptio in libris dacij fit tantùm de præsentibus, qui soluunt quartam partem, & in alijs tribus sunt exempti.

Vt supra conclusum est, iuris esse dico, & consulo ego Hieronymus Gratus. V. I. D. minimus, in quorum fidem me subscripsi, ac signaui, salua semper saniori sententia.

Andreas Alciatus Iureconsultus subscripsi, & subsignaui.

Ego Vincentius Salutiolus Ochius subscripsi, & subsignaui, saluo semper saniori iudicio.

Idem dico ego Augustinus Berous, qui subscripsi, & signaui, saluo aliquo meliori iudicio.

Idem dico, & indubitati iuris esse censeo, ego Augustinus Iannetus Episcopus Sebast. Vicarius, & Suffraganeus Bonon. & ideo me subscripsi, cum parui soliti sigilli impressione, iudicio saniori semper saluo, &c.

Ita respondebat Hieronymus Gratus Bononiensis.

# Celeberrimi, ac Eruditiſs. V. I. Conſulti ALEXANDRI TRENTACINQVII PATRICII AQVILANI V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

*Et eſt extractum ex diffuſiori illius reſcripto 3. in ordine in ſuorum conſiliorum libro primo.*

## EPITOME.

Nullo iure Eccleſiaſtici, eorumq; quicunq; coloni Diuino, & Humano priuilegio in corpore iuris clauſo vbiq; ſuffulti, collectari poſſunt, pro muneribus, præcipuè extraordinarijs, non fixis, perpetuis, &c.

## SVMMARIVM.

1 *NVlla collecta, quæ non eſt vnà ſimul certa, perpetua, vniformis, inuariabilis, bonis affixa, &c. imponi poteſt non ſubditis, nec tranſire ad perſonas Eccleſiaſticas, eorumue colonos.*

2 *Onera, quæ imponuntur perſonis pro rebus, imponi non poſſunt non ſubditis, neq; etiam pro bonis ibidem poſitis.*

3 *Aliquem duplici onere grauari iniquum eſt.*

4 *Priuilegium collectandi forenſes, per contradictionē, & repugnantiam, ac per non vſum decennij ammittitur.*

5 *In collectis imponendis, mutata perſona, mutatur ſtatus rei, & conſideratur qualitas noui poſſeſſoris.*

6 *Bartoli doctrina in l. reſcripto §. fin. ff. de muner. & honor. communiter reprobatur, & quatenus vera eſſet, quomodo intelligenda.*

Con-

Controuersum punctum, num aliquo iure collectari possint Ecclesiasticorum coloni, clarè negatiuè fauore Ecclesię ex verbis,& doctrinis ab inscripto Auctore allatis præbere volentes; vt id expeditiùs,minusq; tædiosè præstemus, omnissis alijs rebus, & controuersiis, q in eius diffusiori rescripto conspiciuntur, ad rem immediatè manum apponemus.

Omnisso itaq; eo, quod pleriq; doctorum sentiunt,quod neq; etiam collecta, quæ habet perpetuam, certam, vniformemq; præstationem foresi, & non subdito imponi possit,huius etenim sententiæ fuit Aret.in conf.132.Ias.& Salic. in l.placet C.de sacrosan.Eccles. Ruin.in conf.117.volu.4.& in conf.111. volum. quinto, & hæc conclusio mihi videtur vera. Primò, ratio quare forenses ad collectas astringi non possunt est, quia cum imponatur personæ pro rebus, persona principaliter est in consideratione, quæ cum non sit subdita,astringi nō potest,quæ ratio locū habet,siue collecta habeat perpetuam, certam, & vniformem præstationem, seu si habeat incertam, & variabilem, ergo vti ratio illa facit, vt forenses ad collectam incertam, & variabilem non astringantur,ita debet facere circa collectam,perpetuam,certam & vniformem, cum ibi eadem militet ratio, eadem dispositio militare debet,arg. l.illud. ff.ad leg. Aquil.cum vulgar.Secundò, hæc conclusio probatur per tex. in l.numerum §.patrimoniorum ff.de mune.& hono. vbi dicit tex. quòd q̄dam ciuitates habent priuilegium, quòd quilibet,qui agrum possidet in eorum territorio soluat singulo anno tantū frumenti p qualibet mēsura,ecce, quod quia hec impositio erat certa, fiebat personæ pro rebus, & tamen præsupponit textus, quod illa cuiusque possessori imponi non possit, nisi ex priuilegio principis.

Asserendum saltem erit, quòd non minus certum,quàm vniuersale, & de communi est apud omnes doctores, quòd
1 nulla collecta, vixq; illa, quæ est certa, perpetua, vniformis, bonis fixa, &c. transire potest ad non subditos, ita quod ad sum-

summum, ac tantùm pro ea soluenda, de iure obligati sunt clerici, & forenses, prout circa clericos tenet Specula. in tit. de cleric. coniuga. §. 1. versicul. ad huius autem articuli, Archid. Ioan. Andr. in c. 1. de immun. Eccles. lib. 6. Bald. in l. neminem C. de sacros. Eccles. Paul. de Castr. in l. placet, eod. ti. Roman. in l. si publicanus §. 1. de publican. Angel. in cons. 24. incip. Ecclesia non tenetur, & Bald. in tit. de constan. in vers. in perpetuum, vbi dicit, quòd si possessio per Ecclesiam acquisita, erat ascripta dare pro solido, & libra ad collectas res certa, & perpetua, quia pro talibus collectis bona sunt hypothecata, immo quodammodo cuidam seruituti supposita sunt, ideo ad quemcumque cum suo onere transeunt. l. in venditione ff. de action. empt. Secus si propter varietatem negotij mutetur, & sic incerta, nam tunc cum incertę obligationi hypotheca accedere non possit, ideo huiusmodi munus non videtur durare, postquam peruenit ad personam priuilegiatam c. 1. de iure patrona. lib. 6. & circa forenses tenet Iacob. de Beluis. in c. 1. quæ sint regalia, in verbo, extraordinaria collatio, vbi inquit, quòd fiscales Regni dicunt, quod collecta est munus patrimoniale, & ordinarium, quia inducitur omni anno personæ pro rebus, & sic secundùm cum vocatur collecta, quia colligitur in possessionibus pro modo facultatum, & videtur in effectu esse idem, quòd indictio, vnde secundùm Baldũ ibi in vltima columna, quamuis collectio imponatur personæ pro rebus. l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. si tamen collectæ sunt ordinariæ, collectiones idem sunt, quod indictum, quod dicitur esse munus patrimoniale. l. indictiones. C. de annon. & tribu. & dicit hoc vtile esse scire ad discernendum, an ad eas soluendas teneantur non subditi pro suis possessionibus, & hinc dicit etiã Baldus in l. fin. Cod. sine censu, vel reliquis, quod si ex forma statuti singulo anno debet solui decem pro qualibet torneatura, quod munus hoc dicitur tributum, sicut, quando de quinquẽnio in quinquennium prouinciales soluunt aurum, & ferrum, vt notatur in rubr. C. de in dicto lib. 10. & cũ Baldo in hoc transit Alex. in cons. 52. volum. 5. & ideo si est munus

nus patrimoniale,seu tributum,omnes ad illud tenentur.l. 1. C.de immun conced. & d.l. rescripto.§. fin. Idem tradunt Bald. in cons.408. volu.5. Paul. de Castro in l.1.§.hic autem, de publican. vbi tenet, quòd pro annona, tributo, censu, & quolibet alio munere ordinario forenses tenentur, quia est onus reale, & Dec.in cons.694. nu. 8.9.

2 Neque enim onera, quæ imponuntur personæ pro rebus possunt imponi non subditis, etiam pro bonis ibidem positis l.libertus. §.sola.ff.ad municipal. l.rescripto. §.fin. ff. de muner.& honor. l.cum neque C.de incol.lib.10.glos.in rub. C.de mune.patrimo. lib.10. Salic.in l.neminem C.de sacrosſ. Eccles. vbi dicit, quòd ratione rerum possessarum non sunt obligati forenses subire onera,quæ imponuntur propter res; quia nec commoda, & honores loci percipiunt, ergo nec in collectis grauari debent arg.l.eum,qui,in princ.ff.de iureiur. Idem tenent Alex.in cons.63. volum.2. & in cons.52. vol. 5. Ioan.de Imol. in cons.48. & Are.in cons.133. & vltra supradictos Doctores in terminis in casu nostro tenet Calder. in cons.6. sub titulo, de censibus, vbi consuluit, quod homines cuiusdam Castri, quod olim erat subditum Ciuitati Imolæ, & postea ab ea fuit separatum, nō poterant onera mixta imponere ciuibus Imolensibus ratione prædiorū, quæ in dicto possidebant, quia in huiusmodi muneribus persona principaliter consideratur, & non res, vel etiam,quod cōsideretur vtrumque tamen persona est dignior,& res accedunt personæ, non è contra l.sancimus. C.de sacrosſ.Eccles.& in l.pecudum ff.de vsur. cum quo transeunt Oldrad.in cons. 169. Io. Andr. in addit,ad Specul.in ti.de censibus, §.nunc dicēdum vers.sed pone reginus, Card. in clem.1.§ sane.q.vlt. de iure patrona. Io.And. lap.& Domi. in c.1.de immun. Eccles. li.6. Federic.de Sen. in cons.251. Pet.de Anchar.in consilio 248. Marcus Antonius Natta in cons. 160. vol. 1. Iacobus Menochius in consil.175. per totum,& Cur.iun. in cons.42.

3 Item cum coloni Ecclesiarum soluant alias collectas,putà decimas,ac ipsi Ecclesiastici Pontificias impositiones,& huiusmodi, non debent nec possunt ad supradictas collectas,

obli-

obligari;iniquum est enim quemquam dupplici onere præmi, vrgeri, atq; grauari causa vnius rei tantum, l. Titia. §.qui in vita.ff.de leg.2.vt in specie,& in terminis tenēt Aym. Crau. in cons.111. nu.8.& magis in terminis Marcus.Antonius Natta in cons.160.nu.34. vol.1.& in cons.447.num.14. vol.2. & Iacobus Menochius in cons.75. nu. 9.

4 Neq; præualet priuilegium, seu consuetudo, si quæ esset, nam circa consuetudinem, satis abūdè patet illam omninò non esse, etenim vbi est repugnantia, & contradictio,quam semper Ecclesia, ac eius coloni verbis,& scriptis opposuerūt ibi nulla subesse potest consuetudo,omnem enim consuetudinem tollit repugnantia, & contradictio; nec minus priuilegium,etenim,cum non semper exstiterint huiusmodi collectæ, per nō vsum decennij ammissum est omne priuilegium l.1. ff.de nundinis, ciuitas enim, & Castra regulariter cēsentur loco priuatorum, l.eum qui vectigal.& l.inter publica. ff. de verbor. significa. & si non sufficeret cessatio decennalis, saltem sufficeret, cessatio per 40.annos, & maximè quando non exactum fuit, quia ille nō soluens,non soluebat tāquam sibi competeret facultas nō soluendi, Imol.in l.si publicanus §.in omnibus ff.de public. Bar.in l.licitatio.§.earum ff.de public. Alexand.in cōs.16.num.24. volum.5. Ruin.in cōs.210. colum.6. volum.1. & Corn. in cons.268. num.20.vol.4. Vnde cum dictum priuilegium non fuerit in vsu, immo cōtrarium obseruatum fuit per annos quadraginta, & plus,sequitur quod dictum priuilegium ex non vsu abrogatum fuit, quemadmodum lex ex non vsu abrogatur, & maximè existente contrario vsu. §.igitur, in proœm. insti. & testamentum.insti.de testam.§.sed ex his,insti.de Attilian.tutor.§.quibus in prima constitutione Codicis, & l.1. in princ. C. de caduc. tollend.

Nec cōtra veram, & realem immunitatem Ecclesiasticorum,ac eorum colonorum faciunt subsequentes considerationes; Vna est, quòd multa prædia, quæ erant comitatensium, & quæ erant allibrata in æstimo ipsorum,transierūt in personas ecclesiasticas,& ꝓptera tenētur ꝓ prędictis prędijs sol-

soluere collectas, cum dicta transire debeant in ipsos, cum oneribus suis. Secunda est, quia dicta prædia, cum priùs allibrata adessent in æstimo dictorum Castrorum, tacitè p collectis erant obligata, & hypothecata, & propterea cōtra possessorem agi potest hypothecaria. Tertia est, quòd obligatio nascitur contra illū, qui alienauit in forensem nō idoneum. Quarta, & vltima est, quòd res ipsa alienata hypothecatur, quia est sub iurisdictione eius, cuius authoritate imponitur, & ideo potuit ipsi rei hoc onus imponi, & ipsa res grauari, & propterea cum dicto onere transit ad acquirētē, nā his quatuor cōsiderationibus, idest cuilibet ipsarum particulariter respondetur.

Primæ ergo considerationi respondetur, quod dicta conclusio procedit, quando prædia transeunt in personam non priuilegiatam, secus quando transeunt in personam priuilegiatam, quæ sit immunis, à collectis, vel ratione priuilegij, vel consuetudinis, vel alia de causa, nam tunc non est verū, qđ prædia allibrata in æstimo transeant cum oneribus suis, ita notanter tradunt Oldradus, qui est inter consilia Laurentij Syluani post cons. 32. & Laurentius Syluanus in dict. cōs. 32. sub numero 16. in fine, Hieronymus Gratus in libro primo responsorum, in responso. 61. numero 48. & 49. Alexand. in cons. 35. num. 16. volumine quarto, Ias. in cons. 20. volu. 1. Brunus in cons. 94. Abb. in cons. 13. volum. 2. & Calderin. in consil. 7. an si statuto, columna secunda de censibus, & duplex est ratio.

5 Prima, quia in istis collectis imponendis mutata persona, mutatur status rei, & consideratur qualitas noui possessoris Arch. & Io. And. in c. 1. de immun. Eccles. lib. 6. & probatur arg. l. 1. C. de imponend. lucra. descrip. lib. 10. & in c. 1. de iure patrona. lib. 6. & in clem. 1. de decim. & in c. pen. de priuileg. vbi translatus in numerum priuilegiatorum, non tenetur amplius ad onera, quibus non tenentur non priuilegiati; mutata enim conditione personæ, mutatur conditio rerum, vt etiam pro illis persona priuilegiata suo priuilegio gaudere possit l. fiscus ff. de iure fisci. l. cum quidā §. de nouo acqui-

sita-

sita naturam, & conditionem primæuam perdunt, & nouam recipiunt secundùm conditionem personæ, cui applicantur denouo. l.licitatio. §.fiscus, & §. mercator. ff. de public. vectigal. & commis.

Secunda est, quod soluitur pro rebus, & nō ex ipsis rebus, ipsam re, pro qua fit solutio, non afficit, & sic ad dictam solutionem, seu onus nō tenetur nouus possessor. l.qui concubinam §.qui hortos, & ibi gl. ff. de leg. 3. sed collecta non fit ex rebus, sed pro rebus quas possident, cum personæ ꝓ rebus imponatur, ergo ista collecta non afficit rem, & ad soluendam nouus possessor non tenetur: cōfirmatur hęc ratio quod pro re datur, & nō ex re, rem afficere non videtur l.eo tempore ff.de peculio.l.socium, qui in eo §.socius, cum resisteret ff.pro socio.sed collecta imponitur pro re, & non ex re ergo eam non afficit, & ad eam soluendam nouus possessor non tenetur.

Secundæ considerationi pluribus modis respondetur, & primò, nam cum personis Ecclesiasticis non possint collectę de iure imponi rationibus antedictis, nō potest pro illis de facto impositis oriri actio personalis, nec hypothecaria l. fideiussor obligari, in princ. ff. de fideiuss. & sic prædicta conclusio procedit, quando bona transeunt in aliam personam idoneam, & subditam, in qua ratione obligationis hypothecaria locum habere potest, secus si trāseant in aliā personam non subditam, seu priuilegiatam, quæ non dicitur obligata, nam tunc, cum non adsit, neque cadat obligatio, non potest, neque etiam habere locum hypothecaria d. l. fideiussor obligari.

Secundò respondetur, prædictam conclusionem procedere, quādo collecta imponitur per eum, qui fiscum habet, seu iura fiscalia, & ita procedit l.Imperatores ff.de publica. secus si imponatur per eum, qui fiscum non habet, seu iura fiscalia, nam tunc pro collectis, bona non dicuntur, neque sūt obligata. Aret.in l.apud Iulianum §.hæres ff.de leg.1. Bar. in l.1. C.debit. ciuil. & in l.1.C.quod quisque conue:& Ruin. in cons.111. nu.14. vol.4. sed Castra fiscum non habent, nec iura

iura fiscalia, ex quo superiorem recognoscunt, vt probatur per Bartolum in l.item veniũt §.ait senatus de petit. hæredit. igitur cum dicta cõclusio non habeat locum in casu nostro, sequitur, quòd pro collectis non habeant obligata bona in eorum æstimo posita.

Tertiò, & vltimò respondetur. Dato, & non concesso, quòd bona in æstimo posita sint hypothecata pro collectis, id verum tamen non est à principio, quia hypotheca nõ oritur statim, & ab initio, quo res fuit posita in æstimo, cum pro annis sequentibus obligatio sit conditionalis, videlicet, si res eiusdem permanserit, vsq; ad diem solutionis, & præstationis, ideo obligatio non vitiatur, si in olim idoneum res transferatur, sed possessor postea per legem de nouo obligatur, l. fin. & ibi notant omnes C. sine censu, vel reliq. quot ergo sunt anni, tot sunt obligationes, & pro sequentibus sũt conditionales ad instar annui legati. l.si singulos, & l.si annos, de annuis legat. nam obligatio legalis, prout est in casu nostro magis æquiparatur vltimæ voluntatis, & sic legato annuo, quàm contractibus, seu stipulationi, Bar.in l.1. C. de his quibus, vt indign. Bar.& Imol. in l.non solum §.morte.ff.de noui. oper. nunciat. & Bal. in l. & si post tres in repet. ff. si quis caut.& in l.ea demum, C.de collat.& ita in terminis concludunt Socin. in cons.243. vol.2. & Ruin.in cons. d. cons. 111. nu. 14. si igitur pro sequentibus annis obligatio est conditionalis, id est, si eiusdem permãserit vsque ad diem solutionis, & præstationis, sequitur, quòd si bona illa trãseũt in priuilegiatũ tẽpore præstationis fiendæ, ille priuilegiatus, cũ non sit subditus, non potest personaliter obligari, nec consequenter tenetur hypothecaria pro re existente apud eum d.l.fideiussor obligari, in princi. sed Ecclesiastici non sunt obligati in dictis Castris soluere collectas, tũ quia non sunt subditi, tum ratione consuetudinis, tum etiam ex causa præscriptionis, ergo si bona hominum dictorum Castrorum, quæ in æstimo posita erant, transeant in personas Ecclesiasticas, cum non sint obligati, non tenentur hypothecaria pro dictis bonis penes eos existentibus.

Ter-

Tertiæ considerationi respondetur, dũ dicebatur, quòd obligatio nascitur contra illum, qui alienauit in forensem idoneum, concedi potest, quòd ex hoc bona, quæ nunc inueniuntur apud eum, sint obligata, sed obligatur res illa, quæ desijt esse sua per alienationem factam in forensem l. 1. C. de iure fisci lib. 10. facit. l. neque pignus, de reg. iur.

Quartæ considerationi respõdetur, quòd his prædijs alienatis in immun. non fuit antea per castra ex potentia statuti onus impositum, & de hoc non dubitatur. & ad maiorẽ declarationem dico, quòd etiam si onus impositum esset virtute statuti, & sic per hoc prædia dicerentur effecta tributaria, iuxta doctrinam Bartoli in l. rescripto. §. fi. ff. de muner. & honor. adhuc dico, quòd non obstaret.

6 Vlteriùs dico, quòd hæc Doctrina Bartoli communiter reprobatur: contra Bartolũ tenent Felin. in c. pastoralis, col. 4. vers. tertia declaratio, extr. de foro compe. Bal. in cõs. 112. col. 3. vol. 2. Io. de Plat. in l. fi. C. de exactor. tribut. lib. 10. Ias. in l. fin. de pact. Bal. & Salyc. in l. fin. C. sine censu, vel reliq & in l. placet, C. de episc. & cleric. Abb. in c. non minus, de immu. Eccles. & in c. fin. de vita, & honestate cleric. Cardin. in repet. cap. perpendimus, de senten. excommunic. in versic. venio ad tertium, Laurentius Syluanus in consi. 32. & Ruin. in cons. 121. vol. 5. Et hæc saluo semper saniori iudicio.

Ego Alexander Trentacinq. I.V.D.

## Celeberrimi, ac Egregij V. I. Consulti FRANCISCHINI CVRTII IVNIOR. PAPIENSIS V.I. Consilium, & Responsum Decisiuum:

*Et est 42. in ordine in suorum Consiliorum parte prima.*

**Nulla ratione, nec consuetudine collectæ imponi possunt forensibus, aut non subditis, proinde nec Ecclesiasticis, neq; ab eis causam habentibus.**

*SVMMARIVM.*

1 *ONus solutionis collectarum impositum censetur possessoribus.*
2 *Collecta non potest imponi forensibus, aut non subditis.*
3 *Collectæ non possunt imponi clericis.*
4 *Collecta secundum æstimum bonorum imposita includit forenses; & respicit possessiones, & res, non ipsas personas.*
5 *Bona semel allibrata in æstimo oppidorum, si alienentur, non semper transeunt cum onere suo.*
6 *Consuetudo an & per quos possit impugnari.*
7 *Consuetudo quanti temporis cursu inducatur.*
8 *Consuetudo firmatur tacito populi consensu.*

*Sacratissimæ Trinitatis præsidio inuocato.*

HAbita diligenti cōsideratione circa controuersiam vertentem inter oppidanos, & incolas villarum, & castrorum agri Parmensis, & Ciues, & habitātes in ipsa Ciuitate, an onera, tam ordinaria, quàm singulis annis subeūda sint pro supplemēto census summæ supplementi aureorum decem mille, ad quod soluendum tenetur ipsa ciuitas, vnà cum comitatensibus, & alijs extra comitatum, & eius diœcesim cū ipsa Ciuitate, & eius comitatu ex tenore capitulorum, quæ firmata fuerunt inter Cameram Apostol. & Communitatem Parmæ, cum Iulio II. Leo X. ac Clem. VII. Pontificibus Maximis, quam etiam pro subsidio imposito per prædictū Sanctissimum Dominum Clem. de summa scutorum viginti duo-

duorum mille tam pro augmento, quod intendebat ponere Camera Apost. super sale, quod venditur ad minutum, tam in Ciuitate ipsa, quàm in toto comitatu quadrinorum quatuor pro singula libra salis, quàm etiam pro onere dimidij, scuti pro quolibet centenario scutorum valoris bonorum, vniuscuiusque sustineri debeant per ipsos ciues, qui acquisiuerunt ipsa bona immobilia, ac ipsius comitatēsibus pro rata contingenti respectu ipsorum bonorum, pro quibus bonis comitatenses ipsi grauari possent, si non essent per eos in ciues alienata. an verò eius ciues prædicti immunes præseruari debeāt respectu huiusmodi bonorum ex eo, quòd prętendunt omnia eorum bona à comitatēsibus acquisita libera esse vigore capitulorum cōcessorum per prælibatos Pontifices, & ordinationes super modo exigendi onera predicta, videlicet supplementi aureorum decem mille per D. Bonifa. de Valle facta, prout latius in dictis capitulis, & ordinatione continetur. Videretur prima consideratione dicendū fundatam esse intentionem oppidanorum, siue ruralium, quia

1 communis est regula, quòd onus soluendi collectas incūbit possessoribus l. fi. C. sine cēsu, vel reliquis, & Sali. ibi per illum tex. dicit, quod ille, qui fundum possidet, debet soluere collectas pro libra, & æstimo fundi, & hoc etiam procedit, licet fundus non sit in æstimo descriptus, & idem no. Bal. in l. si negociū C. de nego. gest. vbi inquit, quòd emptor cui res vendita tradita fuit, cum ipse habeat possessionem collectas soluere tenetur, licèt alius sit in æstimo nominatus, & descriptus, & idem concludit Ro. in l. Imperatores, in princ. ff. de publi. dicens, quod possessor ratione prædij, quod possidet collectas soluere tenetur, licet sit adhuc prædium in æstimo alterius, & nondum positum in æstimo possessoris. allegat. d. l. fi. C. sine censu, vel reliquis, ibi, & si nondum translata sit possessio censualis, sed apud priorem fundi dominum permaneat, videtur ergo quòd licèt bona ciuium sint in æstimo ruralium, quia tamē per ciues possidētur, quòd ipsi teneantur ad onera. Secundò, confirmatur opinio oppidanorum siue ruralium ex ordinatione facta per Do. Deputatos à ge-

nerali consi. Parmæ, quòd ad formam taxæ salis, & equorum, quæ soluebantur antequam Ciuitas Parmæ ad obedientiam esset Sedis Apostolicæ, fiat exactio nouissimi oneris impositi per Summum Pontificem, per quam ordinationem videtur rem reductam esse ad terminos eius temporis, quo Ciuitas Parmensis erat in manibus Illustrissimi Ducis Mediolani, quo tempore considerato bona, quæ erãt in æstimo ruralium, si in ciues alienabantur, transibant cum onere suo. & clarè procedebant ea, quæ statim dicta fuerunt in fauorem ruralium.

2 Præmissis tamen non obstantibus contrariam sentẽtiam in proposito nostro de iure veriorem amplector, pro cuius fundamẽto assumo aliam cõmunem cõclusionem; quòd ex quo collecta de qua agitur, est imposita personis pro rebus, ad eam non subditi non tenentur, etiam quòd possideant prædia in loco in quo est posita ipsa collecta, vt notat Bar. in l. libertus §. sola. ff. ad munici. vbi dicit, quòd nisi persona subdita sit ratione domicilij, vel originis, collecta ei imponi non potest, allegat tex. in l. rescripto. §. fina. ff. de mu. & hono.
3 vbi Bar. idẽ dicit. Et propter hoc cõcludit, quòd clericis imponi non possunt, & idem tenet Bar. l. munerum §. patrimoniorum in fi. de munc. & hono. & in l. 1. col. 5. C. de mul. & in quo loco, lib. 10. in l. cum neq; in primo nota. C. de incol. lib. 10. cum simili. vt traditur per Alex. consi. 68. Viso, in prin. li. 2. & in cons. 52. visis his, in prin. lib. 5. Io. de Imo. in cons. 48. in casu præmisso, & Fed. in cons. 151. Thema tale est, col. 2. Are. in cons. 133. In causa, quæ vertitur. Cald. in cons. 6. quidam ciues. Imo. in ti. de cens. vbi determinat Ciues Imolæ, qui possidebãt prædia in quodam Castro, quod ex toto fuerat separatum ab ipsa Ciuitate, non posse cogi ad soluendas collectas impositas per homines illius Castri, prout etiã consuluit Are. in consi. præallegato, Ciues igitur Parmenses pro eorum bonis vbicunq; sitis subire tenentur onera, quæcunq; in Ciuitate in qua habitant secundùm communiter Doct. in locis præallegatis, & per Petr. de Anch. in cons. 351. Pro intelligentia dicendorum, Bald. in cons. 139. Vbi quis sortitur,

& in

& in conf.227. Si quæratur,& in conf. 434. Licèt iudex, in tertia parte,quod quidem procedit etiam si ipsa bona essent per ciues acquisita ab ipsis oppidanis,& comitatensibus,qui antea pro eis soluebant onera in loco vbi scripta sunt,secundùm Oldra. in cõs.169. Factum tale est, vers.& idem, in tertio, non possunt igitur oppidani Ciues Parmen. sibi non su-
4 biectos aliquo pacto collectare. Secundò confirmatur opinio ciuium; quia in castris de quibus agitur, collectæ imponuntur per æs, & libram secundùm quod in æstimo quis scriptus reperitur,vnde succedit,quod no Ang.in l.fi.C.sine censu, vel reliquis, vbi inquit, quod quando imponitur collecta secundùm æstimum, tunc non attenditur possessio bonorum, sed solum æstimum, & idem no. Bal. in l. 1. §.quod si nemo. col. antepen. vers. super tertio puncto, ff. quod cuiusq; vniuersita. nomine,dum dicit, quòd quicunque habet æstimum in communi potest grauari pro collectis, siue sit subditus siue non, licèt ille qui nõ habet æstimum,non possit grauari nisi sit subditus, ex quo datur intelligi, quòd descriptio æstimi præcisè extenditur, & idem Bal. in l.etiam, col.fi. vers.item habentes æstimum C.de execu.rei iudic.dicit,quòd habentes æstimum præcisè grauari possint, quia æstimũ ad hoc tẽdit, & causa finalis est ipsum æstimum, vt Bal. dicit in l.1. col.6. C.de senten. quæ pro eo, quod interest: bene facit, quod not. Bar.in l.incola. post gl.in princ. ff.ad municip.Ro. in conf.161. Visis, in fi. cum ergo æstimum præcisè attẽdatur, & Ciues, & habitantes Parmæ non sint descripti in ipso æstimo castrorum, sed vnusquisq: sit in ciuitate æstimatus, succedit vera, & communis conclusio, quòd licèt ipsi possideant bona in Castris in quibus comitatẽ.habent æstimum separatum à ciuitate nõ possunt grauari in ipsis castris ex eo, quia ibidem bona possideant, & ista conclusio redditur clarissima,si tollantur duo obiecta supra in cõtrarium adducta pro opinione oppidanorum.

5 Non obstat, igitur primò ea quæ supra dicta fuerũt,quòd bona semel allibrata in æstimo oppidanorum si alienentur in alios trãseunt cum onere suo,quia adhoc clarissimè respon-

detur, quod ex capitulis factis per Communitatem Parmæ, cū Sede Apostolica tempore fœlicis recordationis Iulij Papæ secundi taxæ salis, & equorum in agro Parmensi abrogatæ, & æstimatæ sunt, quæ duo onera pro realibus exigebantur à ruralibus, & per Principes retroactos, & ipsa ciuitas eidem Sedi Apostolicę singulo anno pro censu soluere promisit decem mille aureos de Camera, qui exigi debeant de certis datijs tunc expressis in Ciuitate Parmæ, tantummodo, & in defectum quod eis deficiat, vsque ad summā prædictam ipsa Ciuitas, cum interuentu Illustriss. D. Gubernatoris Parmæ ibidem per tempora existentis possit exigere, & collectare ab ipsa, vel ipsis ruralibus, vel comitaten. prout sibi videbitur, quod quidem factum fuit per ipsam ciuitatem ob defectum præfatorum redditus, & prouentus præfatorū datiorum, & ita exactum fuit, & exigitur quolibet anno, & istud supplementum apostolicum, ordinarium annuum vocatur, & ab habitantibus in villis, & Castris tantummodo exigitur, quæ capitula etiam tempore Leonis X. confirmata fuerunt in quorū executione imposita fuit collecta pdicta ruralibus in rure habitantibus, tantùm, pro quolibet equo eidem taxato in qualibet villa ab ipsa Ciuitate, Illustriss. Do. Gubernatore consentiente, & per breue similiter Apostolicum talis ordinatio fuit approbata sublatis alijs priuilegijs in contrarium concessis, & pariter fuit exacta, deinde quæ post successiuè per Reuerendum Do. Bonif. de Valle Apostolicū delegatum specialem super prædictis, & per eius sentētiam ordinatum fuit cum interuentu, & consensu gubernantium Ciuitatem ipsam, quòd tale supplementum à ruralibus in villis habitantibus non autem à ciuibus, etiam qui antea aeqisiuerunt bona ruralium obnoxia oneribus taxę salis, & equorum tātummodo exigi deberet, & super equis taxatio cuiuslibet villæ exprimendo quid, & quantum pro quolibet equo exigi deberet, & ita similiter exactum fuit, quæ sententia cum ordinibus superinde factis per ipsum Do. Bonif. confirmata fuit tam per Leonem X. quàm etiam per breue SS. D. Clementis Pontificis, qui etiam mandauit in eo, quod ordinata prædi-

cta

ta per ipsam ciuitatem super tali supplemēto annuo ad formam sententiæ præfati Reuerendi D. Bonif. Legatus Cispadanus, & Gubernator Parmæ exigi faciat, & exigantur. qui D. Bonif. etiam ordinauerat, quòd singulo anno deliberatis datijs prædictis ad incantum, per ipsam ciuitatem imponi deberet id, quod deerit ex prædictis datijs ad summam prędictam decem mille aureorum, & exigi à ruralibus, & habitantibus tantùm, & deberet fieri distributio super quolibet equo taxato, & etiam idemmet per nouissima capitula ipsius ciuitatis superinde confecta de anno 1522. & cōsentiente Illustri. D. Gubernatore Parmę, publicata prouisum, & dispositum est, & quæ omnia sunt in viridi obseruantia, & super eis etiam pluries iudicatum est in fauorem ciuium, & incolarum Parmæ qui pro præfatis solutionibus ab oppidanis, & ruralibus molestabantur, vt cum eis contribuere deberēt, tàm per præfatū Do. Gubernatorē, & Vicelegatum, & eius Auditorem, & Locumtenentem, quam etiam per alios Officiales Ciuitatis Parmæ, stantibus ergo præmissis constat, qđ omnes terrę Ciuitatis Parmę sunt liberæ ab onere salis, & taxæ equorum, & ideo totaliter cessant ea, quæ dicta fuerūt in primo fundamento facto in fauorem ruralium; sublato n. æstimo taxarum equorum nullo modo dici potest, quòd bona postea æstimata per ciues sint allibrata, & transeant cum onere suo, quia super ipsis bonis nulla est allibratio, nullum onus; sed ex tenore capitulorum ordinatum est vnde exigi debeat census decem mille aureorum promissus per Ciuitatem Parmæ Sedi Apostolicæ, & ideo firmā stāt ea, quæ dicta fuerunt in primo fundamento facto in fauorem ciuiū, quòd non possunt oppidani, & rurales imponere collectam Ciuibus, & incolis Parmen. pro bonis, quæ possident in oppido, & rure, sublato .n. æstimo, & sic translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, c. translato extra de const. cum igitur reperiantur diuersa æstima, vnum factum in ciuitate, iuxta quod ciues, & incolæ Parmen. soluunt onera sibi contingentia, aliud verò sit æstimum oppidanorū, & ruralium, nullo modo potest fieri fundamentum, quòd bona per ciues

acquisita sint allibrata in æstimo rurali, & ideo stat firma cõclusio supra roborata, quòd vnusquisq; debet soluere collectã in loco in quo habitat respectu omniũ bonorum, etiam quæ in alijs locis possidentur, & hoc modo clarè procedunt ea, quæ dicta fuerunt in secundo principali fundamento facto in fauorem ciuium, quod ille qui non est descriptus in æstimo cum ruralibus, non potest aliquo modo ibidē collectari, cum æstimum sit causa finalis collectandi per ea, quę supra copiosè dicta fuerunt, & profectò, ista conclusio stantibus præmissis, secundùm terminos iuris communis clarissima est.

6 Sed tantò clariùs procedit præmissa conclus. quia vt in facto narratur, longa, & inueterata consuetudo inoleuit iam annis 30. & vltra, quòd etiam temporibus quibus taxæ salis, & equorum exigebantur in agro Parmensi, & ad quas etiam ciues pro eorum bonis, alias allibratis in villis agri Parmensis contribuebant pro rata ipsorum bonorum, nunquàm coacti fuerunt ipsi ciues ad huiusmodi onera talearum extraordinariarum pro dictis bonis per eos acquisitis in loco in quo sita erant bona ipsa per eos acquisita à comitatem. sed solùm soluebant in Ciuitate, & in loco habitationis, in villis autem agri Parmensis talia onera super taxis salis, & equorum semper imposita fuerunt, & exacta eis non reclamantibus. Non video igitur, quare nunc velint rurales hanc consuetudinem impugnare; quandoquidem consuetudo vim legis obtineat,
7 iuxta l. de quibus ff. de legibus, & eo maximè, quia secũdum communem conclus. de iure ciuili ad inducendam consuetudinem sufficit tempus 10. an. secundùm Bar. in d. l. de quibus, in 2. q. prin. versi. 3. videamus, vbi tamen format fortem oppositionem de seruitute discontinua, quæ requirit maius tempus, & soluit, vt ibi per eum, quæ sequuntur ibi posteriores, vt ibi per Ia. col. 10. idem tenent Ioan. And. Do. Anto. & Panorm. in cap. fina. extrà de consuetud. quæ cõclusio procedit siue consuetudo sit contra, siue præter ius, vt volunt præfati Doct. per id, quod habetur in l. diuturna ff. de legi. & in l. 1. & in rub. C. quæ sit longa consuetudo, & dicit Io. And.

in d.

iñ d.c.fi.quod tale tempus requisitum ad consuetudinem inducendam incipit à primo actu, vt ex illo inchoata, & iterata, cum diuturnitate temporis insurgat consuetudo, sic etiam dicunt ibi. D.Ant. & Imo. quòd tempus consuetudinis incipit currere à primo actu, qui verisimiliter venit in notitiam populi. idem dicit Corn. conf. 179. Ex puncto præmisso, in vlt. col. in prin. in 3. vol. & conf. 125. aliàs in l. ac causa, in fin. in 4. vol. & si quispiam quærat, quare est, quòd in præscrip. inter absentes requirat 20. an. & 10. inter præsentes, vt in ti. C. de præscrip. longi temporis, & tamen in consuetudine vniformi 10. anni sufficiunt respondetur, quod ratio est, quia
8 consuetudo firmatur tacito consensu populi, qui populus semper est pręsens, seu per præsentes repræsentatur; pręscriptio vero inducitur ob negligentiã eorum, contra quos inducitur, quæ negligentia minor est in absentibus; ideo maius tempus requiritur, quæ ratio cessat in consuetudine ex tacito consensu populi, & non propter alicuius negligentiam inducta, ista ratio est de mẽte Bar. in d.l. de quibus, & clariùs tradit. d. An. in repe. d.c.fi. colu. 17. de consuetudine, & ibidem Barb. col. 22. post Io. And. in sum. de consuetudine col. 11. Multò igitur fortiùs admittenda erit consuetudo in proposito nostro cum præsupponatur esse vltrà 30. annos, & qđ in huiusmodi diuisionibus, & exactionibus attendenda sit consuetudo no. Bar. in d.l. vnica. C. de mulie. & in quo loco. col. 5. Alex. conf. 68. col. 4. vol. 2. & in conf. 52. volu. 5. & per Bal. in l. 1. C. de sen. quæ pro eo, quod interest, per Alex. cõs. 101. col. 3. vol. 1. & conf. 148. iuris, in 6. vol. in quibus locis concluditur valere cõsuetudinem obligatoriam ad collectas ergo multò magis valebit liberatoria arg. l. Arrianus ff. de act. & ob. & ideo stante tali consuetudine, sublata videtur omnis dubitatio, quia tamen circunscripta procedunt etiam ea, quæ supra dicta fuerunt secundum terminos iuris communis.

**Postremò nõ obstat vnum, super quo rurales videntur facere potissimum fundamentũ de ordinatione. s. facta, quòd onus nouissimum impositum communitati Parmæ, debeat**

exigi

exigi iuxta taxam salis, & equorum antiquam, antequam Ciuitas Parmę esset sub dominio Sedis Apostolicæ, quæ taxæ si non essent abrogatæ huius essent effectus, & importantiæ, vt possidetes prædia obnoxia oneribus, & semel allibrata tenerentur ad onus salis, & equorum in loco vbi sita, & allibrata essent, quia adhoc facillima est responsio, quandoquidem (vt in facto præsupponitur) in tali ordinatione hoc etiam dicatur, quòd tale onus solui debeat per habitantes tantùm, & incolas cuiuslibet loci in loco habitationis pro eorum bonis vbicunq; sitis, non possũt igitur oppidani talem ordinationem in eorum fauorem acceptare, nisi etiã illã contra se recipiant iux. no. per Bart. in l. Aurelius §. idem quæsijt. ff. de libe. leg. & si volunt in vna parte impugnare non possunt ex alia se iuuare, iuxta regulam l. ex eo, de reg. iur. in 6. ad quod bene faciunt, quæ scribunt Paul. de Cast. Ang. & Ia. per illum tex. in l. cont. iuris ciuilis reg. §. fi. ff. de pac. quem. §. Ias. legit cum §. fi. legis præcedentis, vbi volunt, quòd prælati, tutores, & administratores qui in iure quæsito non possunt præiudicare suis principalibus, possunt tamen contrahendo apponere pacta eisdem præiudicialia, & ipsi principales non possunt acceptare tales cõtractus nisi cum omnibus suis qualitatibus, ergo nõ possunt oppidani se fundare in dicta ordinatione nisi eam acceptent cum suis qualitatibus, nec aliquo modo possunt dicere oppidani ordinationem ipsam esse iniquam, quandoquidem sit conformis cũ capitulis, & ordinatione de quibus supra, quibus mediantibus sublatum est æstimum, & taxa salis, quę erant secundùm tempora antiqua antequam Ciuitas Parmæ esset in dominio Sedis Apostolicæ, per quã ordinatũ est, quòd census promissus Sedi Apostolicæ, in eo in quo deficiunt redditus datiorum, debeat solui per oppidanos, & rurales, idem igitur iudicium est de augmẽto, quod de principa. l. si ex toto, in prin. cum ibi late. no. ff. de leg. 1. & ideo augmentum nouissimè impositum debet regulari secũdùm naturam cẽsus promissi Sedi Apostolicæ, & præcipuè stante consuetudine de qua supra, debet ergo talis ordinatio intelligi, quod debeat fieri distributio secundùm taxam antiquam

quam salis, & equorum, quantum sit ad ipsos oppidanos, vt celerius possit fieri exactio, non autem præsumendum est, quod ciues voluerint iuribus suis præiudicare arg. l. cum de indebito. ff. de proba. quinimo etiam non potuissent tollere capitula, ordinationes, & sententias, de quibus supra, iuxta materiam, Lambitiosa, vbi latè Bar. ff. de decre. ab ord. faci.

# Celeberrimi, ac Eruditiss. V. I. Consulti AVGVSTINI BEROI BONONIENS. V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum

*Et est 31. in ordine in suorum consiliorum libro primo.*

## EPITOME.

Ecclesias, Clericos, & eorum quoscunq; colonos tàm de iure communi, quàm ex litteris Apostolicis, de quibus hic mentio habetur, ad onera hic expressa personis ipsis pro rebus imposita, etiam communem vtilitatem, & necessitatem continentia, non teneri vnà cum laicis contribuere, demonstratur.

## SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ad reparationem pontium, & viarum, cum laicis conferunt, atque contribuunt.*
*Et an sit verum, nu. 21.*
2 *Leges ciuiles disponentes Ecclesias, cum laicis teneri ad onera causa necessitatis, & communis vtilitatis imposita, & præcipuè si pietatem sapiùt à iure canonico dicũtur approbatæ, & in vtroq.*

fore

*iuro sunt seruandæ contra nu. 22.*

3 *Ecclesiæ ad onera maximè patrimonialia necessitatē, & cōmunem etiam clericorum vtilitatem respicienti vnà cū laicis tenētur.*

4 *Et an, & quo modo hoc sit verum, & Ecclesiæ ad ea cogi possint, & nu. 5. 12. & 13. vbi hoc declaratur.*

6 *Ecclesiæ ad solutionem gabellæ, & datiorum tenentur, & quando, & num. 8.*

7 *Ecclesiæ quando, & ad quæ onera vnà cum laicis contribuere teneantur.*

9 *Clericorum, & Ecclesiarum bona, dicuntur bona pauperum, & pro redemptione, & alimonia pauperum alienari possunt.*

10 *Ecclesiæ ad onus rebus impositum, antequam res illæ ad Ecclesias, peruenirent, tenentur.*

*Et quomodo hoc procedat, nu. 29.*

11 *Lex interpretans in dubio, debet intelligi in terminis legis interpretatæ.*

12 *Cap. non minus, & aduersus de immunit. Eccles. de quibus oneribus intelligan., & nu. 18.*

14 *Clerici ad onus extraordinarium vnà cum laicis soluendum inconsulto Papa se immunè obligare nequeunt.*

15 *Clerici, & Ecclesiæ ad onus extraordinarium regulariter non tenentur.*

16 *Ad onus personis pro rebus impositum nec clerici, nec Ecclesiæ, nec laici ciues non subditi tenentur.*

17 *Et consuetudo contraria solùm laicis, & non clericis, nec Ecclesijs nocet.*

18 *Cap. 1. de immunit. Eccles. in 6. & c. quamquam de censib. eod. lib. declarantur.*

19 *Impositiones speciales, quæ sint, & quando ad eas nec Ecclesiæ, nec laici forenses teneantur.*

20 *Ecclesiæ an ratione pietatis ad onera, vnà cum laicis contribuere teneantur.*

21 *L. ad instructionem, & l. neminem, C. de sacros. Eccles. correctæ.*

22 *Leges Imperiales expressè disponentes, & mentionem facientes de Ecclesijs, etiam ad earum fauorem, sunt ipso iure nullæ.*

*Idē, & magis de opinione Docto. super his legibus fundata. nu. 24.*

23 *Opinio Doctorum, etiam communis, reijcitur, quando reperitur expressa iuris dispositio in contrarium.*

24 *Dispositio legalis necessaria, Doctorum verò magistralis.*

25 *Clerici ad custodiam Ciuitatis, quando vnà cum laicis teneantur.*

26 *Onera, quæ dicantur à sacris Canonibus prohibita, clericis imponi.*

27 *Lex referens declaratur, & interpretatur à lege relata, & omnia in lege relata dicta censentur posita in lege referente.*

28 *Principium constitutionis inspiciendum tanquam fundamentum, quando generale est, & ab eo sumenda est interpretatio.*

CONSULTATIO hæc nostra in præsenti causa tendit ad determinandum, vtrum clerici, & aliæ personæ ecclesiasticæ habentes bona stabilia in Ciuitate, & Territorio Ferrariensi vltra onus annuatim, durante anno duodecimo, ipsis impositum, pro constructione, & reparatione riparũ, & aggerum Padi, & murorum Ciuitatis, ac pontium, & aquæductuum, necnon pro Studij generalis in dicta Ciuitate conseruatione, de quo in diuersis litteris Apostolicis à diuersis Pontificibus, & præcipuè à Paulo II. emanatis, ad illud onus ex causis prædictis iniunctum, & vt vulgò dicitur, pro cornellis, & paraducijs, quæ fiunt pro tuitione, & conseruatione dictorum aggerum, virtute dictarum litterarum, vel saltem de iure communi teneãtur, & ad contribuendum à Communitate, & Ciuibus dictæ Ciuitatis quoquo modo cogi possint. Quæ materia quamuis ob varias opiniones Doct. antiquorum, & modernorũ, tam Canonistarum, quàm Legistarum, & in lecturis, & in consilijs in se valdè difficilis, & intricata reddatur, tamen in casu occurrenti facilè erit pedes firmare, & alteri parti adhærere, vt ex infra dicendis liquidè constabit. Et in primis pro parte Communitatis Ferrariensis, & ad illius fauorem plura facere videntur; primò tex. in l. ad instructionem, aliàs ad
1 instructiones, & in l. neminem C. de sacros. Eccles. vbi Eccle-

siæ

siæ ad reparationem pontium, & viarum contribuere, & conferre tenentur, & dicit Do.Card. in c.non minus, de immun. Eccle. quòd leges ciuiles disponentes Ecclesias teneri,
2 cum laicis ad onera, quæ imponuntur causa necessitatis, & communis vtilitatis.& præcipuè si sapiunt pietatem,approbatæ à iure canonico dicuntur, & sic seruandæ sunt in vtroque foro; quoniam cum non sint reprobatæ, illis standū est, c.cum expediat. de elect.in 6.& in hoc Doct.magis cōmuniter concordare videntur allegantes dicta iura ciuilia contra Ecclesias.

3 Secundò, optimè facit tex.in c.peruenit.de immu.Eccles. iuncto c.igitur, cum seq. 23.q.8. vbi clerici, aliæq; ecclesiasticæ personæ tenentur aduersùs inuadentes, seu aggredientes Ciuitatem, & loca Christianorum arma sumere,& Ciuitatem vnà cum laicis pro necessitate,& communi vtilitate custodire,sed onera,de quibus agitur, necessitatem,& communem vtilitatem etiam clericorum respiciunt, cum sint imposita pro reparatione riparum, & aggerum Padi, & dicuntur esse onera patrimonialia, vt infra dicetur, quia imponuntur clericis pro rebus suis, videlicet ad soluendū certum quid, iuxta vires facultatum, & sui æstimi, ergo magis ad hæc onera soluenda tenentur, cum Ecclesiæ,seu personę ecclesiasticæ magis ad onera realia,& patrimonij teneantur quàm ad merè personalia,de quibus in d.c.peruenit.cum simil.vt est de mente omnium,& maximè Abb.in d.c.non minus post Innoc.

Tertiò, adduco id, quod voluit Abb.in d. c. non minus in
4 penul. colu. in ver. fateor tamen, &c. dicens, quod propter communem etiam vtilitatem, & necessitatem clerici nō tenentur ad onera, nisi illa fuerint imposita de eorum consensu, sed si Clerus absque iusta causa nollet consentire, tunc populus potest adire superiorem ecclesiasticum,qui clericos compellat,& quòd hoc in casu non est opus Papam consuli, eiusq; licentiam haberi, iuxta c.aduersus, de immun.Eccles. quoniam impensa est facienda, & onus est impositum non solùm propter vtilitatem publicam, sed etiam propter vtilitatem

tatem

tatem priuatam, & particularem etiam Ecclesiarum, & bonorum suorum, & sic secundùm Abb. sumus extra casum d. c. aduersus, qui loquitur, quando onera essent solùm ad vtilitatem publicam, dicitq; ibi Abb. hæc dicta sua benè notanda tanquam optima, & à nemine considerata.

Quartò, ponderandæ sunt in hoc litteræ Apostolicæ, tam Pauli Secundi, quàm aliorum Pontificum, tam Communitati Ferrariæ, quàm clericis dictæ Ciuitatis concessæ, in quibus cauetur ipsos clericos, seu ecclesiasticas personas non debere, nec posse ad aliud onus cogi vltra id, de quo in dictis litteris, quod ab ipsis sacris canonibus exigi prohibeatur, ergo si à sacris canonibus prohibitum nō reperiatur, illud exigi poterit, sed onus, de quo agitur, non est à sacris canonibus prohibitum, imo permissum; cum fuerit, & sit impositum ob necessitatem, & contineat communem, & priuatam vtilitatem, etiā Ecclesiarum, quia sic bona particularia Ecclesiarum conseruantur, & à periculo inuasionis, & inundationis aquarum defendūtur, quo casu de iure etiam canonico tali oneri Ecclesiæ subijciuntur, d. l. ad instructionem, cum similib. supra alleg. ergo ex dispositione, & mente dictarum litterarum Ecclesię huic oneri cōtribuere tenebuntur. Pondero etiā dictas litteras Pauli II. à cæteris Rom. Pontificibus cōfirmatas in illa parte, qua inhibetur, ne supra id, qđ dictum erat, clerici tam regulares, quàm sæculares angarientur, seu aggrauentur occasione quorumcunq; sæcularium onerum, ergo si essent onera, quæ respicerent etiam clericos, & personas ecclesiasticas, quale est id, de quo agitur, cum sit impositum pro necessitate, & communi vtilitate etiam Ecclesiarum, vt dictum est, & de se patet, clerici profectò ad illa possent angariari, & aggrauari.

5 Quintò, hanc opinionem confirmo auctoritate plurium Docto. & fortè magis communiter, qui volunt, quòd vbi necessitas magna, & vtilitas communis, particularis etiam Ecclesiarum versatur, laici auctoritate Iudicis ecclesiastici possint cogere clericos ad contribuendum, absque aliqua Sedis Apostolicę consultatione, vt in terminis voluit Abb. in d. c.

non

non minus. in pen. col. ver. fateor tamen, quod idem,& ferè in terminis nostris voluit Pet.de Anch.in d.c. non minus per tex. in d. l. ad instructionem, cum simil. dicens, quòd circa murorum constructionem, & refectionem necessariam, vt propter guerram, vel illius suspitionē, Ecclesia tenetur contribuere, secus quò ad voluntariam, vt etiam voluit Iacob. Butrig.in d. l. ad instructionem, dicens etiam,quòd Ecclesię
6 ad solutionem gabellæ portarum pro plaustris, & curribus tenentur, si gabella conuertitur in reparationem viarum, & pontium,quoniam ita de Ecclesiæ,sicut de priuatorum vtilitate agitur, & ex his Pet.de Anch. in d.c. non minus, gene-
7 ralem inferebat doctrinam,quòd quoties tractatur de generali, & communi vtilitate tam clericorum, quàm laicorum simul,& mixtim, tunc clerici tenentur vnà cum laicis ad onera à Ciuitate imposita,contribuere,& ideò alias cōsultum fuit, prout asserit se audiuisse,quòd Ecclesia etiam teneri debeat ad aggeres, qui fiunt in littore maris ad euitandū inundationes, quæ damnum omnibus passim inferebant, ꝑpter commune periculum, idemq; dicendum videtur ad euitandum rapinas, incendia,captiuitates militum,& hostium,ve-
8 luti hoc vltimum fuit ex mente Bar. in l.nullus Cod.de cursu publ. lib.12.vbi dixit,clericos teneri, & simul cum laicis posse aggrauari ad soluendum datia, & collectas, & ad alia munera sordida, ad quæ aliàs non tenentur, vt in d. l. ad instructionem, ob periculum guerræ euitandum,nam in hoc vertitur publica vtilitas, ac etiam pietas, sic .n.defensantur pauperes personæ, viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ à damnis, & periculis, & vbi versatur pietas, vtilitas publica, Ecclesia tenetur contribuere, l.iubemus nullam C.de sacros. Eccles. d. l. ad instructionem, & d. c. 2. de immun. Eccles. cum simil. ergo, & in casu occurrenti Ecclesia teneri debet, cum agatur de reparatione aggerum, & riparum Padi, & consequenter de vtilitate publica, & pietate; nam si aggeres, & ripæ vi, & impetu fluminis rumperentur, fierent maximè inundationes, & damna non modò diuitibus, sed etiam viduis,pupillis,& alijs miserabilibus personis inferrentur,ergo

cum

cum adsit publica, & priuata vtilitas communis, & pietas,
9 Ecclesia tenebitur conferre, quoniã bona clericorum, & Ecclesiarum dicuntur bona pauperum, c. fin. cum glos. 16. q. 1. & illa pro redemptione, & alimonia pauperum possunt alienari, c. aurum habet Ecclesia, & ibi in summa 12. q. 2. & in hanc sententiam concurrũt viri maxime auctoritatis, vt fecit Bald. in d. l. ad instructionem, & in ti. de pace constan. in ver. munitione. Salic. in d. l. ad instructionem, Barb. in cons. 29. in 4. vol. in cons. 1. & in 3. Ias. in l. placet. C. de sacros. Eccles. vbi in fin 4. col. plures allegat, videlicet Card. in Clemen. 1. col. 16. de vita, & honestate cler. Alex. in cons. 68. in 2. vol. & Caepol. in tract. seruitutum, sub rub. de via. in q. 25. idemq; voluit solemnis Doctor. Guid. Papa in q. 78. & glo. in d. c. non minus, quare hæc videtur esse communis opinio, quæ in iudicando sequenda est, ad tradita in c. 1. per Io. Andr. Abb. & communiter alios circa fin. extra de constit.

10 Vltimò, videtur dicendum, quòd cum onus, de quo tractatur, sit onus reale, seu patrimonij saltem ratione rerum, quibus antequam ad Ecclesias peruenirent, tale onus erat impositum Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ contribuere teneantur ad ea, quæ habentur per Innoc. in d. c. non minus, & ibi Abb. in 3. col. in vers. Venio ad primum, & c. Bar. in d. l. vnica. Co. de mulieri. & c. Bald. in d. l. omnes, & Abb. in d. cons. 3. in 1. vol. & hoc in casu propriè consuluit Barb. in d. cons. 1. in 3. vol. & habetur per Ias. & alios in d. l. placet, & in d. l. neminem, & in c. fin. de vita, & honest cler. & Host. in summa de immun. Eccles. in §. quibus in 1. col.

Pro parte verò clericorum, & personarum ecclesiasticarum Ciuitatis, & Diœcesis Ferrarien. quòd vltra onus impositum pro annis duodecim, & multoties ad alios duodecim annos prorogatum, vt in litteris diuersorum Pontificum, Pauli, videlicet Secundi, Sixti, Alexandri, Iulij, Clemen. & Pauli Quinti moderni, ipsis clericis, tam regularibus, quàm sæcularibus concessis, non possunt aggrauari ad cõtribuendum pro assertis cornellis, & paraducis, sic vulgò nominatis, siue loquamur attentis dictis litteris Apostolicis, siue de iure

canonico, & consequēter quod huiusmodi exactio si fieret, diceretur contra prohibitionem sacrorum canonum fieri, multa considerari possunt: & in primis induco tex. in d. cap. non minus, qui emanauit à Concil. Lateran. ad fauorem Ecclesiarum; Et quamuis aliqui dicant illum loqui in casu, quando clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ aggrauarentur ad soluendum onera, quæ solùm ad aliquos pertinerent, & consequenter non continerent communem vtilitatē, etiam Ecclesiarum, & ponderent illa verba, isti verò onera sua ferè vniuersa imponunt Ecclesijs, &c. & hoc modo etiam velint intelligi debere tex. in c. aduersus eod. tit. qui venit ad interpretationem declaratiuam, vel meliùs extēsiuam, & per modum additionis, iux. not. per Bar. in l. omnes populi. col. 18.
11 in vers. Sextò, principaliter quæro. ff. de iust. & iure. quia lex interpretās in dubio, debet intelligi in terminis legis interpretatæ, vt in l. si alterius C si minor se maio. dixe. & in Authe. de fil. ant. dotal. instru. nat. Bar. in Auth. Sacramenta pub.
12 col. 2. C. si aduer. vend. tamen verius est, quòd loquatur de oneribus impositis pro necessitate, & cōmuni vtilitate, tàm clericorum, seu Ecclesiarum, quàm laicorum, prout loquimur in casu occurrenti, quæ intelligentia colligitur ex verbis illius tex. in pluribus locis, primò dum loquitur de fossatis absolutè, quæ possunt etiam vtilitatem Ecclesiarum respicere, vt quia essent fossata facta ad munitionem Ciuitatis, iuxta ea, quæ habentur per Iacob. Butr. in d. l. ad instructionem, siue essent fossata generaliter pro vtilitate possessionum, & prædiorum, iuxta tex. in l. si vicinus, iuncta l. præced. ff. de aqua. plu. arcen.

Secundò, dum ille tex. expresse in vers. Quo circa, &c. considerat communem vtilitatē, vt ibi ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum non suppetūt facultates, & illa verba, isti verò onera sua, &c. in cōtrarium, vt supra, ponderata debent intelligi respectu partis ipsorum laicorum; non. n. negat ille tex. quin loquatur de oneribus impositis pro communi vtilitate, quāuis dicāt isti, hoc est laici onera sua, &c. nam quòd commune est, meum dici potest, l. ser-

l.serui electione de leg. 1. in §. 1. & si tex. in d. ca. non minus, loquitur, vt dictum est, idem est dicendum de tex. in d. c. aduersus, qui ad interpretationem illius emanauit, vt ex eius verbis colligitur iunctis præmissis, & hæc sunt de mẽte Abb. in d. c. non minus, in 5. col. & in cons. 3. in primo vol. in primo fundamento, in prima col. & nota, quia dicta iura etiam loquuntur de oneribus patrimonialibus, quæ imponuntur personæ propter res, & ibi fossata, siue expeditiones, seu alia quælibet agenda de bonis clericorum, &c.

Secundò, induco tex. in Clemen. vnic. de immun. Eccles. & in c. 1. eod. ti. in 6. vbi in d. Cleme. postquam correxit tex. in c. clericis laicos de immun. Eccles. in 6. subdit, quòd laici exigentes, & extorquentes à clericis, & ab Ecclesijs taleas, seu collectas, aut exactiones quascunque, & illis consilium dantes, & auxilium, vel fauorem ad præstandas subuentiones laicis, incurrunt pœnas Lateran. Concilij, de quibus in d. c. non minus, pondero illa verba, aut exactiones quascunque; & consequenter etiam, quæ contineret communem vtilitatem tàm clericorum, quàm laicorum, arg. l. Balista, & ibi Bartol. ad Trebel. pondero etiam illa verba, ad præstandas subuentiones laicis, ergò loquitur in casu, quo tã laici, quàm clerici tenerentur. Præterea ille tex. in §. volentes, venit ad interpretationem Lateranen. Concilij, de quo in d. c. non minus, ergo in casu, quo cõmunis esset vtilitas, vt supradictum fuit in primo funda. & sic etiam in casu, quo versatur commune bonum, Ecclesiæ aggrauari non possunt, nisi, vt infra dicetur: & in d. c. 1. pondero illa verba, taleas, & collectas, seu exactiones quascunque Ecclesijs, &c. imponere, vel exigere ab eis pro domibus, prædijs, vel quibuscunque possessionibus, &c. nec debet attendi quælibet consuetudo contraria, quia tanquam contra vtilitatem Ecclesiæ nõ valeret, c. quanquam, de censib. in 6. & arg. c. 1. de consu. & cum ille tex. loquatur de collectis, infertur, quòd loquitur de oneribus patrimonialibus, quæ imponuntur personæ propter res, vt colligitur ex verbis Bar. in l. rescripto. §. sciendum ff. de muner. & hono. & in casu occurrenti tractatur de huiusmodi onere reali, ergo, &c.

 Ter-

Tertiò, ad fauorem Ecclesiarum facit Extrauag. Bened. XI. sub Rubr. de immun. Eccles. ibi taleas, decimā, vel aliam quotam, seu quantitatem aliquā de prouentibus bonorum suorum, aut Ecclesiarum, & ibi in ver. cæterum.

13 Quartò, corroborantur prædicta, quia negari non potest, quòd vbi adest magna necessitas, & cōmunis vtilitas, ac etiā pietas, Ecclesiæ non possint compelli ad contribuendū cum laicis ad onera pro tali necessitate, & vtilitate, ac pietate imposita, vt videntur velle communiter Doct. in d. c. non minus & ibi est tex. in d. c. aduersus, & Doct. in d. l. ad instructionē, & habetur per Modern. in d. l. placet, & in varijs consilijs, vt traditur per Andr. Barb. in d. consil. 29. & in d. cons. 3. & cum totale fundamentum aduersariorum in hoc consistat, ideò pro intelligentia dico, & ita arbitror de iure verū esse, quòd prædictum assumptum, & opinio Doctorum, de qua proximè, debet intelligi non simpliciter, sed pluribus concurrentibus, primò, vt dictum est, quòd adsit magna necessitas, vt probatur in d. c. non minus, & in d. c. aduersus, ibiq. Abb. & d. Extrauag. secundò, communis vtilitas, vel saltem pietas, vt in dictis iuribus, & de pietate probatur in d. l. ad instructionem, & in d. c. peruenit. de immun. Eccles. & optimè in d. c. non minus, inducendo, vt supra. Tertiò, quod si tale onus, ad quod substinendum nō sufficiant laici, quia clerici, & Ecclesiæ solùm tenentur cum laicis contribuere in subsidium, & vbi laicorum non suppetunt facultates, vt in d. c. non minus, in d. c. aduersus, & clariùs in d. Extrauagan. ibi cæterùm attendant clerici, & alij Prælati Ecclesiarū, quod in huiusmodi subuentionibus solum casum necessitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non suppetunt facultates, &c. Quartò, requiritur, quòd ad onus huiusmodi imponendum vocetur totus clerus, vt consentiat, nec sufficeret Episcopus cum capitulo suo, nam quod omnes tangit, particulariter ab omnibus approbari debet, c. quod omnes de regul. iur. in 6. habetur in c. cum omnes de constitu. & probatur in d. c. aduersus, ibi, verum, si quando Episcopus simul cū clericis, &c. & Abb. in d. c. non minus in 4. notab. vbicunque tamen

absque

absque iusta causa clerus nollet consentire, tunc posset procedere id, quod voluit Abb. in dicto c. non minus, in penult. colum. quod etiam intelligo concurrentibus alijs necessarijs per prædicta, & infra dicenda.

Quintò, requiritur, quòd onus imponatur consulto Papa vt in Extrauag. & in d. c. aduersus, & Abb. in d. 4. notab. prædicta ferè omnia requirit. Sextò, requiritur, quòd adhoc onus soluendam clerici, & Ecclesiæ cogantur ab Episcopo, & à suo superiore ecclesiastico, laici .n. & potestates seculares non possunt se intromittere, vt ipsos compellant, vt habetur in d. l. ad instructionem, per Bald. cum quo cæteri pertranseunt, maximè Abb. in d. c. non minus in 5. col. Idemq; vult Guid. Pap. in d. q. 73. & cum prædictis requisitis concurrit Abb. etiam in d. cons. 3. qui ad fauorem Ecclesiæ contra laicos consuluit. Quibus præmissis requisitis stantibus, videtur etiam, quòd secundùm iuris rigorem, clerici nō teneantur contribuere, nisi ex quadam gratia, & æquitate: Vnde tex. in d. c. aduersùs, monet laicos humiliter, & deuotè recipere, cum gratiarū actione, quod à clericis offertur, & Host. in sum. sub ti. de immun. Eccles. in §. quib. muncrib. in 3. col. ver. hæc vera, &c. quem refert, & sequitur Alber, in d. l. ad instructionem, dicit, quòd clerici nō cogūtur, sed charitatiuè, cum gratiarum actione conferre possunt, si volūt, ex quibus infertur, quod secundum regulas sacrorum canonum prohibitum est in aliquos, Ecclesias grauare, nisi cōcurrentibus prædictis, vt probatur in iuribus supra pro hac secunda parte allegatis: item infertur, quòd cum omnia prędicta requisita interuenerint in imponendo onere, de quo in prædictis litteris Apostol. Pauli II. & aliorum successorū Pontificum, quia clerus dictæ impositioni oneris consenserit, & soluere promiserit, & ad nihil vltra soluendum cogi possit ratione necessitatis, & communis vtilitatis in reparando ripas, & aggeres, & in faciendo alia, de quibus in dd. litteris; sequitur quod instè, & legitimè, & iuxta permissionem sacrorum canonum ad dictum onus soluendi decem solidos tantùm pro quolibet denario extimi, clerici, & ecclesiasticę personæ te-

nentur,& per suos superiores ecclesiasticos, ad id deputatos & non per alios cogi possunt, vt supra. Et è contra ex prædictis concludendum est, ipsos clericos nullo modo teneri ad contribuendum cum laicis ad onus, de quo agitur, quod dicitur extraordinarium, iuxta not. per Bar. in l. 1. C. de mulieribus,& in quo loco, colu. vlt. lib. 10. per Bald. l. omnes C. sine censu in 2. colum. in vers. Aduerte tamen, &c & Host. in sum. in ti. de immun. Eccles. in §. quibus in 2. colum. nam ad hoc munus extraordinarium imponendum non fuit vocatus clerus, nec is aliquo modo consensit, instamq; causam
14 habuit non consentiendi, quia & si voluisset consentire, & soluere, non potuisset impunè, cum hoc clerus facere nequeat, nisi cōsulto Papa, iuribus supra allega. & in d. c. aduersus, cum simil. Item ad hoc onus suppetūt facultates laicorum, ergo infertur, quòd exigere tale onus, dicitur esse contra prohibitionem sacrorum canonum, qui solùm admittūt Ecclesias teneri ad contribuendum, concurrentibus prædictis requisitis, & ideo dici potest, hoc onus, de quo agitur, fuisse expresè prohibitum per litteras Apostolicas Pauli, & aliorum Pontificum, &c. vt in litteris ipsis continetur.

Quinto, principaliter suadentur prædicta ad fauorem Ecclesiarum, considerando, quòd onus, de quo disputatur, vltra quod sit extraordinarium, veluti colligitur ex ijs, quę vo-
15 luit Bart. in dicta l. 1. & Bald. in d. l. omnes, ad quod regulariter Ecclesiæ non tenentur, d. c. non minus, cum sim. & ibi Abb. in 4. col. l. sacrosancta C. de sacros. Eccles. dicitur esse etiam onus patrimoniale, quod imponitur personæ pro rebus, & imponitur ipsi rei de eo, quod non percipitur ex re ipsa, nec est in ipsa re, sed omnino extra rem, quia debet pro
16 ipsa re præstari certa quantitas pecunię. Et ad tale onus Ecclesiæ non tenentur, nec clerici, nec etiam laici ciues non subditi, quamuis in loco patrimonium habeant, l. rescripto. §. fi. & ibi Bar. ff. de mun. & honor. & est tex. in c. 1. de immu. Eccles. in 6. in Clem. vnica eod. tit. quæ iura loquuntur, & de collectis, quæ dicuntur onera, & quæ iniunguntur personis pro rebus, vt voluit Bar. in d. l. rescripto. §. sciendum, &

in d.

17 in d.l. vnica, si tamen extaret consuetudo in contrarium, ea noceret solum laicis, vt not. Bar. in d.l. vnica C. de mulierib. & in quo loco, lib. 10. sed non Ecclesijs, tum quia illa esset contra vtilitatem Ecclesiæ, vt supra, tum quia diceretur esse contra libertatem Ecclesiæ, Auth. cassa. C. de sacros. Eccles. iuncta Auth. nulla Communitas, C. de Episcop. & cler. qui tex. multùm in casu occurrenti Ecclesijs fauet: Et secundum
18 prædicta potest intelligi tex. in d.c. non minus, in d.c. aduersus: in c. 1. de immu. Eccles. in 6. & in c. quamquam de censib. eo. lib. cum alijs pro hac parte allegatis, & cum his concordat id, quod dixit Bald. in d.l. omnes in 2. col. in ver. specialis autem impositio, &c. C. sine censu, quòd impositiones
19 speciales sunt, quæ imponuntur in aliqua Ciuitate, vel loco ad confectionem certi operis publici, vt aquæductus, viæ, pontis, vel alterius publici operis, aut publicæ necessitatis, & si tales impositiones iniungerentur personis pro rebus, non tenentur hi, qui non sunt subditi, quales sunt Ecclesiæ, & laici etiam forenses, ad quod allegat d. l. rescripto: Et quamuis
20 Abb. in d.c. non minus dixerit, quòd ratione pietatis, Ecclesiæ tenentur ad onera vnà cum laicis contribuere, vt ibi per eum circa finem, in vers. fateor tamen, absque quod consulatur Papa, quod tanquam dictum nouum inquit esse notandum, contrarium tamen mihi esse verius videtur, vt tenuit glos. in §. nouarum 16. q. 2. & glos. in d.l. ad instructionem, præcisè Host in d.§. quibus, in sum. de immu. Eccl. in princ. 3. col. & etiam ibi in ver. & hæc vera putamus, &c. & probatur rectè intuenti in d.c. non minus, dum loquitur de fossatis. quæ fiunt pro tuitione, & defensione Ciuitatis, ac etiam pauperũ, pupillorũ, viduarũ, & aliarũ miserabiliũ personarũ, & faciunt iura alia supra adhoc ponderata, & est de mente Bald. in d.l omnes in 2. col. vers. specialis autem, &c. vbi loquitur de refectione viarum, pontium, & aquæductus, quæ continent in se pietatem, vt habetur in d.l. ad instructionem, & multi etiam præsupponunt in d. c. non minus, & Host. in d.§. quibus, & tamen vult, quòd non subditi, vt sunt Ecclesiæ, non teneantur, hoc idem est de mente Alb. de Ro. in d. l.

 ad

ad instructionem. Præterea licèt verum sit, quòd clerici possint cogi consulto Papa, vt inquit Abb. tamen ipse nō excludit reliqua requisita, de quibus supra, & ideò in casu isto clerici cogendi sunt per suum superiorem, vt ibi per Abb. Idem etiam dicendum est, quò ad alia, videlicet, quòd onus fuerit iniunctum, adhibito consilio clericorum, ipsisq; vocatis, vt dictum fuit: Item hoc etiam procederet contra clericos in subsidium, & sic quando facultates laicorum non suppeterent, vt in d.c. non minus, in d.c. aduersus, & in d. Extrauag. vnde cum non interuenerint huiusmodi requisita, Ecclesiæ non tenebuntur contribuere: multa alia ad propositū posse adducere, sed vlterius nō esse insistendum putaui, & me remitto ad ea, quæ in d. cons. 3. ponit Abb. qui quarto loco arguit ex mente Concil. Lateran. de quo in d.c. non minus, ibi. de bonis Ecclesiarum, & clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis, &c. iunctis verbis Abb. tam in d. cons. quàm in d.c. non minus, vbi ferè de verbo ad verbum illud consilium refert. Et hanc secundam opin. ad fauorem Ecclesiarum, vt supra, corroboratam sequor tanquam de iure veriorem, ac etiam quia fauet Ecclesijs, pro quibus in dubio est iudicandum, l. sunt personæ, ff. de relig. & sump. fun.

Superest, vt tollantur contraria, quò conclusio posita pro Ecclesi. ab omni difficultate nitida remaneat. in primis itaq;
21 non obstant tex. vulgares in d.l. ad instructionem, & in d. l. neminem, super quibus tenentes contrarium, potissimè se fundant; nam, vt fuit de mente Bar. ibi, corriguntur per tex. in Authen. nulla Communitas, C. de Episc. & Cler. & expressè voluit Host. in d. §. quibus, & clariùs Abb. in d. cons. & in d. c. non minus, maximè per illum tex. ibi adijcimus, vt constitutiones, & sententiæ, quæ, &c. Præterea, vt inquit Io. And.
22 in d.c. non minus, & sequitur Abb ibi, & in d. cons 3. leges Imperiales mentionem facientes expressam de Ecclesijs sūt ipso iure nullæ, Auth. cassa. C. de sacros. Eccle. etiam si tales leges ad bonum, & ad fauorem Ecclesiarum tenderent, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi omnes Scriben. & in cap. quæ in Ecclesiarum, & in c. 1. vbi dixi, de constitu. & hoc ex de-

fectu

fectu potestatis, & iurisdictionis, arg. c. fin. de const. in 6. iuncta l. fi. C. si à non compe. iud. c. at si clerici, de iud. & si diligenti. de for. compe. ergo à maioritate rationis idem, & magis dicendum est in legibus Imperialibus, & laicorum, quæ expressè disponerent in odium, & præiudicium Ecclesiarũ, Auth. multo magis Cod. de episc. & cler. Præterea quamuis multi Doct. & fortè magis cõmuniter velint Ecclesias, etiam teneri solùm ad onera, quæ concernant vtilitatẽ cõmunem, & pietatem, ac necessitatem magnam, per tex. in d. l. ad instructionem, & in d. l. neminem, cum sim. tamen horũ opin. solùm fundata super dictis iuribus debet dici falsa, nulliusq; momenti, & super ea nullum est faciendum fundamẽtum, quia illi aduersantur plura iura canonica, quibus in causis Ecclesiæ standum est, non obstante legum humanarum dispositione, ad not. per glos. & Docto. in d. c. 1. extrà de nou. oper. nunc. & pronunt. scrib. ibiq; ego dixi in d. cap. 1. ext. de const. Aduersatur .n. tex. in d. c. non minus, in d. c. aduersus, in d. c. 1. de immun. Eccles. in 6. in c. quamquam de censib. cod. lib. in Clem. præsenti. de censib. in Clem. vnica. de immu. Eccles. & in d. Extrauagan. Bonifacij, necnon aduersantur auctoritates plurium glo. & Bar. ac aliorum, quos supra
23 pro Ecclesijs allegaui: Et ab opin. Docto. quæ etiam esset communis, receditur, quando reperiretur expressa iuris dispositio in contrarium, vt volunt Scrib. omnes, Io. And. Ant. Abb. & alij in d. c. 1. circa fin. de const. & ibi tetigit. Rursùs
24 si leges ciuiles disponentes expressè de Ecclesijs ad merum illarum fauorẽ sunt nullæ, nec sunt aliquo modo in iudicijs allegandæ, quantò magis dicetur nulla, & falsa opinio. Doct. etiam communis, quæ esset fundata super dd. legibus ciuilibus, etiam fauorabilibus Ecclesijs, quoniam dispositio legalis est necessaria, Doctorum verò magistralis, vt inquit Bar. in l. prolatam. C. de sent. interloc. glo. in c. de libellis 21. dist. & in hanc sententiam, quòd dictæ leges sint correctæ, vltra prædicta voluit Hostie. in summa in d. §. quibus de immun. Eccles.

Non obstat secundum fundamentum de tex. in c. 2. quod

incipit, peruenit, de immun. Eccles. inducendo, vt sup. quia pro responsione dici potest, primò, quòd parum facere videtur ad causarum decisionem, cum habeat varios intellectus, vt colligitur ex dictis Docto. ibi, & ideò non est super illo faciendum fundamētum, vt inquit Bar. in l. in ambiguo.
25 ff. de rebus dub. Secundò, ille tex. intelligitur, quando Ciuitas timeret, ne à Saracenis, & infidelibus inuaderetur, quia ad illius custodiam etiam clerici vnà cum laicis tenentur, & cum hoc intellectu pertranseunt Doct. communiter ibi, & Abb. in d. c. non minus, & in d. cons. 3. cuius quidem ratio potest esse periculum animarum, quod sequi posset, si Ciuitas ab infidelibus occuparetur, arg. eorum, quæ habentur in c. 1. de præscript. & in c. placuit. 16. q. 3. c. omni timore, &c. igitur, iuncto §. præced. 23. q. 8. Tertiò, intelligitur in laicis seruientibus Ecclesiæ, vt sunt serui, coloni, & similes, nam imminente magno periculo propter cōmunem vtilitatem, tenentur ad custodiam Ciuitatis vnà cum laicis. Quartò, potest ille tex. intelligi etiam, quando ad custodiam Ciuitatis non sufficerent milites, & laici, quoniam in subsidium propter magnam necessitatem, & periculum, & sic ob communem vtilitatem clerici, & alij ecclesiastici tenentur, & cogi possunt ad Custodiam Ciuitatis, arg. eius, quod dicitur de oneribus, quæ imponuntur personæ propter res, vt in d. c. aduersus, in d. c. non minus, & in d. Extrauag. Benedicti XI. Posset quintò, responderi illum tex. debere intelligi volente, & consentiente Episcopo Ciuitatis, & non aliter, & casu isto propriè loquitur ille tex. vbi Papa dat Episcopo hāc potestatem, non autem laici possunt cogere, nec ad illorum instantiam, pro quo facit id, quod supra inter alia requisita dictum fuit, & fortè non erraretur, si tex. ille intelligeretur, quando ipsi clerici vocati ad custodiam contradicerent absq; iusta causa, quia tunc Episcopus posset illos compellere, vt ibi, sed ad hoc omnes generaliter compellantur, &c.

Non obstat tertium principale de doctri. Abb. in d. c. non minus, in penul. colu. ibi, fateor tamen, &c. quia supra fuit responsum.

Non

Non obstat quartum, dum ponderantur quædam verba posita in litteris Apostol. Pauli, & aliorum Pontificum, & primò, verba posita in litteris Pauli Secundi, ibi, ac vobis districtius inhibuerat, ne supra id occasione quorumcunque sæcularium onerum, vobis.s. laicis incumbentium aggrauare quoquomodo præsumeretis, &c. eui tari facillimè possũt, & fortè in contrarium retorqueri hoc modo, onera, quę incumbunt ipsis laicis taliter, quod non clericis sunt illa, quæ imponuntur absque cõsensu cleri, & inconsulto Papa. Item quòd talia sint, quæ soli laici sufferre possint, alioquin in subsidium etiã clerici tenerentur, si essent imposita ob magnam necessitatem, & communem vtilitatem, sed onus, de quo agitur, fuit impositum absque consensu cleri, qui semper contradixit, item inconsulto Papa, qui solùm consultus fuit super onere 10. solidorum pro quolibet denario extimi, &c. de quo principaliter in dictis litteris Apostolicis, ergo virtute dictorum verborum in litteris Pauli II. positorũ, nõ possunt ad huiusmodi onus teneri, etiam si contineret communem vtilitatem, & necessitatem, omnia .n. onera, quæ imponũtur eiam propter necessitatem, & communem vtilitatem, de iure dicuntur laicis simpliciter, & solùm ipsis incũbere, quando non interuenit consensus clericorum, & Papa non fuit consultus, & sunt talia onera, quæ laici per se supportare possint per ea, quæ supra latiùs dicta fuere. Item, illa alia verba, de quibus in litteris Alexandri Papæ, ibi, dummodo ab eisdem ecclesiasticis personis aliquid vltra dictam summam non exigerent, quòd ab ipsis sacris canonibus prohi-
20 beatur exigi, vt præfertur, obstare non videntur, quia onera illa dicuntur à sacris canonibus prohibita imponi ipsis clericis, quæ non sunt imposita ob necessitatẽ magnam, vel quæ non continent communem vtilitatem, vel quando in imponendo non interuenit præsentia, & consensus cleri, nec fuit Papa super hoc consultus. Item, quando laici sufficerent ad supportandum tale onus, vt dictum fuit supra in quarto fundamento, principaliter pro Ecclesijs facto. sed onus, de quo lis est, & sermo, quamuis fuerit impositum ob necessi-

tatem

tatem, & communem vtilitatem contineat,tamē alia requisita non interuenerunt, ergo dicitur prohibitum per sacros canones imponi ipsis clericis, & ideò ad solos laicos pertinet.Præterea Alexander Papa apponendo illam clausulam, dummodo ab eisdem &c.vt supra relatum fuit, refert se ad alias litteras Apostolicas præcedentes Pauli Secundi, vt ibi præfertur,proutetiā aliæ subsequentes litteræ aliorum Pontificum,Iulij videlicet, Clemen. & Pauli, ad easdem litteras Pauli Secundi se referunt:quo fit,vt d.litteræ Alexandri etiā in illa parte, dummodo ab eisdem &c. intelligantur, & declarationem recipiant à litteris Pauli, dum de eodem loqui-
27 tur,quia dictā in lege,& dispositione relata censentur posita in lege referente ita quòd lex referens declaratur, & interpretatur a lege relata,l.omnes.C.de præscript.30. ann.l.2.ff. de coniug.cum eman.lib.gloss.in c.is,qui de elect. in 6. cum sim. sed in litteris Pauli simpliciter, & absolutè sub excommunicationis pœna prohibetur,quòd clerici vltra onus,de quo principaliter in dictis litteris, nullo modo aggrauentur, seu cogantur ad soluēdum aliud onus,nec aliquid aliud, ergo non poterunt cogi ad soluendum onus,de quo agitur, & quod fuit impositum pro cornellis, & paraducijs faciendis, quia est onus penitùs diuersum ab onere,de quo in dd.litteris, vt colligitur ex prædictis, & nullus negat. Præterea Clemens in suis litteris referendo se ad litteras Pauli.Alexandri, Iulij,& Sixti, apposuit clausulam magis conformem clausulæ ipsius Pauli,quàm clausulæ Alexandri:Inquit.n.dummodo ad soluendum aliquid vltra, quàm per prædictorum prędecessorum litteras cogi poterant,cogi non possint, & c.absque illis verbis, quod ab ipsis sacris canonibus prohibeatur exigi.Item omnes alij Pontifices approbauerūt litteras Pauli Secundi,& ad illas pœnitùs se remiserūt, tāquam ad principium,& fundamentum ergo infertur,quòd simpliciter,& absolutè in hoc standum est litteris Pauli, ac etiam Clementis,& secundùm illas debent intelligi litteræ Alexandri, in illa parte,dummodo &c. quæ videntur aliquid vltra ponere,
28 vt dictum fuit: nam initium, & principium constitutionis, quando

quando generale est, vt est clausula; de qua in litteris Pauli, tanquam fundamentum est inspiciēdum, & ab illo sumi debet interpretatio l. regula. §.fi. ff.de iur. & fact. ignor.& facit tex. in l.1. ff.de orig. iur.

Quintò, principali fundamento colligitur responsio ex latè deductis suprà in 4.arg. facto ad fauorem Ecclesiarum.

29 Non obstat vltimum argumentum principale, quoniam illa distinctio, quòd debeat attendi, vtrum rebus onus fuerit impositum antea quàm ad Ecclesias peruenirent, an verò post quam peruenerunt, quia primo casu Ecclesia ad illud tenetur, secundo verò casu minimè, procedit in oneribus merè realibus, quæ fuerunt imposita rebus prò ipsis rebus, non autem in oneribus, quæ imponuntur personis propter res, vt colligitur ex verbis Innoc.quē Abb.& reliqui sequuntur in d.c.non minus,& per Bald.in d.l.omnes C.sine cen.per Bar. in d.l. vnica Cod. de mulier. & c. lib.10. per Mod. in d.l. placet per Abb.in dicto cons.3. & per Phil. Fran. in cap.1.de immun. Eccles. in 6. cum pluribus alijs simil. quæ allegari possent, sed onus, de quo agitur, non est merè reale, sed impositum est personis propter res, ergo in illo non habet locū prædicta distinctio, quoniam ad tale onus regulariter Ecclesiæ non tenentur contribuere, nisi eo modo, quo supra dictum fuit. Potuissem plura alia scribere ad fauorem cleri Ferrariensis, sed cum arbitrer omninò pro eo iudicandum esse, si iuris canonici metas nolimus excedere, ideò his contentus, finem huic consultationi impono.

LAVS DEO.

Ce-

# Celeberrimi, ac Præstantiss. V. I. Consulti ANTONII THESAVRI FOSSANEN. Præsidis Astensis, &c.

## Ac Senatus Pedemontani Primarij Senatoris V. I. Responsum iuxta decisiones Senatus Pedemontani.

*Et est 116. in ordine inter decisiones Senatus Pedemontani.*

### ARGVMENTVM.

Coloni Ecclesiæ, an sint immunes à collectis ratione partis colonicæ; latè discutitur, & disputatur in vtranq; partem.

Notandum tamen, quòd de vniuersaliori doctorum sententia efficacissimis rationibus infra ostẽdetur partem negatiuam, putà Ecclesiasticos colonos nullo modo esse collectandos, esse pro æquiori consultatione, & tutiori conscientia; parsq; affirmatiua de communi resoluitur, & confutatur: hocq; totum in fine decisionis hic videre erit.

### SVMMARIVM.

1 *Ecclesia est immunis à collectis, ratione suorum prædiorum.*

2 *Coloni laicorum non soluunt collectas pro illorum parte colonica.*

3 *Collecta regulariter imponitur personis pro rebus.*

4 *Coloni Ecclesiasticorum sunt immunes à collectis, sed contrà numer. 8.*

5 *Collecta imponitur ratione fructuum.*

6 *Emptores fructuum Ecclesiasticorum tenentur pro eis soluere gabellas.*

7 *Immunitatis priuilegium strictè interpretatur.*

9 *Collecta in fraudem Ecclesiasticorum non potest imponi.*

10 *Coloni possunt compelli pro sua negotiatione, & pro rata fructuum ad collectas.*

11 *Vna res post diuerso iure aliquando censeri.*

12 *Tex. in cap. Ecclesiarum seruos, 12. quæst. 2. declaratur.*

13 *Coloni Ecclesiæ non gaudent immunitate rebus imposita.*

14 *Doctores multi in materia collectarũ. & an ab illis coloni Ecclesiæ sint immunes declarantur.*

COloni Ecclesię dicebant se exemptos, & immunes à solutione collectarum ratione partis colonicæ illis impositarum: dubitatum fuit, an hoc verum esset, & multa hinc inde propter difficultatem istius quæstionis adducta in facti contingentia fuerunt. Et in primis pro immunitate, & in fauorem colonorum alle-
1 gabatur, quòd cum Ecclesia non teneatur pro suis prædijs soluere, l. placet, vbi Doctóres, C. de sacros. Eccles. c. non minus, de immun. Eccles. ita nec ipsi deberent teneri, aliàs per indirectum compelleretur Ecclesia, & fieret fraus legi, confirmatur hoc ex regula, quæ habet, quod coloni Clericorum gaudent fori priuilegio, de qua dixi latè supra decis. 22. post D. Osasc. decis. 32.

Secundò, adducebatur, quod coloni etiam laicorũ non
2 possunt cõpelli pro parte colonica, quia solutio collectarum non est pro fructibus, sed pro prædijs, Alex cons. 37. col. penul. lib. 4. & cons 4. lib. 5. Curt. Sen. cons. 36. Bellon. cõs. 27. num. 8. 9. & 10. & latè per Natt. cons. 409. num. 5. imò si solueret repeteret à Domino, vbi ibi per Natt. post Bald. in l. 1. col. 2. C. de iur. emphyt. & statutum tale esset iniquum Bar. & Bald. in l. colonos, C. de agricol. & cens. Hancq; opinionem quò ad colonos laicorum vti æquiorem tenuit D. Osas. decis. 83. & ita, vt ipse testatur, fuit sequutus Senatus, licet alij, quos idem Osasc. refert, tenuerint contrarium.

Tertiò, pro hac parte videtur stare tex. in c. Ecclesiarum ser-

seruos, 12. quæst. 2. vbi prohibetur exactoribus ne seruos Ecclesiarum ad onera compellant, cui conuenit alius tex. in c.generaliter, §.nouarum, 16. quest. 1.

Quartò, quia impositio collectarum regulariter solet fieri
3 personis pro rebus earum, l.rescrip. §.fin.ff.de muner.& honor. sed in casu isto persona Ecclesiastica est immunis, res etiam sunt Ecclesiasticæ, & immunes, ergo non possunt grauari coloni pro parte colonica, quia alias exemptio Ecclesiastica non conseruaret Dominos immunes, nisi pro dimidia, idest pro parte Dominicali, & nō debent eædem res diuerso iure censeri, l.eum, qui ædes, ff.de vsucap.

Et pro hac opinione non deerant auctoritates: nam illam
4 sequutus est Bar. in l.placet, in fin.repeti. C.de sacros. Eccles. & ibi Parpal. nu.74. & Bar. sequitur Abb. cons. 9. lib. 1. Grat. cons. 130. lib. 1. vbi latè pro hac parte consuluit Natt. cons. 409. per totum, vbi respondet ad Federic. de Senis tenētem contrarium in cōsil. 111.& post eum Alcia. Bero.& alij multi Doctores, qui se subscripserunt illi consilio Grati, & videtur de mente Bald. in l. 1. 3.notab. C.de Episc.& cler. Aegyd. Tomati in tract. de collect. §.videndum, nu.8. vbi respondet ad contrarias rationes. Nicol. Festas de estimo num. 50. & seq. Bursat. cons. 25. per totum, lib. 1.

In fauorem tamen Communitatum, & cōtra colonos adducebatur primo, quòd separatorum separata debet esse ratio, sed fructus, qui percipiuntur à colonis pro sua parte sūt
A B *Ipsorum colonorum, & quid temporale*, ergo pro illis debent te-
5 neri, eoque magis, quia *Collecta illi imponitur*, qui fructus per-
C D cipit, & *Pro omni fructuum*, soluitur collecta, *Alb. cons.* 40. nu.
E, 7. Roland. consil.66.numer.29. lib. 1. Crauc. cons. 497. numer. 5. lib. 3.

Secundò, quod emptores fructuum Ecclesiasticorū pro
6 illis tenentur soluere gabellas, *Archid.* in c. vlt. de censib. lib.
F 6. Bertachin. de gabell. par.7.quæst.7. ergo tenebuntur coloni pro rata fructuum suæ partis colonicæ soluere.

G Tertio, mouet, quia *Priuilegium immunitatis* est strictis iuris
7 c. priuilegia, & c. odia, de regul. iuris lib.6. ideo strictè debet

inter-

interpretari, vt solùm concernat beneficium Ecclesiasticorum, non autem laicorum colonorum, quia si ipsi eximerentur, illorum esset principale commodum.

H Quartò, pro hac opinione adducitur dictum *Bald. in auth. sed periculum*, in fin. C. sine cens. vel reliqui, & clariùs in ter-
8 minis hanc partem tenuerunt *Feder. de Sen.* cons. 111. An direcesanus num. 9. Bertach. de gabell. dicta par. 7. quæst. 7. Geminian. in c. quamquam, in fin. de censib. lib. 6. & ibidem Franc. Aretin. in l. placet, in 3. colum. vers. Capio, glo. in verbo extraordinarium, C. de sacros. Eccles. Io de Plat. in l. Senatorum, C. de dignit. Brun. in tract. de statu. exclud. fœmin. artic. 3. quæst. 22. colum. 3. vers. Et pro hac parte, & in fin. illius quæstionis, Aegyd. Boss. de princip. num. 121. Ferret. de gabell. num 537. & videtur de mente Innoc. in c. nõ minus, de immun. Eccles. & ibi Abb. numer. 14. vers. Vel secundò, vbi volunt, quòd coloni teneantur ad quædam munera, à quibus Ecclesia est exẽpta, & quòd pro parte colonica omnino teneantur, voluit Remig. Gonni in tract. de charitatiuo subsidio quæst. 61. num. 20. & seq. Rip. in tract. de peste, prima par. 3. par. quæst. 15. & ego hãc opinionem receptiorem video, & veriorem, ac æquiorem arbitror, specialia enim non sunt multiplicanda, l. 1. C. de dot. promiss.

Ad allegata in contrarium facilis est responsio, & ad primum dicitur, quòd non est admittendum, vt per indirectum
K *Grauetur Ecclesia*, prout esset, si coloni Ecclesiæ ad aliqua onera compellerentur, ad quæ alij coloni laicorum nõ teneren-
9 tur; tũc enim censetur fieri in fraudem, & non admitteretur, vt in terminis dicit Feder. de Sen. d. num. 9. & illud dictum Federic. refert, & sequitur Ias. in l. 1. nu. 10. C. de indict. viduita. tollen. & quando vltra modum vellet dominus temporalis grauare, Episcop. hoc non sustinebit, Geminian. in c.
L quamquam, in fine, de censibus, sed quando hoc *Non sit in fraudem*, & non grauantur coloni Ecclesiæ vltra modum, & vltra formam aliorum colonorum, certè non possunt ipsi, vel Ecclesia conqueri per rationes supra adductas, & ad regulam illam, quòd coloni Ecclesiæ gaudeãt illius priuilegio,

respōdetur illud esse verum in colonis, & famulis perpetuis, non in partiarijs, & contraria opinio est recepta, vt dixi ibi num.4. in fin.

10 M Ad secundum respondetur, verum esse, quòd coloni *Non tenentur soluere*, pro prædio domini; sed pro sua negotiatione, vel pro rata fructuum suorum bene possunt teneri, Luc. de Penn. in l. fi. C. de quibus muner. nemi. lic. se excus. quæst. 17. & in l. fin. C. de fund. limitrof. Ias. conf. 109. lib. 1. Bar in l. 1. C. de annon. & trib. Federi. de Sen. d. cōs. 111. Io. de Plat. in l. nemo, C. de dignit. Geminian. in d. c. quanquam, de censibus, Bertachin. de gabell. par. 7. quæst. 6. in Clemen. fin. col. 2. de censib. Natt. d. cons. 409. nu. 1. & 6. præsertim si talis N est regionis *Consuetudo*, prout præsupponebatur in facto esse in patria Vercellarum, de qua cōsuetudine testatur D. Osas. d. decis. 83. in fin. Nec obstat si fortè dicatur, quod coloni non dicuntur habere fructus ex lucro, cùm ponant operas suas, quarum loco cedunt fructus, quia respondetur, quod suarum operarum ratio habēda erit in taxa collectarum, vt in simili dicit Imol. in Clem. 1. de decim. num. 14. vers. Si autem sint censuales, Osasc. d. decis. 83. nu. 7 & 8. & item si ip-O si ponunt operas, Domini ponunt prædia, *Et tamen Laici* do-P mini tenentur, non erit igitur absonum, quod illi *Teneantur in aliquo*, iuxta lucri sui qualitatem, & hoc modo potest responderi ad rationem, Abb. in d. cons. 9. circa fin. lib. 1. Præterea 11 non est inconueniens, quod vna res diuerso respectu, diuerso etiam iure censeatur, ex diuersitate scilicet rationis, & causæ; ideo coloni tenētur pro vna re ad decimas, licèt pro eadem domini non teneantur, glos. singular. & communiter approbata in Clem. 1. de decim. in verbo excolendus, quam in his terminis pro responsione ad regulam, l. eum, qui edes, citat Soci. cons. 268. in princ. sicq; intelligenda est d. decis. 83. D. Osasc.

Non obst. tex. in d. c. Ecclesiarum, tertio loco adductus, 12 quia respōdetur, quod ille tex. loquitur in seruis, qui sūt sub dominio Ecclesiæ, secus verò est in colonis non seruis, & ita respondet Federic. d. cons. 111. & Abb. in d. c. non minus,

nu. 14.

nu.14. verſ. Vel ſecundò, Grammat. in ſimili conſ. 102. nu. 15. inter ciuilia.

Ad quartum reſpondetur, quòd iſta ſunt ſeparata, colonus, & Eccleſia, ſeu prædia, & perſonę Eccleſiaſticæ, vt dicit
Q Federic. & licèt coloni grauentur, non tamen *Grauatur Eccleſia* in prædijs, vel perſonis, ſed pro rata fructuum colonis pertinentium, vt dicunt Frāc. & Gemin. in d. c. quanquam, &
3 R quando onus eſt reale, *Prout ſi collecta* principaliter, quæ imponitur pro rebus, tunc coloni non gaudent immunitate, vt in ſimili de decima dicit Feret. d. tractat. de gabel. nu. 528. & eſt elegans deciſio Rotæ in antiquis, ſub titulo de decim.
S Denique non obſtant *Auctoritates* in contrarium allegatæ,
14 quia contrariam ſententiam tenuerunt alij non minoris au-
T ctoritatis, & ponderis Doctores. Præterea *Bart. in loco* citato benè intellectus facit pro opinione iſta: loquitur enim, quando vltra modum grauātur coloni in fraudem Eccleſię, vt dictum eſt ſupra, in reſponſione ad primum obiectum; &
V eodem modo reſpondetur ad opinionem *Parpalco* qui ſimpliciter ſequitur ibi Bar. imò Parpal. dicit verum, quod Bar. nō determinat expreſsè hāc quæſtionem, & ipſe magis reſidet in contraria ſentētia, inſpecta ratione, & auctoritate Federic. quam in fine illius numeri allegat, & ideò Parpal. benè
X citatur ab omnibus pro hac parte. *Abb.* autem in d. cōſ. 9. in fi. loquitur, quando fit impoſitio pro oneribus patrimonialibus, & pro rebus poſſeſſis, ſecus verò in caſu noſtro, vbi imponitur collecta pro onere perſonali, vel pro lucris, & traffigo, & ideo idē Abb. in cōſ. 53. num. 3. lib. 1. nō audet illam opinionem firmare, quòd iſti ſerui laici fruantur priuilegio Eccleſiarum, imò quòd nō fruantur cenſuit Senatus in d. de-
Y ciſ. 22. *Gratus verò* videtur potiùs cauſæ ſuæ, & pro ſuo inte-
a reſſe in cauſa propria inſeruijſſe, quàm veritati, & *Glo. quam* ipſe allegat in Clem. 1. in verbo excolendus, in fi. de decim. loquitur, quando priuilegium exemptionis eſt in rem, & imponitur onus rei, ita vt ſecus ſit, quādo imponitur onus rei, & ſecus ſit, quando imponitur onus perſonæ, quia tūc pro ſua portione coloni tenebuntur. Et ſi glo. aliter ſentiret, non

M 2 eſſet

respõdetur illud esse verum in colonis, & famulis perpetuis, non in partiarijs, & contraria opinio est recepta, vt dixi ibi num.4. in fin.

10 M Ad secundum respondetur, verum esse, quòd coloni *Non tenentur soluere*, pro prædio domini; sed pro sua negotiatione, vel pro rata fructuum suorum bene possunt teneri, Luc. de Penn. in l. fi. C. de quibus muner. nemi. lic. se excus. quæst. 17. & in l.fin. C. de fund. limitrof. Ias. conf. 109. lib. 1. Bar in l. 1. C. de annon. & trib. Federi. de Sen. d. cõs. 111. Io. de Plat. in l. nemo, C. de dignit. Geminian. in d. c. quanquam, de censibus, Bertachin. de gabell. par. 7. quæst. 6. in Clemen. fin. col. 2. de censib. Natt. d. consf. 409. nu. 1. & 6. præsertim si talis N est regionis *Consuetudo*, prout præsupponebatur in facto esse in patria Vercellarum, de qua cõsuetudine testatur D. Osas. d. decis. 83. in fin. Nec obstat si fortè dicatur, quod coloni non dicuntur habere fructus ex lucro, cùm ponant operas suas, quarum loco cedunt fructus, quia respondetur, quod suarum operarum ratio habẽda erit in taxa collectarum, vt in simili dicit Imol. in Clem. 1. de decim. num. 14. vers. Si autem sint censuales, Osasc. d. decis. 83. nu. 7 & 8. & item si ip-O si ponunt operas, Domini ponunt prædia, *Et tamen illi* do-P mini tenentur, non erit igitur absonum, quod illi *Teneantur in aliquo* iuxta lucri sui qualitatem, & hoc modo potest respon-deri ad rationem, Abb. in d. cons. 9. circa fin. lib. 1. Præterea 11 non est inconueniens, quod vna res diuerso respectu, diuerso etiam iure censeatur, ex diuersitate scilicet rationis, & causæ; ideo coloni tenẽtur pro vna re ad decimas, licèt pro eadem domini non teneantur, glos. singular. & communiter approbata in Clem. 1 de decim. in verbo excolendus, quam in his terminis pro responsione ad regulam, l. eum, qui edes, citat Soci. cons. 268. in princ. sicq; intelligenda est d. decis. 83. D. Osasc.

Non obst. tex. in d. c. Ecclesiarum, tertio loco adductus, 12 quia respõdetur, quod ille tex. loquitur in seruis, qui sũt sub dominio Ecclesiæ, secus verò est in colonis non seruis, & ita respondet Federic. d. cons. 111. & Abb. in d. c. non minus,

nu. 14.

nu.14. vers. Vel secundò, Grammat. in simili cons. 102. nu. 15. inter ciuilia.

Ad quartum respondetur, quòd ista sunt separata, colonus, & Ecclesia, seu prædia, & personę Ecclesiasticæ, vt dicit

Q Federic. & licèt coloni grauentur, non tamen *Grauatur Ecclesia* in prædijs, vel personis, sed pro rata fructuum colonis pertinentium, vt dicunt Frãc. & Gemin. in d. c. quanquam, &

13 R quando onus est reale, *Prout st collecta* principaliter, quæ imponitur pro rebus, tunc coloni non gaudent immunitate, vt in simili de decima dicit Feret. d. tractat. de gabel. nu. 528. & est elegans decisio Rotæ in antiquis, sub titulo de decim.

S Denique non obstant *Auctoritates* in contrarium allegatæ;

14 quia contrariam sententiam tenuerunt alij non minoris au-

T ctoritatis, & ponderis Doctores. Præterea *Bart. in loco* citato benè intellectus facit pro opinione ista: loquitur enim, quando vltra modum grauãtur coloni in fraudem Ecclesię, vt dictum est supra, in responsione ad primum obiectum; &

V eodem modo respondetur ad opinionem *Parpalio* qui simpliciter sequitur ibi Bar. imò Parpal. dicit verum, quod Bar. nõ determinat expressè hãc quæstionem, & ipse magis residet in contraria sentẽtia, inspecta ratione, & auctoritate Federic. quam in fine illius numeri allegat, & ideò Parpal. benè

X citatur ab omnibus pro hac parte. *Abb.* autem in d. cõs. 9. in fi. loquitur, quando fit impositio pro oneribus patrimonialibus, & pro rebus possessis, secus verò in casu nostro, vbi imponitur collecta pro onere personali, vel pro lucris, & trafigo, & ideo idẽ Abb. in cõs. 53. num. 3. lib. 1. nõ audet illam opinionem firmare, quòd isti serui laici fruantur priuilegio Ecclesiarum, imò quòd nõ fruantur censuit Senatus in d. de-

Y cis. 22. *Gratus verò* videtur potiùs causæ suæ, & pro suo inte-

a resse in causa propria inseruijsse, quàm veritati, & *Glo. quam* ipse allegat in Clem. 1. in verbo excolendus, in fi. de decim. loquitur, quando priuilegium exemptionis est in rem, & imponitur onus rei, ita vt secus sit, quãdo imponitur onus rei, & secus sit, quando imponitur onus personæ, quia tũc pro sua portione coloni tenebuntur. Et si glo. aliter sentiret, non

esset communiter approbata, vt dicit Grat. sed potiùs reprobata, per ea, quæ supra dixi. Et illa glo. loquitur in decimis, quæ debentur ratione prædij, secus si ratione fructuum, vt etiam loquitur Abb. in c. ex parte, il primo, col. 2. de decim. volẽs, quòd colonus partiarius teneatur ad decimas ꝓ parte fructuum ab eo perceptorum, post Federic. d. cons. 111. numer. 10. Socc. cons. 268. col. 1. dicens communem. Ad au-
b ctoritatem *Natta* respondeo, quòd loquitur, fundando se in casu, quando grauantur coloni nõ pro suo lucro fructuum, vel trafico. sed pro possessione, & prædio; tunc enim cum possessio, & prædium non sit coloni, iniquum est, si compellantur ad collectas, etiam si essent coloni laicorum. Prætere a ibi Natt. respõdẽdo ad Feder intelligit procedere, quando est onus concernens fructus, & rem ipsam. At nos etiam
c intelligimus, vt talis solutio fiat *Ratione rei, idest fructuum* non autem rei, idest prædij Ecclesiastici, & patrimonij. Nõ obst.
d vltimò auctoritas *Burs.* quia vltra, quòd dici posset illius opinionem veram non esse ex supradictis, responderi poterit, illum loqui in speciali priuilegio, & de immunitate rebus ipsis non personæ concessa, vt per eundem ibi num. 5. Accedat, quod hic agitur de taxu, quod succedit loco salis, ad cuius solutionem omnes indistinctè, tam Ecclesiastici, quàm laici tenerentur, cum capiant ipsi, & eorum bestiæ ex ipso sale commodum, & beneficium, & secundũ naturam sit, vt qui habet commodum, sentiat etiam incõmodum, ideo res magis remanebat extra difficultatem.

Facta igitur omnium prædictorum iurium, & rationum matura discussione, & rei veritate diligenter pensata, post multas disputationes, & librorum reuolutiones, tandem Senatus censuit esse compellendos colonos Monachorum, & Ecclesiasticorum ad collectas pro illorum parte colonica tantùm, & pro eorum bestijs: ita tamen, quòd non compellantur in plus, quàm alij coloni laicorum, ne in fraudem Ecclesiasticæ libertatis hoc fieret. Sed si Monachi, & Ecclesiastici vellẽt habere famulos, & Boues, & ipsi suis Bobus agros colere, tunc sint immunes, & non possint collectari, & ita

fuit

c fuit *Iudicatum* in causa Vercellensi contra Reuerendos Monachos Sancti Andreæ, Canonicos Regulares 1559.20. Decembris. Quid verò dicendum sit de emphyteota Ecclesiæ, vide D.Solam in commentar. ad decret. Sabaud. t.t. de de iur. emphyteot. gloss. 2. 3. par. in fin. vbi latè hoc examinat.

# Celeberrimorum V.I. Doctorum
# NOTATIONES
## Ostendentes, partem affirmatiuam supradictam decisionis THESAVRI, puta Ecclesiasticos colonos posse collectari; non posse subsistere, salua libertate, & immunitate Ecclesiastica illi iure debita.

9 A IPsorum Colonorum, &c. Argumentum Auctoris forsan procederet, quo ad onera merè realia, vt de gabellis, tributis, & decimis vt dixit, Natt. d.cons.409. num.7. cum seq.& alij in prima opinione allegati.

B *Quid temporale, &c.* Non tenet consequentia, quia si collecta esset soluenda ratione temporalitatis, ergo & pro portione, & bonis Clericorum esset soluenda, quia adest in illis ratio temporalitatis, l. illud, ad l. Aquil. l. A Titio, de verb. oblig. cum concordantibus. Vel sequeretur dicendum, quòd immunitas esset concessa tantùm personis, & non rebus, quod non est dicendum, d. l. placet, d. c. nō minus, cum allegatis per Auctorem in prima opinione.

C *Collecta illis imponitur.* Imponitur collecta personis contemplatione bonorum, quæ possident, d. l. rescripto, §. fi. & l. secunda, C. de an. & tribut. lib. 10. & ibi not. & auct. in prima opinione, nu. 3. & propterea dicitur onus mixtum, Bart. & Doct. in d. l. placet, & Doct. in d. c. non minus, & pro illa soluenda solet fieri taxatio ratione prædiorum, & bonorum per æs, & libram, ita Rolan. à Val. cons. 66. num. 15. lib. 1. Sed bona Ecclesiæ, & Clericorum sunt immunia, & exêpta à potestate laicorum, vt per Doct. in d. l. placet, & in d. c. non minus, Bald. in l. omnes, colu. 2. in fi. post Host. & Io. And. quos citat, C. sine cens. & reliq. lib. 10. Ideo non possunt extimari, siue allibrari, & per consequens nec collectari, Bart. post glo. in l. si penes, & in l. colonos, la prima, C. de agricol. & cens. eodem lib. 10. & sequitur Auctor in prima opinione.

D *Pro omni fructu.* Quando tamen fructus percipiuntur iure proprio, & ex re propria. Alex. cons. 35. nu. 12. volu. 4. per tex. in l. si prudētes, §. si quid cloacarij, ff. de vsufruct. & cōs. 4. sub nu. 3. vol. 5. Soci. Sen. cons. 119. nu. 1. lib. 1. Ossasc. d. decis. 83. sub nu. 5.

E *Alba cons.* Isti Doct. nō loquuntur in terminis quæstionis, de qua agitur; Alba .n. & Crauet. loquūtur de Mercatoribus, an teneantur referre merces, & pecunias ad librum extimi, occasione collectarum soluendarum, & concludunt, quòd sic, quia ex illis percipiunt fructus, prout faciunt Domini ex eorum prædijs. Pari modo Roland. à Vall. nō loquitur de bonis Ecclesiæ, vel Clericorum, neq; de eorum Colonis; vnde ex diuersis nō fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. l. fi. de calumniat. cum vulg.

6 *Ascuid. contra.* Voluit allegare c. penult. circa medium, vbi F vult, quòd ementes bona reddituum Clericorum, volētesq; ea aliò transferre, non gaudeāt immunitate, qua gauderēt Clerici venditores, si ipsi vellent trāsferre, sed quod teneantur soluere gabellam, & cum eo concordant Gemi. & Frāc. ibidem; & in his terminis consuluit Roland. à Vall. cōs. 51. vol. 4. nō autem dicit, quòd isti ementes tenēatur soluere ra-

tione

tione contractus celebrati cum Clerico, quia hoc onus Clericos exemptos tãgeret, & grauaret; venderẽt .n. propterea rem suam viliori pretio, l. si venditor, ff. de seru. exportã. & ideo soluere non tenentur, Bald. conf. 31. lib. 1. Dec. cõs. 48. col. 3. vers. 4. Hier. Gabriel. cõs. 161. lib. 2. Menoch. cõs. 136. vol. 2. Et hoc argumentum potest retorqueri pro colonis Ecclesiæ, & Clericorum.

7 *Priuilegium immunitatis.* Potiùs immunitas dicenda est be-
G neficium, quia à Principibus concessa, vt not. Grat. in alleg. cons. 130. sub nu. 8. Quod quidem beneficium est latè interpretandum, c. Olim de verb. signif. & dato etiam, quòd esset priuilegium, adhuc latè venit interpretandum, quia est per leges diuinas, & humanas concessum. Nec repugnãt alicui legi, vt not. Butr. & Abb. in d. c. olim, Ias. in l. fi. colum. 14. de cõstitut. Principũm. Quòd autem sit per legem diuin & human. cõcess. satis clarè, nõ mediocriter in sacris litteris, legibusq; versatis patet. Præterea non agimus hic de extendendo, sed conseruando tantùm.

8 *Baldus in authentica sed periculum.* Licèt ipse in citato loco
H hoc dicat, nõ tamen figit pedes, sed se remittit ad ea, quæ dicturus est in lege sequen. in qua nõ loquitur de colonis Ecclesię, quamquam loquatur de illius immunitate, & eã tueatur dicẽdo, quòd nõ sũt inueniẽdæ fictiones, & subtilitates in præiudicium Ecclesiæ, vt fiat paleatè, quod palã fieri non est permissum, aperiendo viam fraudibus, prout aliquando fit à nõnullis cõfundendo nomen collectæ in nomen tributi. Præterea Bal. in d. auth. se fundat in doctrina Innoc. in d. c. nõ minus, qui nõ loquitur in collectis, sed in angarijs, & perangarijs, quæ sunt munera merè personalia, vt not. Doct. in d. l. placet, & c. nõ minus. Pariter etiam Abb. in d. c. non minus, loquitur de angarijs, & perangarijs, & isti termini non sunt confundendi in præiudicium Eccelsię, vt dicit Bal. in d. l. omnes, col. 2.

I *Federicus de Senis.* Ipse loquitur in allegato cõs. 111. de gabella, quam dicit colonos Ecclesiarum soluere debere ad Portam pro introductione fructuum suorum, quæ gabella

est onus merè reale impositum ipsis fructibus, vt sunt tributum, & decimæ. Neq; dicatur, quòd illud dictum Federici de gabella, est loco exempli, quod non restringit regulam, sed declarat, l. damni infecti, ff. de damno infecto, quia respõdetur, exempla declarare, in quibus terminis regula procedat, ita glos. in c. quod Dei, de stat. Mona. & in l. 1. §. quod vulgo, ff. de vi, & vi armat. quæ propterea ad terminos diuersos non est extendenda, arg. l. fi. de calum. l. Papinianus exul. de minorib. Natt. d. cons. 409. nu. 7. Alij etiam Doct. allegati ab Auctore loquuntur, moti auctoritate Federici, quare declaratis per ipsum dictis, istorum Doctorum dicta non obstabunt, quia illa debent intelligi secundùm doctrinam per ipsos allegatam, ad not. per Bar. in l. non solum, §. liberationem ff. de lib. lega.

9 *Grauetur Ecclesia.* Imò grauaretur Ecclesia, quia durioribus
K conditionibus, & pactis coloni susciperent prædia, & bona colenda, stãte tali onere, quàm si illa essent libera, arg. d. l. si venditor, Rol. à Val. d. cons. 61. nu. 19. & Menoch. d. cons. 136. Præterea cum collecta sit imposita contemplatione prædij, d. l. rescripto, §. fi. est soluenda per dominum ipsius prædij, Bald. in d. l. omnes, num. 2. & idem Bal. in l. 1. sub nu. 5. C. de anno. & trib. lib. 10. & ibi Bar. nu. 3. & in d. l. si pœnes, & in d. l. colonus, & si colonus solueret huiusmodi collectas, posset repetere à domino, Bald. in l. 1. col. 2. C. de iure emphyteo. Bartolus. in d. l. colonos, Alexand. consil. 4. volum. 5. Bald. in d. l. si cum duobus, §. in cocunda ff. pro socio, Osasc. dicta decis. 83. nume. 3. quod adeo verum est, quòd si fieret statutum, quo caueretur collectam spectare ad colonum, diceretur iniquum, ita Bart. & Bald. in d. l. colonos, & Bar. in d. l. si pœnes. Quare ex his apparet, quòd grauaretur Ecclesia, vel Clerici, Paul. de Castr. in l. ex conducto, nu. 4. ff. locati.

L *Non fit in fraudem.* Imò dicitur fieri in fraudem, quia cum non possint grauare Ecclesiam, vel Clericos, vellent eorum colonos grauare, vt not. Bar. in d. l. si pœnes, & item Bart. & Bald. in d. l. colonos, & Bal. in d. l. omnes, quia coloni dum

colunt

colunt prædia immunia, & ipsi sunt immunes, vt dixit Auctor supra in prima opinione nu. 3. & Decian. cons. 51. nu. 14. lib. 3.

10 *Non tenentur soluere*. Si non tenentur soluere pro prædio M Domini, ergo nec ad collectam tenentur, quæ ratione prædij imponitur, iuribus allegatis, & probatur ex impositione, & exactione, quæ fit ad rationem modiorũ, siue perticarum terrarum, quas laborant, sed cum terræ; siue prædia Ecclesiæ sint exempta, & colentes illa exempti esse debent, glos. in Clem. prima, in verbo excolendus, vbi Cardinalis quæst. 22. Vital. num. 31. de decim. Abb. in cap. ex parte, il primo, nu. 4. eod. tit. Bertach. in tract. de Gabel. in 7. par. nu. 16. Ferret. cons. 102. num. 13. Rot. decis. 4. de priuil. in antiq. Et ad hec etiam facit pro corroboratione decis. Rotę 23. nu. 6. par. 2. diuers. coram Cantucio, & coram bonæ mem. R. P. D. meo Bubalo, die 10. Decẽbris 1578. in vna Cartaginen. decimarum, qui omnes loquuntur in fortioribus terminis nempè, quando onus esset adiectum ipsis fructibus, quia cũ eadem exemptione transeunt, Decia. d. cons. 51. sub num. 14. ne causa fructuum diuidatur à proprietate, vt tenuit Bursat. consil. 25. numer. 7. lib. 1. ex Alciato, quem citat consil. 266. num. 6.

N *Consuetudo*. In ea se fundat Auctor, ergo aliter de iure communi, prout nos loquimur, & in regione, in qua illa nõ adsit legitimè introducta, quæ nec potest introduci tanquam inferens præiudicium Ecclesijs, rebus, ac bonis earum; multò minùs extendi de regione ad regionem, textus est apertus in c. primo, vbi Abb. & alij, de consuetud. immò eam corruptelam potiùs dicit tex. in c. penul. eod. ti. in 6. & in c. quamquam, de censib. eod. lib.

O *Et tamen laici*. Et iure meritò laici Domini tenentur ad collectas, ratione prædiorum suorum, per iura supra allegata, quia ipsi sunt sub iurisdictione, & potestate Dominorum temporalium, collectas imponentium.

P *Teneantur ad aliquid*. Quatenus ad aliquid tenerentur, pro fructibus sibi in portionem prouenientibus, tenebuntur ad

onera

onera merè realia, vt ad gabellas, tributa, & decimas, vt explicat Natta d. conf.409. nu.9.

Q *Grauaretur Ecclesia.* Imo grauaretur Ecclesia, vel Clerici, vt supra diximus, & not. Bar. in d.l. placet, nu.27. & Doct. in d.c. non minus.

R *Prout est collecta.* Non reale dici potest, sed mixtum, quia personis imponitur pro rebus, vt sup. diximus, vnde de munere reali merè ad mixtum non valet illatio; nec dicti termini diuersi sunt confundendi, Bald. in d. l. omnes, colum. secunda.

S *Auctoritates.* Imò cum numero, & pondere plures sint Doct. tenentes opinionem relatam ab Auctore in prima parte decis. quæ fundamentis etiam validioribus est firmata, illa tenenda est, maximè cũ sit Ecclesiæ fauorabilis, l. sunt personæ, ff. de reli. & sump. fun. cum al. vulg.

14 *Bart. in loco.* Ibi firmiter tenet pro colonis, & dicit, quòd si

T aliter fieret, esset inducta fraus legis.

V *Parpolco.* Is sequitur opinionem Bar. & argumentatur pro prima opinione auctoris, pro qua fuit allegatus, & licèt videatur in fine dubitare propter d. cõs. Feder. tamen nõ respondét rationi adductę in fauorem Ecclesię, & eius colonorum. Vlteriùs Fed. loquitur, vt diximus, in gabellis, & ita cum intelligendum dicunt, Natta, & alij allegati ab Auctore in prima opinione.

X *Arb.* Loquitur in fortioribus terminis, nempè de decimis prædialibus soluendis pro bonis acquisitis per quosdam Monachos, dicendo expressè, quòd eorum coloni nõ tenentur; & in cons.53. loquitur de priuileg. personalibus, & similiter de oneribus personalibus, in quibus licèt non determinet, tamen inclinat in fauorem Ecclesiæ.

Y *Gratus verò.* Hanc obiectionem proprij interesse tollit auctoritas Alciati, Bero. & aliorum, qui se d. cons. subscripserunt, ita tenentes esse de iure, & non sunt minoris auctoritatis, quàm sit Feder. Quicquid ipse dixerit de alio onere imposito ipsis fructibus, vt distinguunt ferè omnes supra citati.

a *Glos. quàm.* Ista glos. communiter approbata optimè de-

fer-

seruit casui nostro, in quo priuilegium exemptionis est reale, & competit prædijs Ecclesiarum, & onus collectæ, licèt imponatur personis, illud tamen est cōtemplatione prædiorum, & decimæ debentur ratione fructuum; collecta verò ratione prædiorum, vt supra dictum fuit.

b *Natta.* Hic loquitur simpliciter, & apertè, quòd coloni Ecclesiarum non tenentur ad collectam, adeò vt non egeat aliqua glos. & in dicto casu etiam fuerāt propositæ huiusmodi subtilitates considerationis fructuum, & laborerij, vt videre est pœnes ipsum, & illis non obstantibus contrarium verius esse de iure probauit, prout alij Doct. ab Auctore relati, idem tenuerunt.

c *Ratione rei, id est fructuum.* Hæc expositio est contra definitionem, seu descriptionem collectæ, datam ab omnibus Doctoribus in d.l. placet, & in d.c. Non minus; ideo non attendenda tanquam subterfugium ad colorandum adductum, quia collecta imponitur ratione rerum, idest prædiorū, siue alterius capitalis, producentis fructuum; onus verò, quod merè ratione fructuum imponitur, potius tributum, quàm collecta dicitur ex supra deductis.

d *Bursatus.* Ex allegatis apparet illius opinionem de iure veriorem, & fortioribus rationibus suffultam, atq; à pluribus, & grauioribus Doctoribus amplexam, quā etiam antea circumscripta consuetudine approbauit Senatus Pedemon. teste Osasc. d.decis. 83. per tot.

e *Iudicatum.* Optimè quò ad famulos, colentes tamē agros Ecclesiæ expensis, & Bobus Ecclesiasticorum, & tantorum Patrum digna conclusio, quam etiam tenuit antea Senatus Mediolani, teste Boss. tit. de Principe, nu. 122.

Hæc omnia in his additionibus dicta, de plano procedunt in Regione, in qua vlteriùs adest consuetudo non soluendi, etiam à tempore immemorabili, quo casu grauātes colonos Ecclesiasticos onere insolito, & dubio procul inciderent in excommunicationem decimam quartam Bullæ Cœnæ Domini, vt exca patet; & licèt prædicti tali onere insolito grauantes videantur solis laicis directè, & immediatè onus huiusmo-

iusmodi pro trafico, seu laborerio colonorum prædictorum imponere, mediatè tamen, & indirectè illud imponerēt clero, & personis ipsis Ecclesiasticis. Ita consuluit Nauar. cons. 32. de sent. excom.

Onus verò, quod directè prohibetur, non debet indirectè concedi, seu permitti, ad l. Athletas §. sed, & qui, ff. de his, qui not. infam. glos. magistra, in §. est autem casus, in vers. habeatur, Instit. de hæred. instit. c. cum quid vna via, de regul. iuris in 6.

# Celeberrimi, ac Eruditiss V. I. Consulti CAROLI BARDELLONI MANTVA. Præsidis Magistratus Montisferrati, ac Serenissimi Ducis Mantuæ Primarij Consiliarij.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum

*Et est 31. in ordine in suorum consiliorum volumine primo.*

## ARGVMENTVM.

Emptores fructuum collectorum super prædijs Ecclesiæ, ac conductores eorundem prædiorum teneri ad Gabellæ solutionem, breuiter, ac doctè respondetur.

## SVMMARIVM.

1 *Libertati Ecclesiasticæ per indirectum non est derogandum.*
2 *Statuta laicorum quando non ligent clericos.*

3 Vli

3 *Vbi agitur de libertate Ecclesiæ, cognoscitur causa coram Iudice Ecclesiastico.*
4 *Fructus rei Ecclesiasticæ non sunt Ecclesiastici.*
5 *Hippotheca non datur in re propria.*
6 *Mutatione personæ mutatur priuilegium.*
7 *Priuilegium concessum rebus propter personam extinguitur mutata persona.*
8 *Laicus emphyteota Ecclesiæ tenetur ad collectas propter fructus.*
9 *Dispositio laicorum facta super vtili dominio emphyteotarum Ecclesiæ tenet.*
10 *Conductores rei Ecclesiæ soluunt gabellam pro fructibus.*
11 *Coloni bonorum Ecclesiæ non gaudent priuilegio fori Ecclesiastici.*
12 *Immunitas est odiosa, & est restringenda.*
13 *Immunitas præsumitur personalis.*
14 *Obseruantia subsecuta declarat qualitatem immunitatis concessæ.*
15 *Non dicitur damnificata Ecclesia, quando per indirectum lucrum amittit.*
16 *Respublica non tenetur pro Ecclesiæ commodis difficultates in rebus proprijs inuenire.*
17 *Fraudem non committit, qui se ipsum plus altero diligit.*
18 *Contra libertatem Ecclesiæ quando quid ordinatum dicatur.*
19 *Ecclesiæ fauendum, sed laicorum iurisdictio non turbanda.*
20 *Onus Gabellæ, quando solui debeat de fructibus rerum Ecclesiæ.*
21 *Ementes à Principe soluent Gabellam.*
22 *Negata qualitate fæudalitatis, loci ordinarius Iudex est.*
23 *Iudex Ecclesiasticus non cognoscit, quando articulus excedit terminos simplicis iurisdictionis.*
24 *Iudex Ecclesiasticus debet conuocare Iudices laicos de quorum interesse agitur.*
25 *Qui est in quasi possessione iurisdictionis, in ea est manutenendus.*

Ne

*Ne te quæso pigeat, rogo probe Lector, hoc breue præludium non minus mente, quàm occulo perlegere.*

AD calcem penè operis, pro eo saltem, quod spectat ad laicos sapientes consulentes, calamo peruentus, sicuti pro validiori, ac insolubili argumento Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis vsus sum consilijs, & responsis decisiuis ipsorummet V. I. laicorum Doctorum, illi dissentiẽtium, & aduersantium, ab illorum primario, & antiquiori ad vsq; nouissimos ipsos, & omnium recentiores, vt à fortiori arguerem, altiusq; intentionem fundarem, veluti diffusissimè iam ostensum est, ne hic frustra immorer illos denuò enumeratè recensendo; ita antequam verba claudam pro fortiori, ac supremo eiusdemmet robore, operę pretium duxi perinsignem doctissimum virum, Sæcularium Magistratuum Præsidem, ac Cameræ Ducalis strenuũ deffensarium, omnium fortè laicalium iurium, consulentium, & scribentium nouissimum, & recentiorem, in medium afferre, quò sic validiori manu in sententiam Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis mihi liceret inducere eos, qui alieni sunt voti, in illius parte, inter alios, qui laicalia iura aduersùs ipsam Ecclesiasticam immunitatem patrocinantur, clarè infrascripto decisiuo responso legendo, quod si non est veritus dicere Ecclesiasticorum fructuum emptores, conductoresq; prædiorum, &c. teneri ad gabellæ, datij, & pedagij solutionem pro exportatione, & seu abductione dictorum fructuum intra, vel extra ciuitatem, quia hoc verum, & rationabile existimauit, tanquam tũc in eorum asportatione à solo, & fundo Ecclesiastico separatos; non tamen ausus est dicere, nec mẽte, & animo reuoluere, quod adhoc teneantur, dum nec adhuc huiusmodi fructus sunt à solo, & fundo Ecclesiastico separati, quin vltra, nec quando onus gabellæ, datij, &c. non est annexum contractui gesto cum Ecclesia, & clerico; nam tunc, licèt indirectè, damnificaretur Ecclesia; quia hoc nefarium, erroneum, iniquum, & falsissimum esse cognouit,

quem-

quemadmodum hoc ipsum eius infrascriptum decisiuum responsum inspicienti latè patebit; tametsi esset laicorum Magistratuum Præses, profiteretur, se vallidum Ducalis Cameræ deffensorem; quantò igitur minùs verum erit, quod aliquo iure liceat Ecclesiasticos colonos ad collectas, militum hospitationem, & onera, maximè extraordinaria, compellere? Intelligenti satis.

*Assiones meæ à Domino.*

Ertitur quæstio, An emptores fructuum collectorum super Curijs, seu prædijs Episcopatus Mantuæ, necnon & conductores dictarum curiarum, teneantur soluere gabellam, vectigal, datium, & pedagium pro exportatione, seu abductione dictorum fructuum intra, vel extra ciuitatem.

Ex parte conductorum, & emptorum fuit dictum, ad tale onus gabellæ, &c. non teneri. Quia ex hoc dicitur per indirectum derogatum Ecclesiasticæ libertati, & inferri violationem reali immunitati Ecclesiasticæ, vt in puncto consuluit
1 Burs. cons. 25. & cons. 42. & cōs. 452. ex quo per solutionem datij viliùs venduntur fructus; & viliùs locantur prædia, sicuti per immunitatem vtiliùs, ac maiori pretio venduntur, & locantur. Vnde sequitur, tale onus soluendi gabellam Ecclesiæ damno cedere. decis. Mant. 101. numer. 10. D. Surd. consil. 301. numero 30. & consequenter id non debet tolerari.

Secundò, nullum statutum, ordo, vel proclama laicorum
2 ligat clericorum personas, vel bona, quando directè, vel indirectè eos, vel ea afficiunt reddendo clericos, vel illorum bonorum administratores timidiores, cùm id tādem redundet contra Ecclesiæ libertatem, vt colligitur ex Gram. decis. 61. Neuiz. cons. 39. num. 2. Rolan. cons. 29. num. 16. in 2. decis. Mant. 26.

Tertiò allegatur, quòd istius articuli cognitio, & decisio debet

debet ventilari, & terminari in foro, & coram iudice eccle-
3 siastico, cũ agatur de violatione ecclesiasticæ libertatis. Dec. cons. 171. num. 3. Rolan. cons. 2. num. 37. in 2. Bar. in l. Titia. num. 4. & seq. ff. sol. matr. Bal. in l. generaliter num. 2. & vers. & per hoc C. de episc. & cleric. Didac. pract. qu. c. 33. colum. 1.

Ego tamen arbitror, præfatos conductores, & emptores ad prætensam gabellæ, datij, &c. solutionem teneri Quia
4 fructus à solo separati, non dicuntur pars rei, soli, seu fundi. l. fructus ff. de rei vend. Cepha cõs. 131. num. 15. dec. Mant. 97. numero decimo. Aliud ergo est curia Ecclesiæ, aliud fructus à curia separati. Ideò & si curia sapit Ecclesiæ immunitatem, non vtique id dicendum est de fructibus inde à conductore perceptis; cum fructus è fundo Ecclesiæ percepti nullo modo dicantur quid ecclesiasticum, maximè recollecti à conductore, cùm sub dominio Ecclesiæ non subsistant, idem dico de emptore talium fructuum, vt in terminis post alios tradit Rolan. cons. 61. num. 15. in 4. Ratio est, quia fructus percepti è fundo locato dicuntur tacitè obligati locatori pro pensione l. in prædijs. ff. quib. mod. pigno. ergò sunt, proprij ipsius conductoris, non autẽ domini locatoris, quia non
5 datur hypotheca in re propria. vt in terminis arguit decisio. Mant. 97. num. 4. & seq. ac per totam, vbi deciditur in generali obligatione locatoris non contineri fructus prædij locati à conductore perceptos, tãquam conductoris præcipuos. Modò si tales fructus à solo Ecclesiæ separati sunt cõductoris, sequitur illos sub clypeo Ecclesiæ non militare, nec illius
6 immunitate gaudere posse, quia mutatione personæ mutatur rei status, & extinguitur priuilegium. Eugen. cons. 92. nu. 4. & 5. latè in puncto Rolan. cons. 61. num. 5. vsque 10. in 4. D. Surd. cons. 301. nu. 90. & ideo emptores, & conductores prædictorum fructuum ad talem gabellæ solutionem tenentur Rolan. d. cons. 61. per tot. Surd. dicto cons. 301. num. 89. 90. latè Ripa de Peste, titul. de remed. ad conserua. vberta. num. 128. & seq. Gabr. tit. de reg. iur. conclus. 2. num. 65. & seq. cum priuilegium concessum rebus propter personam

extin-

7 extinguatur mutatione personæ, vt in puncto scribit Natta consil.218. num.7.8. Hinc in simili dicitur, laicum emphy-
8 teotam Ecclesiæ teneri ad collectas propter fructus è fundo Ecclesiæ perceptos, licet ad eas Ecclesia non teneretur. Ratio diuersitatis est, quia Ecclesia de sui natura est exempta, & emphyteota colligit fructus iure suo proprio, non Ecclesiæ. Natta cons. 114. nu. 19. Pariter dicitur, quòd dispositio lai-
9 corum facta super vtili dominio emphyteotarum Ecclesiæ, & super fructibus pro tempore, quo dictum dominium, & fructus erant apud laicos, tenet, & nullum fit Ecclesiæ præiudicium, cui soluitur canon pro tempore, quo res apud laicum existit, Purp. cons. 332. num. 9. vers. tertiò contingit. nec mirum, quia verè tale vtile dominium, & fructuum perceptio est quid laicale, decis. Mant. 160. num. 16. & seq. Concludendum igitur est; tales emptores, & conductores, pro dictis fructuum exportationibus ad gabellæ solutionem adstrictos esse, quod etiam vltra prædicta non negat, imò admittit Bursat. in dicto cons. 25. num. 3. & dicto cons. 42. nu. 14. in oppositum adductus. Idem repetit in cons. 258. nu. 25. 26. & 30. vbi etiam post Bero. subiungit, concessionem alicui datam extrahendi fructus nō extēdi ad colonos. Idem repetit. cons. 452. num. 17. dicens, absolutum esse, tales fructuum emptores ad gabellam teneri, & ideò dicendum est eo ipso, quòd fructus exeunt è manibus clericorum, effici bona priuatorum, & oneribus gabellæ, datij, &c. subiacere.

Addatur etiam ex abūdanti, colonos dictarum curiarum,
10 emptores fructuum, & conductores prædictos non gaudere priuilegio fori ecclesiastici. Gabr. cons. 37. nu. 4. in 2. Thesau. decis. 22. Meritò igitur ad solutionem gabellæ debitæ vigore ordinum, & statutorum Ducalium tenentur, cum par sit forū sortiri, & statutis ligari, vt in simili docet post alios Meno. cons. 1000. nu. 46. & seq.

Nec obstant in contrarium adducta. Ad primum enim respondetur, quòd immunitas competens episcopatui non est realis respectu fructuum, & conductorum, vel fructuum

emptorum, nec id dicit Burs. in locis præmemoratis, cùm agat de immunitate à factionibus, & brighis impositis ratione prædiorum, & super terris, ad quas non tenetur Ecclesia. Id, inquam, est diuersum à casu præsenti cōtrouerso, vt satis patet ex supra, & infrascriptis. Immunitas enim est odiosa
11 stricti iuris, ac strictè interpretanda, & ideo immunis ab vna re, vel pro parte rei, non dicitur immunis pro alijs, vel pro toto. Cæpha. cons. 553. num. 12. 13. & 14. D. Surd. cons. 278. num. 2. cùm id sit contra publicam vtilitatem, idem Cæph. vbi supra num. 15. Meritò alio non constito, immunitas præ-
12 sumitur personalis, & consequenter ad singulares successores non transit l. semper §. immunitatis ff. iur. immun. Eugen. cons. 92. num. 6. D. Surd. cons. 262. num. 6. & in terminis nostris Natta cons. 218. num. 9. Gabr. tit. de regul. iur. cōclus. 2. num. 66. vers. declara quia in dubio. Bursa. d. cons. 258. per discursum, si enim apparere posset, immunitatem episcopatus comprehendere fructus, & illorum emptores, & prædiorum conductores, vtique de realitate immunitatis non esset ambigendum, sed de hoc non constat, sed benè potiùs contrarium, si quidem patet ex priuilegijs à Serenissimis Ducib. prædecessoribus concessis Reuerendissimis Episcopis Boldrino, de anno 1568. & Episcopo Marco Gonzaghæ de anno 1575. sub nominibus proprijs, nō autem dignitatis ipsorum Episcoporum, & ob eorum qualitates, virtutes, ac merita; nullam realem immunitatem pro fructibus episcopatui vn-
13 quam competijsse, ergo nec in præsentiarum dicendum est, quia ex sequela facti, & ex subsecuta obseruātia declaratur, & dignoscitur qualitas immunitatis concessæ, vt etiam in proposito aduertit Bursat. dict. cons. 258. num. 19. D. Surd. cons. 262. num. 46.

Nec est verum, quòd dicatur violata libertas Ecclesię per indirectum, ex quò per solutionem gabellæ viliùs venduntur fructus, ac viliùs locantur prædia, cùm plus vendatur, ac locetur res libera, quam onerata l. si venditor. §. fin. ff. seru. export.

Respondetur enim, tale grauamen Ecclesiæ nō esse con-
side-

siderabile in praesenti casu, cum consistat in maiori lucro, non autem in damno, si (inquam) tales fructus non essent suppositi pedagio, vel gabellę, pinguior merces, ac altius pretium solueretur Ecclesiæ, non autem ex pedagio, & gabella damnificatur Ecclesia, quia nil habet commune gabella fructuum istorum cum Ecclesia, vnde sequitur, quòd tantum-
14 modo debet haberi ratio, quando Ecclesia per indirectum damnum patitur, nō autem si per indirectum lucrum amittit, vt in præsenti casu, ita in terminis tradit Bal. cons. 496. nu. 3. & 4. vsque ad fi. in 4. Ripa de pest. ti. de remed. ad conser. vbert. num. 128. vers. ad rationem verò supra allegatam, vbi subiungit, ciuitatem, & Rempublicam non teneri pro Ec-
15 clesiæ commodis difficultates in rebus proprijs inuenire, per l. 2. C. serui. & aq. Hinc dicitur valere statutum laicorum in Ecclesiæ præiudicium in quærendis, licèt nō in quæsitis Bal. in rub. ext. de constitu. colum. 2. vers. Quæro an valeat statutum, Ancha. cons. 11. vbi inter cætera dicit in proposito,
16 quòd fraudem nō dicitur committere ille, qui seipsum plùs altero diligit. Idem post alios probauit Barba. cons. 41. col. 20. in 1. Deci. cons. 269. num. 9. Baiar. ad Clar. quæst. 77. nu. 37. Nam tunc dicitur ordinatum cōtra libertatem Ecclesię,
17 quando illi, vel ecclesiasticis personis auferūtur ea, quæ ipsi, vel ipsis aliàs fuerunt concessa à iure communi, vel speciali, c. quæ in Ecclesiarum ext. de constitu. cap. fin. de immun. Eccles. in 6. & ita post Cyn. Barto. Bald. Salic. Fulgos. & alios firmat Natta cons. 280. num. 2. Neuiz. cons. 39. num. 6. sed ista solutio gabellæ per emptorē fructuum, & conductorem prædiorum ab Ecclesia respectu fructuum collectorum, non
18 concernit interesse Ecclesię, cum nullibi pateat aliquo iure, talem immunitatem Ecclesiæ fuisse respectu istorum fructuum venditorum, & locatorum, concessam, sed interesse priuatorum, & est materia prorsus diuidua ab Ecclesia, ideo de vno casu ad alium non infertur. Quo fit, vt licèt Ecclesiæ
19 sit fauendum, non tamen per hoc laicorum iurisdictio turbari debet, capi. nouit. de iudic. Natta d. consil. 280. num. 3. & 4.

Respondetur etiam secundo modo, taliter distinguendo.
Aut onus gabellæ est annexum immediatè contractui gesto
20 per laicum cum Ecclesia, vel clerico, & tunc procedit obie-
ctum, quia si contrahens cum Ecclesia, vel clerico tenetur
ad datium contractus, dicitur Ecclesia per indirectũ dam-
nificatã, ex quo tantò viliùs venderet, & locaret. Aut onus
gabellæ est adiectum actui separato, à contractu iam gesto,
cum Ecclesia, vt est, quando emptor, vel conductor ab Ec-
clesia vult fructus emptos, & recollectos aliunde in ciuitate,
vel extra exportare, cuius exportationis causa gabella peti-
tur, & tunc omnimodè solui debet, quia tale factum expor-
tationis emptoris, vel conductoris nil habet commune cum
Ecclesia. Ita singulariter Bald. cons. 41. num. 2. vers. nam aut
onus gabellæ est annexum, in 1. Ioan. de Amic. cons. 18. nũ.
13. Sylua. cons. 9. nu. 19. vers. & hanc conclusionẽ nostram,
clarè, & optimè declarans Meno. cons. 136. num. 19. 20. Ro-
lan. cons. 61. num. 18. 19. in 4. Gabr. cons. 161. per totum in
2. Rim. iun. cons. 724. nu. 48. 49. D. Surd. cons. 307. nu. 8. &
9. Laderch. Imol. cons. 103. nu. 14.

Respõdetur tertiò, quòd sicuti ementes à fisco, vel à Prin-
cipe tenentur ad datia pro exportatione talium rerum em-
21 ptarum. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 5. nu. 26. vbi ait, tali
in casu standum esse formæ priuilegiorum. Idẽ ergo in em-
ptore ab Ecclesia, cui fiscus æquiparatur.

Ad secundum respondetur, per talem solutionem gabellę
præstandam ab emptore fructuum, vel conductore, nequa-
quam inferri timiditatẽ ecclesiasticis personis. Fateor enim,
tunc id dici factum contra libertatem Ecclesiæ, quando Ec-
clesiæ priuilegio derogat, vel quando clericos opprimit, lai-
cos audaciores, & clericos timidiores reddendo, vt scribit
Bal. in rub. extr. de constit. nu. 3. Soci. in c. nouerit. num. 4.
vers. & ex prædictis, de sent. excom. At tale onus soluendi nil
participat cum Ecclesia, vel clericis, nec illorum derogat
priuilegijs, vt supra dictum est, ergo.

Ad tertium respondetur, hic agi de re merè profana, cum
fructus isti per contractum venditionis, & locationis effi-
cian-

ciantur proprij ipsorum emptoris, & locatoris, adeò quòd talis exemptio, vel onus gabellę respectu dictorum fructuum nil habet in se ecclesiastici; vnde sequitur, cognitionem puncti, ac decisionem spectare ad iudicem ordinarium loci, vel ciuitatis, non ad iudicem ecclesiasticum; sicuti in simili dicimus, quod negata qualitate fœudalitatis, pretensus domi-
22 nus directi nō est iudex, sed ordinarius loci. latissimè D. Sur. consf.286. nu.8. & seq.

Respondetur secundò, tunc iudicem ecclesiasticum debere cognoscere, quæstionem vertētem inter se, & iudicem laicum, quando punctus consistit in sola iurisdictione, vt putà an delinquens sit clericus, necne, & ita procedit obiectum nam tunc propter maiorem authoritatem iudex ecclesiasticus debet cognoscere, vt etiam vltra allegatos in oppositum diffusè notat Farina. lib.1. quæst. crim.8. num.33. At secus
23 quando articulus excedit terminos simplicis iurisdictionis, & concernit interesse, ac commodum Ecclesiæ. Tunc etenim non potest iudex ecclesiasticus cognoscere de sua iurisdictione, vt hic, vbi talis cognitio concernit immunitatem prætēsam ab ipsa Ecclesia respectu maioris lucri cōsequendi à suorum fructuum emptoribus; & prædiorum conductoribus. Ita optimè post Innoc. & alios firmat Alex. cons. 1. num. 9. 10. & seq. in 5. aliòs congerit, & sequitur D. Surd. cons.286. nu.14. & seq. Meritò præfata cognitio ad ordinarios iudices ciuitatis pertinet, qui nō possunt dici iudices in causa propria, vt esset episcopatus, si de tali articulo cognitionem haberet.

Respōdetur tertiò ex abundanti, quòd supposito (nequaquam tamen concesso) talem cognitionem ob reuerentiam spectare ad iudicem Episcopatus, attamen deberet conuocare iudices laicos prætendentes talem cognitionem ad se
24 pertinere, cum agatur de eorum interesse tex. in c. si iudex laicus de sent. excomm. in 6. Mille. in prax. §. fori prescripti. fol. mihi 94. num. 10. Boss. ti. de for. compe. nu. 151. & 153. Farin. d. quæst. crim. 8. nu. 57.

Respondetur quartò, talc controuersiarum genus sem-

per à Magistratibus laicis,& supremis Ciuitatis Mantuę fuisse cognitum, & decisum, non autem coram, vel à Iudice 25 Episcopatus, ergo & ista est ab illis decidenda, in terminis Gabr. cons. 37. num. 12. in 2. quia quasi possessio iurisdictionis probatur ex sententijs condemnatorijs, & absolutorijs, sicuti etiam probatur per exactiones gabellarum. Ita post multos nouissimè tradit Menoch. cons. 1000. num. 7. 8. & ita concludo in gratiam Cameræ Ducalis, Saluo semper &c.

LAVS DEO.

Carolus Bardellonus V. I. D.

# Celeberrimi, ac Egregij V. I. Consulti PETRI PHILIPPI CORNEI PERVSINI.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 205. in ordine in suorum consiliorum volumine primo.*

EPITOME.

Nullo iure quarumcunq; Ecclesiasticarum personarum, etiam Tertiariarum bona tenentur ad collectas, stante quamuis quacunq; consuetudine, salua libertate, & immunitate Ecclesiastica.

In

Idetur in hac consultatione prima facie dicendum Ecclesiasticas personas, maximè Fratres, & Sorores Tertij Ordinis de pœnitentia cuiuscunq; Religionis, & Instituti, vti non personæ Ecclesiasticæ solemni voto professionis strictius alligatæ, quemadmodũ sũt verè, & cõmuniter professi in Religionib. approbatis, teneri ad soluendas collectas pro bonis ab ipsis possessis; Nam constat, quòd de iure communi non sunt personę ecclesiasticæ, adeò quòd gaudere debeāt immunitate ecclesiastica, prout concludit Bal. in l. placet C. de sacros. Eccl. dicens, quod non sunt proprie personę ecclesiasticę, allegat gl. in Clc. 1. de relig. domi. Non. n. est regula, sed quidā modus viuendi, dicit gl. in clem. cum ex eo, de sen. excom. & ibi doc. & Ang. in cons. 218. incip. visa variatione facti in 2. colu. & Pont. in cons. 398. incip. circa primum, & propterea dicit Ang. in d. cons. 218. in fi. colu. 1. Possunt grauari per laicos ad taleas, & collectas, vt no. gl. expresse in l. cura. §. fi. de mu. & hono. & C. de sacros. Eccles. l. qui sub prætextu, & C. de decurio. in l. quidam ignauia, lib. 11. secũdùm eum, qui subdit, quòd si aliqua iura reperirentur, quę appellent ipsos religiosos, loquuntur impropriè, & largissimè, vt sumitur in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. vbi laicos appellat religiosos, & c. fi. de reb. Eccl. non alie. item Bal. in cons. mihi 91. incip. quædam soror, dicit, quòd non sunt omnino personæ Ecclesiasticæ, & possunt ex eorum delictis, & contractib. conueniri coram iudice sæculari, licèt quò ad quędam censeantur personæ ecclesiasticæ, quæ exemplificat, & nõ videntur facere ad propositum. Cum igitur non sint propriè personæ ecclesiasticæ, & de foro sæculari, non videtur quòd fiat contra libertatem ecclesiasticam, si compelluntur soluere collectas, quæ ex forma statuti videntur esse facta tributa, & sic onera merè realia. Non. n. videtur contra libertatem ecclesiasticam onerare bona Ecclesiarum, dicit Bal. in l. omnes in

3.col. C. si.cens. & relinq. ponderans quòd lege humana, & non lege diuina fuit inductum, quòd Ecclesiæ haberent prędia, ideo quæ humana lege inducta sunt, humana censentur. Secus dicens circa decimas, & primitias, quæ fuerunt inductæ lege diuina.

Et dato, quòd prædicta non procederent in simplicibus collectis, quæ sunt munera personalia, seu mixta, quæ impōnuntur personis pro rebus, & subditis tantùm, & consequenter non imponuntur Ecclesijs, nec personis ecclesiasticis, vt l. rescripto §. sciendum ff. de mun. & hono. & ibi per Bar. in d. l. placet C. de sacros. Eccles. & ibi per Bar. & Bal. & per Bar. in l. incola, ad municip. & l. fin. C. de exac. tribu. & per Bal. in l. omnes, & in auc. item nulla communitas C. de epis. & cler. & in c. aduersus, de immuni, Ecclesiarum, in antiquis, & in c. 1. eo ti. lib. 6. etiam pro rebus quæ fuerunt priùs laicorum, & subiectę oneribus collectarū; vt habetur in dictis iuribus. Tamen ad tributa, & onera merè realia videtur, quòd personæ ecclesiasticæ, & Ecclesiæ teneantur (hoc est) earum rés, quæ fuerunt laicorum, & factæ tributariæ, quia transeuntia postea in Ecclesias, vel in personas ecclesiasticas transeunt, cum suo onere, prout voluit Bar. in d. l. rescripto in §. sciendum, & in d. l. placet, & tangit Bal. & nō impugnat in d. l. omnes, & sequitur Pet. de Anch. in cons. 304. incip. hoc statutū, idcirco cum per statutum Communis Treuij sint effecta tributaria pro collectis imponendis, & dictæ res (de quibus agitur) non erant Ecclesiarum, vel personarū ecclesiasticarum tempore statuti, vel saltem postea fuerunt effectæ res profanæ, & sic subiectæ dicto statuto, & per consequens effectæ tributariæ, licèt postea peruenerint in Ecclesias, vel personas ecclesiasticas, videtur quòd transiuerint postea in personas ecclesiasticas cum onere tributario, & sic soluēdi collectas tanquam onera mere realia; & sic tanquam tributa Ecclesiæ teneantur soluere tributa pro rebus ad eam peruentis c. si tributum, & c. magnum 11. q. 1. & c. tributum 23. q. 8. & c. 1. de censi. & ibi Panor. qui etiam idem no. in c. nō minus, de immū. Eccles. Nec videtur, quòd dictum priuilegiū concel-

cessum fratribus,& sororibus de pœnitentia debeat intelligi, cum preiudicio tertij super iure iam quæsito,ar.l.2.§.si quid à Principe ff. ne quid in loco publico, l. cum auus, Cod. de con. an. libe.

His tamen nõ obstantibus,cõtrarium puto de iure verius. Nam quicquid sit de iure communi, & sic vtrum dicti fratres, & sorores tertij ordinis gaudeant immunitate Ecclesiarum personarum ecclesiasticarum, & an censeantur personæ ecclesiasticæ,necne,& consequenter an teneantur de iure communi ad collectas, tamen vigore dicti indulti apostolici videtur declaratum, quòd gaudeant priuilegijs, & immunitatibus fori personarum,& rerum prout aliæ personæ ecclesiasticæ. Ex quo expresse disponit in ipso indulto,quòd nulla communitas, potestates, vel officiales nullo modo impediant, quominus dicti fratres,& sorores gaudeant dictis priuilegijs, & immunitatibus prout aliæ personæ ecclesiasticæ, & hoc sub pœna excommunicati latæ sententiæ.Et cũ verba dictæ bullæ sint clara, non videtur admittenda voluntatis quæstio. l.ille, aut ille, §.cum in verbis ff.de leg.3. Quicquid enim principi placet,legis habet vigorem l.1.ff.de cõsti.princi.& §.sed quod principi. insti. de iur.nat.gen.& ciui. Et vbi constitutio est clara,non est locus dubitationi l.illam, vers.de modo C.de collat. & l.ancill. C. de fur. cum simili. Idcircò videtur pro claro præsupponendum, quod dicti fratres, & sorores tertij ordinis in Italia consistentes censeantur personæ ecclesiasticæ, & gaudeant priuilegijs, immunitatibus in personis, vel rebus,quibus gaudent aliæ personæ ecclesiasticæ. Sed aliæ personæ ecclesiasticæ ( prout sunt clerici ) gaudent priuilegio,& immunitate, ne possint astringi ad soluendum collectas pro eorum rebus, quòd clarũ per iura supra adducta,& auctoritates preallegatas,nisi esset dictũ statutum quod reddit rem aliqualiter dubiam, maximè propter auctoritatem Bar.& sequacium, tamen contra Bar.concludit Bal. in dicta l.placet, & in dicta auth.Item nulla communitas,per plures rationes, quas breuitatis gratia omitto, maximè quia dictum statutum videtur factum in fraudem Ecclesiarum,

&per-

& personarum ecclesiasticarum, & sequitur Paul. de Cast. in d. l. placet, & vlt. idem Bal. in sua Margarita super Innoc. in verbo, Ecclesia, primo capitulo, & Ang. in cōs. 24. incipiente Ecclesia non tenetur, idem concludit si collectæ sunt incertæ, quia variantur, prout cōmuniter esse solent collectæ, & intelligit Bar. quando collectæ sunt certæ, & vniformes, quod satis sentit Bal. in cons. 549. incipiē. per commune Ciuitatis Bononiæ fuit imposita collecta. Et per hoc potest respondert ad id, quod habetur in dicto cano. si tributum, & d. cano. magnum, & in d. cano. tributum. Ad quæ etiam respondetur per no. per Bal. in d. l. placet, qui vult, quod Ecclesię teneātur ad tributa imposita per Imperatorem, qui fecit omnia prædia non Italica, sed prouincialia tributaria, secus id tributis impositis per cōmunitatem per dictam authen. Item nulla communitas.

Et ex prædictis redditur res saltem dubia, vtrū scilicet Ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticæ teneantur ad collectas stante huiusmodi statuto, scilicet, pro rebus post statutum peruentis ad ipsas Ecclesias, vel personas ecclesiasticas. Ideo dicta dubitatio videtur sublata ex interpretatione consuetudinis, quæ est optima legum, & statutorum interpres l. cum de interpretatione ff. de legibus, & c. cum dilectus extra de consue. Et quod in huiusmodi attendatur consuetudo no. Bal. in d. cōs. 549. Idcirco cum præsupponatur, quod vigeat longa consuetudo etiam 30. vel 40. annorum, & vltra, quòd clerici nō soluunt collectas pro rebus eorum, quæ prius fuerant subiectæ dicto statuto. Et consequenter, quod statutum non trahatur ad personas ecclesiasticas (prout sunt clerici.) Ideo similiter non debet trahi ad fratres, & sorores Tertij Ordinis cuiuscūq; Instituti, quia ex indulto Sedis Apostol. gaudēt immunitatibus, quibus gaudent aliæ personæ ecclesiasticæ, maxime quia in consuetudine proceditur de similibus ad similia l. de quib. in fi. ff. de leg. & facit c. inter cæteras, de rescr. cum simil.

Nec obstāt adducta in contrarium, quia apparent sublata per adducta supra pro hac parte, licet enim de iure cōmuni

dicti

dicti fratres de pœnitentia fortasse tenerentur ad collectas maximè stante d. l. municipali, tamen vigore dicti indulti Apostolici concurrent consuetudine, de qua supra, secus dicendum est per adducta supra pro hac parte. Nec obstat, quòd indultum Apostolicum censetur in dubio sine præiudicio iuris tertij quæsiti, quia respondetur, quòd ius nō erat quæsitum communitati ad collectas imponendas. Prætérea non sumus in dubio, nam si quod præiudicium generatur Communitati Treuij illud venit in necessariam consequentiam priuilegij concessi per dictum indultum; nō enim gauderent immunitate ecclesiastica, vt aliæ personæ ecclesiasticæ, si possent collectari, prout alię personę non ecclesiasticę.

LAVS DEO.

Petrus Philippus Corneus Perusinus V.I.D.

# Celeberrimi, ac Præstantiss. V.I. Consulti IOANN. CAEPHALI FERRARIEN. In Vniuersitate Patauina Primarij Legum Interpretis.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 151. in ordine in suorum Consiliorum libro secundo.*

EPITOME.

Clerici non minùs, quàm laici, sunt successionis fœudorum, & quorumcunq; aliorum bonorum capaces.

Ma-

DEcessit Borsius de Fortijs, relictis Reuerendo D. Leonello clerico eius Patruo, & quodam patruele. Quæritur ad feudum, quod tenebat Borsius, vter sit præferendus, patruus, an vero patruelis? Et hic anteponendus prima fronte videbatur, cùm patruus sit clericus, qui feudi videtur incapax. c. qui clericus, si de feu. fue. cōtr. inter do. & agna. c. 1. an mut. vel alias imp. & in c. 1. §. ex hoc, de benef. foem. & in c. 1. de mil. vassal. qui ar. bel. dep. glo. & Bal. in l. 1. C. de ll. Lucas de Pen. in l. nulli C. de mu. lib. 10. & præter eos Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus, col. 2. vers. sed contra prædicta, de dam. infec. Doct. omnes, quos plenè citat Curt. Iun. de feu. q. c. char. 29. Ias. cons. 133. ad fi. lib. 1. cons. 117. prima col. lib. 4. & dicit Rui. in cons. 42. nu. 9. lib. 1. quòd hæc opinio contra clericū videtur verior, & crebrior. & idem dicunt Doct. de monacho in c. in præsentia, de probat. in auth. ingressi, & in auth. si qua mulie. C. de sacr. Eccles. quia feudum non transit in Monasterium. Idem Gozadin. cons. 26. num. 53. & ratio est, vt dicitur in dicto c. 1. in fin. de mil. vasal. qui arm. bel. dep. quia factus miles Dei, desinit esse miles sæculi, nec pertinet beneficium ad illum, qui nō debet gerere officium. Nam est prohibitum Monacho, & clerico pugnare per se, vel per alium, vt dicit Aret. in d. c. in præsentia, col. 15. sed ipsorum arma sunt orationes, & lachrymę, vt not. in c. ex multa §. fin. de vot. Et si factus clericus nō potest feudum retinere, vt in d. iuribus, maximè d. c 1. de mil. vasal. qui ar. bel. depo. minùs poterit illud acquirere l. patre furioso de his qui sunt sui, vel alie. iu. l. conficiuntur. §. si post. de iur. codic. & c. quemadmodum, extra de iureiuran. cūm retentio sit fauorabilior, quàm acquisitio. l. per retentionem C. de vsur. Dec. in l. seruus, nume. 10. C. de pact. & in l. non debet actori, §. in re obscura. de reg. iur.

Secundò, quia ob fidelitatis iuramentum clericus omninò videtur incapax, secundùm Aretin. in d. c. in præsentia, col. 15.

col. 15. & tūc quia iuramentum fidelitatis in vasallo est principale, præstatio autem est accessoria, ideò licet solutio, seu annua præstatio sit preter naturam fœudi, non propterea videtur mutare naturam contractus, ca. primo circa med. de fœu. non hab. propr. nat. fœu. Dec. in c. cæterum, num. 8. de iud. & cons. 193. colum. 3. Curt. de fœu. 1. par. q. 6. colu. 6. & Paris. cons. 23. num. 26. vol. primo, & Afflict. sequitur Fel. ibidem colum. 24. & seq. num. 58. & Paris. nume. 192. & clarè Afflic. dicto c. 1. col. 4. de mil. vasal. qui arm. bel. dep. & in c. primo §. 1. num. 28. de benef. fœm. vbi ait, ita in Consilio vidisse obseruatum, & iudicatum; idem in decisio. 320. nu. 9. & seq. maximè colum. 4. quod etiam extendit ad clericū idem Afflict. in constit. errores 5. not. char. 68. 2. par. & videtur de mente Cyn. in auth. ingressi, vlt. colum. q. pen. C. de sacros. Eccles. dum dicit, quod fœudum, ex quo debetur seruitium reale, transit in Ecclesiam, quia non est propriè fœudum, & allegat. rub. de for. fid. nam ipse intelligit, eum propriè esse vasallum, qui astringitur ad ea, quæ traduntur in dicto cap. primo, & concessionem sibi factam, propriè dici fœudū, nec transire in Ecclesiam. Ideò Barba. in rub. de feud. colum. 2. inquit, clericum succedere in fœudo, si præstetur dumtaxat seruitium reale, quia non est propriè fœudū, sed contractus innominatus, & sic sentit secus esse, si præstaretur fidelitatis iuramentum, & Bal. in c. fi. colum. 1. de cau. pos. & prop. refert Ias. in prælud. feud. colu. 5. vbi inquit, non probari fœudum, licet pro concesso priuilegio soluatur quid annuum; quia est census, non fidelitas; quod sensit idem Bald. in l. liberti, vlt. colu. C. de op. lib. quem refert Ias. in prælud. fœud. col. 21. dum dicit, fœuda concessa pro annua quantitate, non esse propriè fœuda; & recipientes non teneri præstare iuramentum fidelitatis. Et propterea Alexan. cons. 9. colum. 2. lib. 5. infert, præstantes iuramentum fidelitatis, ad ea teneri, ad quæ tenentur veri vasalli. concludit, quod si quis recipit tale fœudum cōditionatum sub annuo censu pro se, & heredibus tam masculis, quàm fœminis, & adsit iuramentum fidelitatis, non succedunt fœminæ simul cum masculis, sed

pri-

primò masculi, secundùm naturam veri fœudi, cap. primo, §. 1. Episco. vel Abb. & cap. primo §. filia de success. fœu. Et ibi colu. 3. subdit, quòd vbi fidelitas, & pensio est promissa, vasallus non priuatur ob non solutionem, quæ habetur pro causa impulsiua. ita etiam residet Afflict. in d. §. sed nec alia, colum. vlt. qui opiniones conciliat vltra alias concordantias traditas per Ias. in prælud. fœud. num. 20. & plenè Brun. cons. 41. primò, & secundò dubio, vbi differentiam constituit, an pensio soluatur causa honoris, vel commodi pecuniarij; hic igitur, cùm vltra annuam præstationem adsit fidelitatis iuramentum, clericus videtur incapax.

Comprobātur prędicta, quoniam fœudum francū transit in Ecclesiam, vt tenent Docto. dicto c. in præsentia, & in clericum, vt per Docto. supra citatos, quando quidem sine fidelitate concessum ex pacto, scilicet, quando est fœudata ꝓprietas, & ex pacto omne dominiū fœudatario est cōcessum Bal. in l. si plures, colum. 2. C. de cond. insert. Felin. d. cap. in præsentia, num. 55. prima fall. Alex. cons. 30. in fi. lib. 1. Aret. cons. 14. col. 3. & Curt. tract. de fęud. tertia par. char. 19. nu. 5. Vnde Soci. cons. 257. colum. 1. lib 2. ait, in fœudo rectè, purè, simpliciter, & indeterminatè concesso, fœminam non posse succedere; quia continet ea, quæ sunt de natura fœudi, c. 1. de for. fid. vt per eum. Idem igitur in clerico, quod non succedat in fœudo, quando in eo veniunt, quæ sint de forma fidelitatis, vt hic.

Tertiò hic clericus videtur exclusus ex statuto Ferrariæ, sub Rubri. Quòd quicunque fuerit ad seruiendum Deo, vel alicui loco religioso, vel fecerit se cōuersum, fœudum amittat; & eius proximiori applicetur.

Vt igitur statutum præter ius commune aliquid operetur iuxta Bartol. l. 4. §. pretor de dam. infect. in l. secunda, de vsucap. Doct. cap. pastoralis, in prin. de appel. videtur, quòd si religiosus fœudū amittit, lōgè minus ad eius successionem admittatur, vt supra.

Postremò, hic clericus erat patruus defuncti, & sic de illius ascendentibus, l. iurisconsultus §. textio gradu ff. de grad.

§. ter-

§.tertio gradu, institio. eo. Sed in feudis ascendētes descendentibus nō succedunt, & nec patet quidem filio potest succedere, cap.primo de nat.suc.fœu.Pract.Pap.in for.lib.ad re no. fœu. ca.nec superstitibus,nu.8.Caccialup.tract.de fœu. cog.art.6. num.21. vers. visis concordantijs, & Rube cons. 110. visis, num.10. Quare, si Do.Leonellus non est exclusus ex eo, quòd sit clericus, videtur saltem ex eo, quòd est de ascendentibus.

Quibus tamen non obstantibus, oppositum puto verius; quod immo hic clericus consequi debeat hoc feudum conditionatum, ex pluribus.

Primò, ex dictis Soci. d.cons.257. col.2. lib.2. sequi.Curt. Iun.tract. de fœud.3.par.char.19.nu.5.& Paris. cons.4.n.14. & seq.& cons.12.nu.21. & 29. & cons.23. num.34. vol.1. & Rui. cons.18. nu.19. & seq.& cons.42.nu.7.vol.1.& licèt Soci. in fœmina loquatur, idem tamen est in clerico, vt infra. Et in clerico,quòd possit succedere ad fœudum conditionatum sub annuo censu, prout hic, Bal. c quæ in Ecclesiarum, col.6. vers. reuertitur igitur extra de consti. Cy. Bal.& alij in l.quisquis, C.de Epis. & Cler. Bal. in authen.nisi rogati, col.3. C.ad Trebell.& Sali. in authen. ingressi, ad fi.C.de sacrosan. Eccl. vbi de communi Alex.cons. 10. lib. 5. Feli. post alios, c. in præsentia, col.24. vers. fal.2. vbi Dec. num. 85. de proba. Dum dicunt, clericos esse incapaces, quatenus seruire non possunt, secus si possunt, c.nimis, de iureiuran. cap. verum, de for. comp. & Curt. Iun. tract.tract.fœud.fo.16.nu.38.q.4. Immo verò,etiam si seruitiū personale ex fœudo deberetur, adhuc clericus esset capax, dummodo per eum honestè absolui posset, secundùm Cald. cons. 2. incip. An clericus, in ti.de fœud.sed in hoc difficultatem facit fidelitatis iuramentum, quod ea quoq; continere videtur,quæ honestè per clericum explicari non possunt. At pro solutione,Soci.d.cons. 257. lib. 2. distinguit tres casus, & quamuis ipse loquatur in fœmina, conueniunt in clerico, vt infra apparebit.

Primus est, quando in concessione est expressum, quòd vasallus non tenetur ad fidelitatis capitula, de quibus in titu.

de for. fide. sed teneatur ad seruitia, quæ ita per fœminam præstari possint, sicut per masculum cap. 1. §. si cui militi, in cap. extraord. feu. & Bald. in l. quoties, C. de suis, & legit. & in cap. 1. §. penul. qui feu. dar. poss. & hoc casu cessat ratio prohibitiua, ideò fœmina admittitur, Socin. d. consil. 257. colum. 2.

Secundus est, quando aliqua ex dictis capitulis exprimuntur, quæ similiter possunt per fœminam explicari: Tunc alia omissa, tacitè censentur remissa l. cùm prætor. ff. de iudi ca. nonne, de præs. vt expressio aliquid operetur l. inter socerum §. cùm inter ff. de pact. dot. & sic est idem quod in primo, secundùm Soci. vbi supra, & Paris. d. cons. 4. nu. 21. & consil. 12. nu. 29.

Tertius casus est magis dubitabilis, quando fœudum conditionatum conceditur simpliciter absq; remissione capitulorum fidelitatis, & icc irco vasallus tenetur præstare fidelitatem, prout in d. capitulis continetur, secundùm Iser. & Aluar. in cap. 1. §. si de cap. qui cur. vend. semper enim vasallus dicitur obligatus ad ea, quæ continentur in fidelitatis sacramento, etiam quòd non sit reseruatum, Io. And. ad Specul. in rub. de præscrip. Alex. cons. 30. colu. 9. lib. 1. cũ citatis per Paris. d. cons. 23. nume. 19. Sed hoc quoque casu fœmina potest succedere in fœudo, secundùm Iac. de Beluis. in cap. 1. §. quin etiam Episc. vel Abb. vbi dicit: fuisse ita obtentum in Regno Siciliæ, sequuntur Bal. & Alua. ibi, cum alijs allegatis per Rui. d. cons. 28. nu. 17. & ita residet Soci. in d. cons. 267. colum. 2. Gozad. cons. 56. num. 17. & seq. & Paris. & Rui. in consil. præallegatis, qui etiam expressè loquuntur, quando præstatur iuramẽtum fidelitatis, & est ratio secundùm Soc. quia licet vasallus teneatur ad contenta in capitulis fidelitatis, tamen non tenetur esse in pugna cum domino, quia hoc continetur in capitulis, ita Oldrad. cons. 324. Bal. & Alua. in d. cap. 1. §. si. de cap. qui cur. ven. vbi loquuntur de habente fœudum liberum, & francum, & dicunt, eum teneri ad cõtenta in capitulis fidelitatis, & non ad aliud, prout etiam inquit Ioann. And. ad Specul. de præscr. in fin. Alex. cons. 30.

colu.

colu. pen. lib. 1. & concludunt, quòd nõ tenetur ire ad exercitum, quia ergo etiam hoc casu cessat ratio prohibitiua, ob quam femina non succedit in feudo; quæ est, quia non potest esse in pugna cum domino, glo. cap. 1. §. hoc autem, qui feu. da. pos. debet etiã cessare prohibitio. & quãuis alię quoq; rationes fæminam excludant à feudo, scilicet, quia vasallus debet esse constans, & secretus erga dominum, & consilium sibi præstare, vt d. cap. 1. de for. fid. & cap. seq. quæ non cadunt in sexu muliebri l. si pater. C. de sponsal. tamen satis est, quod militet vna ratio, licèt alia cesset l. liberorum, §. primo. ff. de his qui not. inf. propter quod Nicol. de Neap. tenuit in d. §. hoc autem, quòd licèt femina esset vna Panthesilea, seu Marphisa, quæ ad pugnam irrumperet, nõ propterea succederet in feudo, adhoc tamen respondent Soc. & Rui. vbi supra, alias rationes non esse finales, sed illam solam, quam citat glo. in dicto §. hoc autem, vt sentit And. de Iser. ibi, qui ait, quod immò mulier eo ipso, quòd est apta pugnare, succederet in feudo, per ea, quæ not. in q. Lazari resuscitati, l. nam ad ea. ff. de ll. & per Host. in summa de consang. & affi. §. vsque, post prin. vers. in ascendenti. sicuti ergo in tali feudo conditionato simpliciter concesso, vel in feudo libero, & franco fæmina succederet, non obstante, quòd teneatur ad fidelitatis capitula, secundũ Soc. Pari. & Ruin. vbi supra, ita etiã debet succedere clericus, quia in hoc æquiparantur cap. primo in fi. an. mut. vel aliàs imperf. & pluries hoc repetit Cur. iun. in d. tract. de feud. char. 24. q. 10. Rui. in dicto cons. 18. num. 13. & seq. & num. 17. & quod est fortius, And. de Isern. in ca. primo, ex quibus. cau. feud. amit. inquit, quod si feudum conceditur simpliciter, nulla facta mentione seruitij certi, vel incerti, nullum debetur seruitiũ, sed fidelitas, quoniã id non est de natura feudi, sed est fidelitas, sine qua feudum esse non potest; cùm nullum feudum sit francum à fidelitate, nisi excipiatur cap. nulla, per quos fi. inuest. & in contractibus, & rescriptis conditiones extrinsecæ non intelliguntur expressæ, nisi sint specificatæ, secus in conditionibus intrinsecis. Innoc. in cap. cùm M. de constit. & quamuis

Affl. in dicto cap. primo, num. 246. arguat contra And. de Iser. quia, cùm in concessione feudi intelligatur, quòd vasallus de fidelitate iurare debeat, vt d.c. nulla, & c.primo, & seq. de for. fid. in iuramento, vt ibi dicitur, venit quòd vasallus debeat seruire domino in prælio, & eum iuuare belli tempore, vt etiam probatur in capitulo primo in principio quibus modis feudum amittitur §. item, qui dominum, quæ fuit prima causa benefaciendi amicis, & in capitulo primo, in principio hic fin. lex Corrad. sequitur, quòd in feudi concessione simplici venit, quòd vasallus in bello personaliter seruiat: & sic seruitium videtur de natura feudi, sed demum Afflic. sequitur Andr. de Iser. nisi feudum fuisset consuetum præstare seruitium certum, vel incertum, vt ibi per eum, quem Iser. sequitur etiam Paris. dict. cons. 23. nu. 32. & num. 34. adducit alios concordantes, & sic volunt, seruitium venire pòtiùs ex dispositione hominis, quàm legis; nec deberi subsistente etiam fidelitatis iuramento; ideò sequitur, feminam, & clericum posse succedere in feudo, ex quo seruitium non debetur; & ita prohibitionis ratio cessat, iuxta supradicta, ita Bal. in c. primo, vers. decedente, colu. 3. qui feuda. poss. cũ alijs per Paris. adductis d. cons. 23. nu. 30. Et longè magis hoc casu clericus potest succedere, in quo annuus census soluitur, quo casu multi Doct. simpliciter cõcedunt, feminam admittendam, vt refert Socin. d. cons. 257. col. 5. & supra dixi.

Secundò moueor, quia tametsi in d. capitulis, cõtinentur, vasallum teneri accedere ad pugnam, tamen vbicunq; conceditur feudum francum, vel conditionatum ad certũ seruitium explicabile per feminam, vel clericũ, vt per annuum censum, tacitè videtur actum, quòd transire possit ad feminam, & clericum, & in hoc natura feudi intelligitur mutata, ac si id expressè fuisset dictum, & conuentum, & ea quæ sub iuramento continentur, & impleri non possunt, remissa censentur, vel impleri possunt per substitutum. Ruin. d. cons. 18. numer. 16. & seq. & Paris. d. cons. 12. numer. 32. & cons. 23. nu. 35. & seq.

Ter-

Tertiò adducor, quia consuetudines feudorũ excludentes clericos sunt exorbitantes, cum illi non minùs, quàm laici deberent succedere, ex notatis in l. Deo nobis, C. de Episc. & cler. cum alijs per Alex. adductis in l. sub conditione. ff. de lib. & posth. non enim perduntur iura successionis per clericatum c. quia nos, c. relata 2. §. cæterum, extra de testa. cum simil. per Calda. adductis d. conf. 2. vbi inquit, successionem clericatui nõ repugnare, nec illi esse incompatibilem, vt per eum; ideò iura clericum excludentia, debent intelligi strictè in fœudo vero, & proprio, quod est simpliciter feudũ, non autem in eo quod est feudum secũdùm quid, & habet mixtam alterius contractus naturam. Soci. conf. 252. visis, num. 19. libro 2. per l. hoc legatum, de leg. 3. Bald. & alij in l. 1. C. de success. edic. dispositio enim exorbitans loquẽs in casu simplici, non extenditur ad casum mixtum l. si ita scriptũ, cum ibi not. ff. de liber. & posthu. & latè habetur in l. 2. in prin. de verb. oblig. & in feudo Curt. iun. d. tracta. feu. 6. quæst. primæ par. nu. 32. & 33. at in casu nostro feudum habet admixtam naturam contractus censuarij, & non est propriè feudũ, vt per Paris. d. conf. 4. num. 13. & d. conf. 12. num. 20. & Gozad. conf. 56. num. 17. licèt in totum non sit contractus censualis, sed remaneat feudum, quia dominium directum non est translatum, tamen quia non est gratuitum, non est propriè feudum, vt planè tradit Ias. conf. 63. num. 3. lib. primo; cessante igitur consuetudine feudali debet succedere dispositio iuris cõmunis c. primo, de feud. cogn. secundũ quam clericus pariter succedit, sicut laicus, vt supra, & pro femina hoc quoque argumento vtitur Socin. d. conf. 257. colum. 3. Dec. conf. 396. nu. 6. & Paris. consil. 4. nu. 10. conf. 12. nu. 29. & Gozad. consil. 8. nu. 27.

Quartò moneor, quia etiam si esset feudum simplex, & proprium, pro quo solùm seruitium personale deberetur; quod ne quidem honestè per clericum posset explicari, tamen si non apparet ad illud explicandum electam fuisse industriam personæ, clericus à feudo non excluditur, sed per substitutum seruire potest; & sic seruitium præstare. Cald. d.

conf.2. Bal. d.l. quisquis, C. de episc. & cler. cum citatis per Fel. d. c. in præsentia, col. 23. 2. fall. vers. & vt intelligas, de prob. & vbicunq; in inuestitura fit mentio hæredis, non censetur electa industria personæ; quia industrialia ad hæredes non transeunt, vt ibi, per eum post Cy. d. l. quisquis, quod secundum Bal. ibi, post princ. est multùm notabile. Vnde cùm hoc feudum concessum fuerit, etiam pro filijs, ac descendentibus masculis, dominus non se restrinxit ad personæ industriam.

Quintò prædicta confirmantur, quia feudum paternũ ad omnes heredes transitorium, transit etiam in Monasterium Fel. d.c. in præsentia, vlt. limitatione, vbi ait ita communiter teneri, hoc est paternum, cùm fuerit receptum per patrem huius clerici, qui fuit auus defuncti, ergo &c.

Sextò, nam vasalli habentes similia feuda, nunquam consueuerunt præstare eas fidelitates, quæ enumerantur in d.c. 1. & seq. de for. fid. seu saltem ire in pugna pro domino, ergo censentur seruitia remissa, cùm ex longissimo tempore non fuerint præstita, iuxta not. in l. cum de in rem verso, ff. de vsu. in l. si certis annis, c. de pact. & tradit Roma. cons. 82. Ideò concessio est interpretanda de seruitijs præstari solitis, non autem de insolitis c. 1. vers. sicut debet esse qual. iur. deb. vasal. & ibi Docto. & deducit Soc. in d. cons. 257. & Paris. d. cons. 4. nu. 23. & cons. 12. nu. 30. Ideò stante ista desuetudine, nihil impedit quominus in feudo clericus succedat.

Vltimò considero in prima inuestitura infœudatum fuisse Boldrinum, qui, vt in ea dicitur, erat familiaris, & subditus Principis infeudantis. Ideò præstatio iuramenti fidelitatis non est intelligenda de iuramento, quod præstatur à vasallo. sed de eo, quod domino familiaris, & subditus præstat, quod dicitur iuramentum assecuritatis c. 1. & ibi no. qual. vas. iur. deb. vnde de tali iuramento hoc casu debet intelligi; maximè propter solutionem census annui, quæ non conuenit feudo, & ita in specie dicit Soc. d. cons. 257. colu. 3. Rui. d. cons. 42. nu. 7. Rube. cons. 11. nu. 6.

Non obstant contraria, quia primum procedit in vero ac pro-

proprio feudo, quo solùm personale seruitiũ debetur, quod per clericũ honestè præstari non potest, ita respondet Cald. d.consil.2. Doct. d. c. in præsentia. & d. auth. ingressi, quod constat etiam ex supradictis.

Secundum tollitur, quia Aret. Felin. & Afflict. loquuntur respectu Ecclesiæ, seu Monasterij, ad quod non transit fœudum condition itum, si iuramentum fidelitatis habeat, quia quò ad successionem retinet naturam feudi, quæ est, vt transeat in successores sanguinis. Iura autem sanguinis non transeunt in monasterium, secundùm Afflict. d.decis.320.nu.7. Si autem desit fidelitas, tunc non est feudũ, sed contractus censualis, vel alius, qui transit ad quemcunq; successorem, nos autem loquimur in clerico, in quo sunt iura sanguinis, & sic eo respectu potest in fœudo succedere, sed solùm impeditur seruire personaliter, quod impedimentũ non curatur in feudo conditionato, quamuis iuramentũ fidelitatis contineat, vt constat ex prædictis, & est de intentione omnium dicentium, feminam, & clericum succedere in fœudo conditionato, & in franco, cùm necessariò loquantur accedente fidelitatis iuramento, sine quo nullatenus esset feudum, sed alius contractus, vt etiam Aret. fatetur vbi supra.

Secundò respondeo, si etiam loquerentur in clerico, tamen necessariò essent intelligẽdi, quando feudum esset consuetum præstare personalia seruitia, secundùm Afflict. in c. 1. ex quib. caus. feud. amit. vel vbi in specie iuramentũ contineret seruitia personalia, quæ non possent explicari per clericum, aliàs non deberentur alia seruitia; vel saltem vasallus non teneretur in pugnam ire, licèt iuramentũ esset secũdùm formam fidelitatis, vt supra. Et licet in d.c. de no. for. fid. dicatur, vasallum teneri domino auxilium præstare, id tamen est intelligendum, secundum prædicta, quando ex consuetudine, vel pactó ob feudum huiusmodi seruitium deberetur, vel etiam si id esset ex communi natura feudi. Tamen impleretur si vasallus solueret hostenditias, absq; eo quòd in prælium ambularet, c.1. de cap. Corra. Vel etiam si ex communi natura feudi ad castra sese conferre personaliter tene-

retur, non tamen astringeretur, vbi feudum esset francum, vel conditionatũ sub annuo censu, vel certo seruitio, etiam per clericum explicabili, quia tunc apparet non esse electam industriam personæ, sed actum tacitè per substitutum posse impleri fidelitatis capitula, vt dixi, aliter non video quomodo Doctor. in contrarium citati sustineri possint.

Non obst. ratio Aret. quia respondet Socin. d. conf. 257. col. pen. & in l.Gallus, §. etiam, col.2. & seq. de lib. & posth. in alijs remanere fœudi naturam, quę non sunt consequutiua pacti appositi contra naturam fœudi, secus in his, quæ veniũt in consequentiam pacti; quia in eis fœudi natura non persistit. Vnde cũ hic facta sit alteratio respectu præstationis, & seruitij, etiam in non expressis circa præstationem, & seruitia, dicitur facta alteratio; & sic clericus succedat; sed circa alienationem, & amissionem fœudi, quæ non pendent à præstatione seruitiorum remanebit natura fœudi. & ita vult Roma. conf.70. col.2. & Parif. d.conf.12.

Tertiò respondeo, quòd saltem Aret. debet restringi non procedere, quando similia fœuda nunquam consueuerunt præstare tales fidelitates, vt hic, & quando in fœudo conditionato à familiari, seu subdito infœudantis iuratum est, vt dixi in vltimo fundamento. Quibus infero, non obesse Cyn. in d.auth.ingressi, quia similiter loquitur in Ecclesia, non autem in clerico, immo dum assignat rationem, quòd non est propriè feudum, præsupponit esse fœudum, sed minùs propriè, & consequenter loquitur stante fidelitatis iuramento, quia aliter nullo modo esset feudum, vt supra, & dum allegat rubr. de for.fid. & sentit, illum, qui se astringit ad dictum iuramentum, esse propriè vasallum, vt considerat Alexand in consi.9. lib.5. dico id esse verum, quando non debetur seruitium reale, quo debito præsupponit Cyn.non esse propriè fœudum, etiam stante iuramento. Idem dico ad Barba. in d. rubr. de fœud. Et ad Bald. in c.fin. colu.1. de cau.pos.& pp. & in l.liberti, col.vlt. C.de ope.lib.& licèt Alex. d.conf. dicat, habentem fœudum cõditionatum teneri ad id, ad quod verus vasallus, si de fidelitate iurauit, non tamen dicit eum esse

pro

propriè vasallum, nec per eundem modum teneri, falsum enim asseueraret, cùm per substitutum seruire possit, vt in 4. fundamento. Et quatenus Alexan. infert, quòd si tale fęudū sit pro masculis, & fœminis, habet locum text. in cap. 1. §. 1. Episcop. vel Abb. contrariū volūt Beluis. Aluar. & Mart. de Laude ibi, & refert Socin. d. cons. 257. col. 4. Vel, vt ipse dicit, illud est, quando nominatim conceditur masculis, & fęminis, secus si simpliciter concederetur ad certū seruitium, vt ibi per Soc. & dū Alexan. subdit, vasallum tali fęudo non priuari ob solutionis cessationē respondeo, in hoc varias esse sententias, vt per Afflic. d. c. 1. §. nec alia, ad fi. quæ fuit pri. cau. benef. amit. & Brun. d. cons. 41. Et dato, quòd illa opinio procedat, illud est, tū quia fęudū retinet suam naturam circa amissionem, licèt sit alteratum circa seruitiorum pręstationem, de qua nos loquimur; tùm etiam quia eo casu, vt euitetur caducitas, fauorabilior interpretatio est, quòd præualeat natura contractus censualis, vt clericus succedat, vt prædixi.

Nec est verum, quòd fęudū francum non transeat ad clericos, nisi sit sine fidelitate, quia contrarium supra est ostensum. maximè primo fundamento, & Curt. d. tractat. feud. chat. 19. nu. 5. videtur fateri, ita esse mentem Doctor. tenentium, fęudum francum transire ad fęminas, dubitat tamen ipse ob iuramentum fidelitatis; & pro solutione remittit ad Socin. d. cons. 257. Et quamuis Bald. in d. l. si plures, de condi. insti. loquatur de fęudo franco, idest sine fidelitate, non tamen ex eius dictis argumentum est sumendū à contrario sensu, quod si sit, cùm fidelitate, secus sit; quia esset falsum, per ea quæ supra dixi. Vel melius, Bald. ibi loquitur de fæudo franco, & libero omni respectu, ita, vt non sit fæudum, sed alius contractus, & transeat ad quoscunq; hæredes, etiam non sanguinis, & ad Ecclesiam; & istud debet esse sine fidelitate, vt supra, quæ si adsit, licèt fęudum sit liberum, & francū respectu seruitij personalis, tamen retinet naturam fęudi quantū ad alienationem, & alia, vt supra dixi. Et istam distinctionem facit Aret. d. consil. 14. & Dec. in d. cap. cæterùm,

numi .i.octauo, de iud. sed nihilominus fęmina, & clericus eius sunt capaces, ex quo non debetur seruitium personale, ex prædictis. Et quamuis Socin. d. consil.233.col.prima,dixerit, fœminam in feudo recto non succedere, quia in illo veniunt ea, quæ sunt de natura feudij voluit tamen secus in fęudo conditionato, prout est casus noster cuius dictũ etiam in feudo recto est dubitabile, quia in dubio non debetur seruitium personale, licèt debeatur fidelitas, secundùm Andr. de Isern. in cap. primo, ex quibus cauf. fęud. amit. & supra dixi.

Nec mouet tertium, nam statutum loquitur de religiosis Monasterium ingredientibus, non autem de clericis, qui ab eis differunt, vt probatur in cap. qui clericus, si de feu. fue. cõtrou. int. dom. & agn. vbi alternatiua ponitur inter diuersa. Bald. l. filiæ, prima oppo. C. de collat. Docto. l. 1. de rebus dub. Cum igitur statuti verba non conueniant, nec dispositio conuenit. l. 4. §. totiens, de dam. infect. c. indemnitatibus, §. penult. de elect. in 6. Dec. cons. 8. col. 1. cons. 11. nu. 10. Nec statutũ loquens de ingredientibus monasteriũ, est extendẽdũ ad clericos, in quibus militat minor exclusionis ratio. Calde. d. cons. 2. & conferũt quę latè dixi in princip. responsionum ad argumenta. Et statutum prædictum loquitur de habente feudũ, non autem de eo, qui vellet ad id succedere; vnde hic est casus omissus, l. commodissimè, de lib. & posthum. Bart. l. Gallus §. & quid sit tantùm, col. 2. eod. tit. Nec illud statutũ videtur satis tutũ, cùm præbeat occasionem remouendi personas à religione, §. sed & hoc præsenti, auth. de sanct. Episc. auth. cassa, C. de sacros. Eccles. c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de const. Ripa post Bar. & alios l. filiusfam. §. Diui, num. 81. de leg. primo, & alibi. Præterea statutum loquitur de feudo vero, & proprio, prout statutũ in casu vero, & proprio est accipiendũ l. 3. §. hæc verba, de nego. gest. vbi etiam Barto. in c. in nostra, extra de iniu. & ibi Inno. Barto. & alij l. quicquid astringendæ, ad fin. de verb. obl. statutum, ergo non procedit in casu nostro, vbi agitur de fęudo improprio, vt in tertio fundamento.

Ad

Ad vltim. respondeo, procedere in feudo nouo, ita intelligitur d. cap. prim. de natu. success. feud. sed non in paterno, seu antiquo; maximè in ascendente transuersali; qui omnino admittitur; tametsi de ascendente per lineam directam dubitauerit Aluar. in d. c. 1. de nat. suc. feu. sequitur Curt. d. tract. de feu. char. 25. nu. 45. in 3. limit. Quapropter, cum hoc non sit nouum, sed paternum; vt quinto fundamento, hic clericus non est ab eo excludendus, sed potiùs ad id de iure admittendus; prout ita dico, & consulo ex prædictis.

Ioannes Cephalus Ferrariæ legens.

# APPENDIX PRIMA.

HIS omnibus, signanterq; illis, quòd nullo iure Ecclesiasticorũ coloni collectari possint; neq; etiam pro illa parte, quæ illis remanere censetur solutis dominijs, & deductis culturæ, & massaritij expensis, more cæterorum negotiatorum: neq; quòd Ecclesiastici ligari possint laicorum legibus, & statutis, &c. necessariò subsequi debent duæ Appendices ante quam maiura claudamus.

Prima erit, quòd citrá nefariam Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis læsionem, nullo modo fieri possunt statuta per laicos super iure quærendo Ecclesiæ, & in eius præiudicium factaq; nulla, & inuallida sunt.

Secunda erit, quod citra nefariam similiter Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis læsionem, nullo modo vti non potest, nec debet quis amortizatione; quodam vid. statuto, quo cauetur ne bona perueniant ad Ecclesiam; siue inter viuos, siue in vltima voluntate, sine licentia Principis laici, & soluto certo iure amortizationis, quod penè idem esse videtur vti noua Constit. Med. lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus. & fideiubendo, ac soluendo certam pecuniæ quantitatem in acquirendo ab

do ab Ecclesia bona stabilia; vel fortè vti statutum itidē Med. volu. 2. cap. 484. §. Illa persona, &c. impediens professum in Religione capaci bonorum, tanquam ciuiliter mortuum à successione bonorum.

Quo circa de prima nunc sermo noster erit; ad cuius veriorem, & clariorem notitiam, & cognitionem primò adducemus rationes contra ipsam Ecclesiam pro tali statuto facientia, ac tandem eas ad nihilum redigentes resoluemus, validisq; fundamentis praiactis veritatem ipsam oculis pene corporeis subijciemus.

Quod igitur (vt ab aduersis initia sumamus) tale statutum rationabile, & iuri consonum sit opinati sunt multi, & inter alios Bald. in cons. 11. factum super, inter consilia Anchara. & in rubr. de constitutionib. Decius in c. Ecclesia S. Mariæ, num. 240. & seq. eod. tit. & in cons. 259. colum. 2. & consil. 271. colum. fin. vers. non obstat. Cardinal. in cons. 144. statuit ciuitas. Probus in additionib. ad Io. Monach. in c. quia, num. 13. de rescript. lib. 6. Addentes ad Abb. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in 2. lect. sub nu. 42. qui allegant adhoc Corn. in cons. 114. incip. Quamuis primo aspectu, vol. 2. Hyppolyt. Riminald. in cons. 369. num. 65. vol. 4. Marsil. singular. 194. magna differentia. Qui omnes concludunt statuto laicorum posse disponi super iure quærendo Ecclesiæ, illique fieri præiudicium in quærendis, licèt secus sit in quæsitis.

Mouentur autem quadam opinione receptissima inter Doctores, cateruatim, & sine discursu illam fundantes, videlicet, posse prælatum, qui aliàs est prohibitus, bona Ecclesiæ alienare, & sic iurauit, c. vt circa, & c. fin. de reb. Eccles. non alienan. præiudicare illi in quærendis, & non acquirere Ecclesiæ, quam opioionem in primis dixit Federic. de Senis, quem cæteri sequuti sunt, in cons. 9. Io. Andr. in c. 1. de sepultur. lib. 6. dicit, prælatum in acquirendo posse illi quandoque præiudicare, Abb. in c. tua, nu. 9. de his, quæ fiunt à maior. parte capit. & in c. quoniam, num. 4. vers. vltimò hic quæro, de decimis, & in c. verum, num. 28. de foro cōpet. & in c. verum, num. 3. de conditionib. apposit. & in c. potuit,

nu. 15.

nu. 15. vers. vnde solus prælatus, de locato. Decius vltra loca superiùs adducta, in c. pastoralis, num. 25. de exceptionib. & in l. seruus, num. 9. & seq. C. de pact. & in consil. 588. nu. 15. Geminian. in c. 1. colum. penult. in fin. vers. pone quòd prælatus, de rebus Eccles. non alienand. lib. 6. Mantua. in c. 1. de in integrum restitut. à num. 29. ad 32. Innoc. in c. 2. de donationib. & ibi Imola, loquens de legato facto sub conditione, quam si non adimplet prælatus, non debetur, & sic præiudicatur Ecclesiæ, quem in hoc refert, & sequitur Soci. in l. Termilius, num. 16. ff. de condit. & demonstrat. Bartol. in l. iubemus, in 2. nu. 4. C. de sacros. Eccles. & in l. seruus, C. de pact. Ias. in d. l. seruus, num. 2. & in l. si constante, num. 10. ff. solut. matrim. & in l. filiusfamilias, §. diui, num. 8. de legat. 1. & in l. legatũ, eod. tit. Vbi dicit esse communem opinionem, quod possit Prælatus non acceptando legatũ, præiudicare Ecclesiæ, Roman. in cons. 184. visis, & narratis, vbi quòd statutum prohibens mulieri alienationem bonorum, intelligitur de quæsitis, non de quærendis, idem dicit Imola in consi. 74. in casu præmisso. Berous in cons. 199. n. 31. vers. nec repugnat licentia, vbi quòd emphyteota non soluens, non cadit ipso facto, ideo solus Prælatus posset, recipiendo pensionem, remittere caducitatem, & sic præiudicare Ecclesiæ, quia non tractatur de non alienando, sed de non acquirendo, in quo potest fieri præiudicium, allegat Innoc. in d. ca. 2. de donat. Idem dixit in consil. 112. nu 9. & 23. vol. 1. & de hoc etiam per Cardinal. Florentin in c. potuit, de locat. & per Imol. ibi; colum. 26.

Sed certè ista ratio non firmat opinionem, pro validitate statuti. Nam quatenus Prælatus posset præiudicare Ecclesię, pro quantitate preiudicij poterit habere recursum super bonis ipsius Prælati, gloss. in c. placuit, in vers. perueniant, 16. q. 3. quam Felyn. æstimat singularem in c. contingit, nu. 5. vers. & si Ecclesia patitur graue damnũ, & hanc sequitur Archid. in d. c. placuit, & si Prælatus sine iusta causa non acquisiuit Ecclesiæ, tenetur de suo satisfacere, Abb. in cap. tua, circa finem, de his quæ fiunt à Prælatis. Item Rebuff. in tractatu

de re-

de rebus Eccles. non alienand. vers. Sextò dicit Prælatus, qui potuit quærere Ecclesiæ, & non quæsiuit, tenetur ad interesse, c. quicunque, & ibi gloss. 12. q. 4. & ibi gloss. in vers. aut neglectum, quæ dicit teneri ad similitudinem tutoris, ex regula l. quicquid, C. arbitr. tutel. Abbas in c. paternitati, de donationib. dicit: Prælatum patientem Ecclesiæ præscribi, teneri ad interesse in quantū Ecclesia est damnificata ex negligentia sua, sed hoc non potest fieri contra statuentes, ergo non est bona ratio. Et ideo si statutum laicorum posset fieri circa quærēda ipsius Ecclesiæ, & impedire nē quæreretur, corrigeret ius commune, quo disponitur dominium ipso iure transire in Ecclesiam absque traditione, l. final. C. de sacros. Eccles. l. 1. & ibi gloss. C. de donationib. quæ sub modo, sed statutum auferens Ecclesijs sibi competentia de iure cōmuni dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, Innoc. in ca. nouerint, de sentent. excommunic. & ibi Anton. de Butr. colum. penult. vbi quòd libertas magis tollitur in his, quę competūt de iure communi, cum alijs ad hoc allegatis per Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 7. & seq. de constitut. Bart. in l. cunctos populos, & in auth. cassa. & ibi per DD. & Addentes ad Bartol. qui alios congerunt. Item aut hic statuentes expresse disposuerunt circa quærēda ipsis Ecclesijs, vel Ecclesiasticis, & statuta non valent si de eis simpliciter faciant mentionem etiam concedendo beneficia per modum legis, si verò intulerint, vel minimū præiudicij, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, & statuentes incidūt in excommunicationem, Abb. in d.c. Ecclesia S.M. nu. 26. & nu. 37. Dec. nu. 197. Aut de eis non loquuntur expressè, sed generaliter, & nō possunt intelligere de ecclesiasticis, de quib. expressè non poterat disponere, c. à nob. de sent. excom.

Nec est vera illa opinio, quod Prælati possint præiudicare Ecclesiæ in quęrendis, & contrariā opinionē tenent Anchar. in c. vt circa, num. 6. de rebus Eccles. non alienand. Felyn. in d.c. contingit, num. 5. de senten. excom. qui dicit veriorem esse opinionem glossæ, ibi, in versic. iniuriosa, dicens. Ecclesiam nō posse facere conditionem suæ Ecclesię deteriorem,

Imol.

Imol. in c. 1. de reb. Eccles. non alie. & in c. tua nuper, in fin. vers. vltimo tangit hic, de his, quæ fiunt à prelat. Prepośit. in c. sine exceptione, num. 17. 12. quæst. 2. qui dicit hanc opinionem tenuisse Io. Calder. & Petrum de Perusio in d. cap. contingit, de senten. excom. per tex. in l. magis putó, §. fundum, ff. de reb. cor. Paul. de Castr. in d. l. legatum, de lega. 1. dicit Feder. de Sen. in d. consil. 9. consuluisse contra casum legis in d. l. magis puto, §. fundum. Rui. in cons. 123. col. 1. in fin. vers. & sicut videmus, vol. 3. qui dixit hanc esse communem opinionem, Alexa. in d. l. legatum, nume. 2. in fin. dixit hanc esse magis communem opinionem, Roma. in l. si is qui heres, §. neque filius, de acquir. heredit. Et potissima ratio huius verè opinionis est secundùm peritos, quia cum in Ecclesiam transeat dominium recta via, d. l. fi. C. de sacros. Eccles. cum alijs per Tiraquell. de priuileg. pie causæ, cap. 107 semper prelatus diceretur preiudicare in quesitis, nec habet locum titulus distinctionis in quærendis. Et licèt Abbas Alphonsus Villagut in decis. 15. vbi latè disputat de hoc articulo, sub num. 24. dicat predium pupillo debitum iure pignoris posse vendi, neq; esse casum Senatusconsulti prohibentis alienationem, per l. 1. Cod. de predijs minor. & sic arguit de pupillo ad Ecclesiam, vt vult glossa iuris ciuilis in §. ex maleficijs Instit. de actionib. & ibi per Aretin. & Ias. Tamen glossa iuris canonici in c. auditis, in vers. minoris, de in integr. restit. dicit Ecclesiam æquiparari minori viginta quinque annis, & non pupillo, per tex. in c. 1. eod. tit. Et si æquipararetur pupillo secundum Ciuilistas, hic procedit quantum ad prohibitionem alienationis, vt per Euerardum in loco à pupillo ad Ecclesiam, nu. 6. sed non procedit quantùm ad priuilegium acquirendi dominium sine traditione, quod habet Ecclesia, vt norũt periti, & caret pupillus. Neq; in d. l. 1. C. de pred. minor. tractatur de querendis pupillo, imo de distrahendo iure luendi, competente pupillo, ex causa necessaria, vigore pacti precedentis, saltem taciti, ex traditis per DD. in l. ordo, C. de execut. rei iudic.

Cum igitur dominium sit incorporatum Ecclesiæ statim absque

absque traditione, Doctores firmantes prælatum posse præiudicare in quærendis, voluerunt intelligere, vt illud dominium possit per possidentem prescriptione acquiri, ob negligentiam prelati, quod licèt potuisset fieri de iure cõmuni, quo sufficiebat præsumptus consensus, qui prescriptione poterat præsumi, sed hodie stante dispositione extrauagantis Ambitiosæ, de rebus. Eccles. non alienand. qua certa solemnitatis forma, cum consensu Papæ in alienationibus huiusmodi interuenire debet, consensus presumptus nõ sufficit, & ita nec præscriptio, Frecc. in 2. lib. de sub fœudis, q. 28. assensus, vbi quòd propter constitutionem regni prohibentem alienationem fœudorum, nõ sufficit consensus tacitus per prescriptionem inductus, & dicit Gondissaluus de Villadegio tract. de legato, q. 11. quòd hodie in casibus à iure expressis, & permissis, non licet alienare res cuiuscunq; Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, quia hoc est inductũ pro forma, & ideo consensus legati non sufficit, & sequitur Rodoa. in tract. de reb. Ecclesiæ nõ alie. casu 6. nu. 6. Huc etiam pertinẽt quæ decisa fuit per Caccher. decis. Pedemontana 165. vbi quando per nouam legem prohibentem alienationem est inducta noua forma, solemnitas alienationis nõ potest præscribi, quia defectus formæ constituit in mala fide, cum qua non potest stare prescriptio.

Deniq; predicta opinio, quòd prelatus possit preiudiciũ facere Ecclesiæ in quærẽdis, recipit varias declarationes per Dd. Bald. in l. pupillorum, nu. 2. C. de repudiand. vel abstinẽd. heredit. dicit: prelatus, perquisito, quòd hereditas delata Ecclesię sit damnosa, vel nimis subiecta vexationibus, potest eã efficaciter repudiare: tamen si est Ecclesia collegiata, requiritur consensus capituli: Idem Bal. in l. contra iuris, §. si curator, ff. de pact. dicit: Iste tex. est in argumentum, quòd legatum relictum Ecclesiæ, Rector Ecclesiæ non possit repudiare, sicut non poterit pacisci de non petendo, & si Federicus tenuerit contrarium, credo (inquit) si istud legatum esset vtile Ecclesiæ, quòd non posset repudiare, secus si contineret onus. Nam etiam in acquirendis, cum repudiatur, versatur

dam-

damnum, l. liberto octoginta, ff. de bonis libert. Idem dixit in l. magis puto, §. fundum, ff. de rebus eorum, & in l. fi. C. de acquir. & retinen. possess. in sua additione, in fi. Fely. in d.c. contingit num. 5. dat alias declarationes, aliàs etiam ponit Villagut. in d. decis. 15. nu. 27. ex quibus iura Ecclesiæ respectu istius articuli conseruantur illęsa.

Quare concludendùm est: primò ad memoriam redactis, & omninò seruatis nouissimis litteris Apostolicis de quibuscunq; bonis Ecclesiæ nullo modo alienandis. Neque hoc fundamentum huius statuti esse certum, neque statutum ipsum, pretermisso eodem fundamento posse subsistere, & laicos non posse præiudicium inferre iuribus ecclesiasticis, in quærendis, vt aiunt. Suppleat tamen, &c.

## APPENDIX SECVNDA.

VT autem subinde de Amortizatione supra prætacta, siue statuto, quòd bona non perueniant ad Ecclesiam, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, sine licentia laici Principis, & soluto certo iure amortizationis, quod pœnè simile diximus statuto ac Nou. Constit. Med. &c. pro breuitate clariùs loquamur, opere prætium duxi primò, quid sit, seu quęnam sit hęc armortizatio, ac quid per illam intelligatur in mediũ afferre, ac subinde ipsam nesfariam, nulloque iure dictante adinuentam, Ecclesiasticæq; libertati, & immunitati aduersantem ostendere.

Amortizatio itaq; est in manum mortuam translatio, iussu Principis facta, vt cõmuniter est intellectus hic terminus in Regno Franciæ, de quo per Aegidium in tract. de amortizationib. in princip. atque in Regno Valentiæ, vt per Petrum Bellugam in speculo Principum, rubr. 14. §. veniamus, nu. 2. Homines autem manus mortuæ appellantur Ecclesiæ, Capitula,

itula, Collegia, & Vniuersitates, ita dictæ, quòd nunquam moriantur, de Ecclesia quidem est text. in c. liberti, 12. q.2. Andr. & cæteri in cap. 1. de alienat. fœud. Afflict. in constitut. regni, incip. hac edictali, in 3. notab. Parif in conf. 101. num. 134. vol. 1 & nunquam possessio Ecclesiæ dicitur vacare, etiam mortuo Prælato, ex quo ipsa possidet, secundùm Bald. & alios in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. Parif. in conf. 24. nu. 7. volum. 1. Bursat. in conf. 30. nu. 46. volu. 1. Riminald. iun. in conf. 447. num. 29. volum. 4. eodem modo sunt ciuitas, vniuersitas, & collegium, quæ nunquam moriũtur, priuanturque domini spe iuris sibi competentis, quia ea corpora nunquam moriuntur, quamuis personæ, ex quibus existunt, moriantur, & deficiant, l. proponebatur, ff. de iudic. l. sicut, §. in decurionibus, ff. quod cuiusq; vniuers. nomin. l. grege, de leg. 1. inter stipulantem, §. sacram ff. de verborum obliget. l. qui res, §. aream, ff. de solutionibus, & ideo melius videtur posse dici amortizatio, quia res mori dicitur, cum nunquam ad dominum redeat, vt scribit Ioannes Bessiati in consuetudine Aruerniæ, cap. 27. della ordination deman morte, per totum.

In prædictis igitur locis prohibita est amortizatio non solùm generaliter, sed in multis casibus particularibus, vt de iure sororum Regni Valentiæ; quod bona de realenco non possint venire per successionem ex testamento, vel ab intestato in monachum, vel Monasterium, & quòd dominium in Ecclesiam transire non possit sine licentia Regis, de quo per Bellugam in d. rubr. 14. §. veniamus, num. 36. & quòd quando cõceditur licentia amortizationis, solui debeat certa pecunia iure amortizationis, vt per eundem Bellug. in d. rubr. 14. §. nunc videamus, num. 3.

Super eisdem amortizationibus in Regno Franciæ factæ sunt plurimæ ordinationes in preiudicium Ecclesiæ, tam generaliter, quàm specialiter, & plura arresta expedita ab anno Domini 277. hucusque, quæ recenset Aegidius in d. tract. de amortizationibus, per totum, ac etiam Ioannes Bessiati in d. consuetud. Aruerniæ, cap. 27.

Sed

Sed nemini dubium fore arbitror, huiusmodi amortizationes in præiudicium Ecclesiæ esse contra libertatem ecclesiasticam. In primis autem scire opportet, hanc opinionem tanquam veram etiam Doctores Gallos amplexos esse, Petrus Iacobus de Aureliaco in suis libellis, in tit. de causis, ex quibus vasallus debeat amittere fœudum, colum.26. versic: quidam vero, spretis iuribus, dicit. Et pro certo practici Galliæ in hoc grauauerunt Ecclesias regni, in quantum inuenerunt hoc, quòd Ecclesiæ non possint habere res immobiles in regno sine amortizatione, quod dictum refert, & sequitur Chassan. in consuetud: Burgund. rubr. 9. §.9. nu. 37. Mox probemus hanc veram opinionem rationibus, atque veris principijs iurisdictionis. Certum est huiusmodi foros, atque ordinationes specialiter prohibentia amortizationem fieri in Ecclesiam non valere, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vbi Abb. num. 37. Dec. num. 187. & late per Caccialupum in l. 1. num. 159. C. de summa Trinit. Abhorrent enim canones, vt laici, qui inferiores sunt, cap. solitæ, de maior. & obedie. condendo legem super ecclesiasticis, etiam in eorũ fauorem, vsurpent hanc iurisdictionem. Qua ratione statutum, quod homo manus mortuæ possit alienare hæreditagium hominibus illius conditionis, etiamsi esset fauorabile Ecclesijs, illas comprehendere non potest, in quas nullam habent laici facultatem legis condendæ, etiam priuilegium concedendo, Alexand. in conf. 211. num. 2. volum. 2. Item quòd sint contra libertatem Ecclesiæ, onera enim Ecclesiæ imponi nõ possunt, per quæ libertas ipsius tollatur, aut imminuatur, cap. 1. & cap. fin. de immunit. Ecclef. lib. 6. latè Felyn. post Abb. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & in cap. nouerint, de senten. excommunic. Capyc. decis. 161. num. 6. vt infra dicetur, & dicuntur huiusmodi fori, & ordinationes contra libertatem Ecclesiæ, tanquam factæ contra charitatem, ne Ecclesijs, & locis pijs aliquid acquiratur, vt dictum fuit in proximè prima Appendice, & quòd statutum prohibens ingredientem monasterium posse succedere, sit cõtra libertatem Ecclesiæ, reiecta distinctione Bartoli in l. fin. C. de pactis, qui est in hoc

communiter reprobatus, firmarũt Angel. Fulgos. Ias. & Dec. in d.l.si. Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligat. & in consil. 139. volum 2. Imola in cap. quamuis, de pact. lib. 6. Brunus in tract. de statuto excludente fœminas propter masculos, in 1. memb. 2. quæst. artic. 6. Socin. in cons. 81. in præsenti consultatione, col. penul. vers. sed restat, volum. 1. & in consil. 241. circa primam, vol. 2.

Statutum igitur, huius amortizationis, vid. quòd pro relictis Ecclesiæ soluatur amortizatio, &c. nullum, inualidumq; omnino esse affirmarunt primarij inter sapientiores iurium professores, inter quos Bald. in tract. de statutis, in vers. gabella, num. 10. & in cons. 132. casus quidam vocatus, volu. 3. Cardin. in cõs. 66. in dubio præmisso, circa fin. vbi quòd non valet statutum diminuens legata ad pias causas. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 193. de constit. & ibi Felin. nu. 94. latissimè disputat statutum non valere, quod de legatis ad pias causas soluatur gabella, & licèt eius disputatio respiciat casum, quando expresè diminuitur per statutum de legato prædicto: tamen idem est si tacitè sub generalibus verbis, per rationes sæpius inductas in præcedentibus, quòd nõ potest expresè fieri, nec tacitè intelligitur factum, cõfert etiam ratio Romani pro hac opinione in sing. 358. incip. Reuerendissimus, vbi quòd laici non possunt per statutum diminuere expẽsas, funerum, quia hoc esset resecare res pias, quod non conuenit eorum iurisdictioni, quicquid dixerit in hoc casu Octauian. Vulpell. in tract. de libert. Ecclesiastic. part. 1. numer. 8.

Sunt tamen qui contrariam sequuntur sententiam, ea moti ratione, quia lex, & pactum æquiparantur, & omne id, quod pacto fieri conceditur, à lege etiam, & Principe, qui est lex animata in terris, fieri non prohibetur, c. quę contra mores, distinct. 8. sed per pactum potest fieri, vt Ecclesia in quam transferuntur bona, teneatur ad gabellam, l. si quis ita, Cod. de pact. inter ęmpt. & vendit. cap. vtrum, de condit. appos. c. cum dilectus, de donationib. & scribit Socin. in cons. 12. volu. 4. ergo idem potest fieri per statutum. Ideo dicunt,

cunt, quòd quandò testator legat fundum Ecclesiæ, seu clerico, & disponit, quòd pro dicto fundo Ecclesia teneatur soluere collectas, tunc Ecclesia, & Ecclesiastici tenentur soluere, vt tenet Pet. de Ancar. in cons. 217. incip. dubium facit in prædicta quæstione, & post Felin. & alios sequitur Ioa. Ant. de Nigr. in extrauag. vnic. de vita, & honest. cleric. nu. 253 in tantum, vt si Ecclesia, cui sunt relicta onera sub prædicta conditione, non subeat onera, licitum sit laico propria auctoritate capere, Host. in c. dilectus, de donat. Host. & Io. Andr. in c. verum, de foro compet. & Nigr. post Ancar. & Feli. vbi supra.

Admissa limitatione vid. Ecclesiam teneri soluere gabellas de sibi relictis sub hac conditione soluendi. Felin. in d. ca. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 77. & in consil. 45. Afflict. in ti. quæ sint regal. §. & plaustrorum, num. 42. & in §. extraordinaria, num. 38. & seq. sed negatur ex ea conditione, & pacto posse inferri ad validitatem statuti. Quia vbi dominus paciscens perpetuũ imponit onus super rebus suis, licèt Ecclesia cũ illo onere res adipiscatur, tamen nõ potest dici læsa clericorum immunitas, neque Ecclesiæ libertas coarctata, quæ non est immunis à contractibus, sed quando bona Ecclesiarum à statutis, & legibus laicorum Principum ad huiusmodi cogerentur, secus esset dicendum, & Ecclesiæ libertas restringeretur; ergo de vno ad aliud non est arguendum, & ita respondet Abb. in cons. 26. vol. 1. quem sequitur in his terminis Cardinal. Alban. in tracta. de immunit. Eccles. num. 85. & quomodo argumentum non valeat de pacto ad statutum diffusiùs habetur volum. 1. nostro fol. 551. in cõs. Mar. Ant. Peregr. item vide de hoc Surd. in cons. 2. num. 8. & seq. vol. 1.

# Celeberrimi, ac Eruditiss. V. I. Consulti IO: BAPTISTAE SPADAE LVCEN. Aduocati Concistorialis, &c.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum

### EPITOME.

Nullo iure Ecclesiasticorum Bonorum coloni quicunq; tàm partiarij, quàm qui nummis colunt, tenentur ad collectas pro militum hospitatione, nec ad alia quæcunq; onera extraordinaria.

### SVMMARIVM.

1 *IN domibus Ecclesiarum non debent hospitari milites; proinde nec ad collectas pro tali hospitatione tenentur Ecclesiastici, nec eorum coloni.*

2 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

3 *Non tenentur coloni Ecclesiarum ad collectas pro hospitatione militum, ex beneficio concesso Ecclesijs, & eorum colonis.*

4 *Priuilegia clericorum faciunt pro eorum colonis, quia non sunt clericorum solùm personale, verùm etiam Ecclesiarum.*

5 *Ne dum in iure canonico, verùm etiam, & in iure ciuili habetur priuilegium immunitatis, & exemptio bonorum Ecclesiasticorum.*

6 *Priuilegium, & beneficium Ecclesiasticum transit ad eius colonos.*

7 *Collecta pro militum hospitatione nulla sunt; quia ponuntur ad quantitatem bonorum Ecclesiasticorum, potiùs quàm super fructus.*

8 *Non possunt esse uniformes ex defformitate fructuum.*

9 Item

9 *Item quia nedum exiguntur recollectis fructibus, verùm & antea; quod quale inconueniens sit, iudicet quisq;*

10 *Inconuenientes, sũt tales collecta, quia Ecclesia minus locat.*

11 *Probabilis perceptio fructuum non tollit læsionem Ecclesiarum.*

12 *Fructus Ecclesiastici dum sunt in eius solo, nullo modo taxari possunt.*

13 *Coloni Ecclesiarum non possunt collectari, nisi priùs soluto domino, & deductis expensis culturæ, ad quæ nunquam fructus, qui inde percipiuntur sufficiunt.*

14 *Coloni Ecclesiarum non tenentur ad collectas, quia imponuntur per as, & libram, vel saltem ad mensuram perticarum bonorum Ecclesiasticorum, quod sufficit, vt non teneantur, etiam si nulla alia esset ratio.*

15 *Federicus de Senis conf. 111. non loquitur de collectis fructuum dum sunt in fundo Ecclesiastico pœnes eius colonum, sed dum colonus eos ad ciuitatem asportando tollit de fundo Ecclesiastico, & eos separat, proinde ad ianuam ciuitatis tenetur gabellam soluere, & etiam num. 16.*

17 *Obseruata differentia inter gabellas, & collectas, adinuenietur colonos non teneri ad collectas.*

18 *Menochij fallantia ostenditur, qui pro sua opinione citat 26. Doctores, cum tamen maior pars eorum non loquatur de collectis, sed tantùm de gabellis ad portas ciuitatis.*

16 *Doctores delendi ab opinione Menochij, & cur pro illa nõ sint, ostenditur à nu. 19. vsq; ad num. 35.*

35 *Doctores contrarij opinioni tenentium colonos Ecclesiarum posse collectari, &c. sunt scientia insigniores, auctoritate, & numero maiores, puta saltem 46. & in libro Allegationum pro Ecclesia collectarum de Anno 1622. Bononiæ à Gattico sunt octoginta, vt ibi videre est, vbi singillatim enumerantur; vnde verior, & communior opinio est, quòd non possint collectari, & hoc etiam habetur sub nu. 36.*

37 *Aduersantium rationes adducuntur, & resoluuntur, vsque ad finem.*

CEleritas ſcribendi mihi impoſita, & aſſidua clientum interpellatio, qui in his vltimis noſtrorum Tribunalium audientijs litium ſuarum expeditionem deprecantur, & expectāt me cogunt, vt omiſſa longa diſputatione breuiter, & concluſiuè dicam, quid in propoſita quæſtione ſentiam, plenius ſi opus erit ſcripturus in maiori otio, & in longiore temporis dilatione.

Credo igitur colonos Eccleſiæ, etiam partiarios, vel qui nummis colunt, non teneri ad collectas, de quibus agitur, infraſcriptis tribus fundamentis.

1 Primò, quia dictæ collectæ, vt in facto præſupponitur imponuntur pro hoſpitatione militum; Ideò ſi coloni non tenentur ad hoſpitādum actualiter milites in domibus Eccleſiarum ab eis conductis, vt infra probabo, non debent etiam teneri ad collectas, quæ ea de cauſa imponuntur quia ſuccedunt, & ſubrogantur in locum dictæ hoſpitationis Abb. in c. non minus, in vltimis verbis de immu. Eccleſ. Bald. conſil. 408. ad euidentiam præmittendum eſt ante fin. verſ. 2. caſu lib. 5. & in l. etiam ad fin. C. de re iud. Rip. conſ. 1. num. 4. ſub rub. de muner. & honor. Idem Rip. in l. 4. in princ. nu. 30. & 31. de re iudic. Neuizzan. conſ. 66. nu. 33. Burſatt. conſ. 16. nu. 75. lib. 1. Clauarin. in conſ. in hac materia edito nu. 48. Senat. Pedem. relat. per Gaſp. Ant. Theſaur. in addit. ad deciſ. patris 116. in fine vbi loquitur in indiuiduo de collecta impoſita occaſione hoſpitationis militū, & hac ratione Rota in vna Corrigien. Gabellæ, coram Iuſto 27. Nouembris 1602. & 17. Maij 1603. tenuit Colonos Eccleſiæ, qui non tenerentur actualiter ad collectas, quæ erant impoſitæ pro tabellarijs ad portandas litteras, & pro alijs ſimilibus oneribus, ad quæ ipſi coloni non potuiſſent aſtringi, non teneri etiam ad collectas ea de cauſa impoſitas, & hoc eſt generale in omnibus actibus, & diſpoſitionibus, vt regulentur à ſua cauſa, vt in hac eadem materia dicit Bellon. conſ. 12. num. 3. & 4. Bald. in d. l. etiam ad fin. C. de exec. rei iud. latè Surd. conſ.
2 301. nu. 36. & ſeq. & Aym. conſ. 201. nu. 25. ſicut etiam re-

gula-

gulariter subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur l.si cum §.qui iniuriarum ff.si quis cautio.latè Gabr. de reg.iur. concl.2. in prin. & infra per totum.

3 Quòd autem Coloni Ecclesiarū non tenerentur ad hospitandum actualiter milites in domibus ab Ecclesia cōductis, probatur, quia hoc est priuilegium, seù potiùs beneficium reale concessum Ecclesijs, & earum bonis c. 1. & ibi glos. in verb. hospita. de immu. Eccl. c.iuxta sāctionem 16. quęst.1. Bart. in d.c.1. in 1.& 2. not. Abb. in 1. not.& nu.3. & cæteri omnes. Ludouic. Cat. inter cons. Rimin. Sen. cons.740 sub nu. 12. vers. tertiū est onus, & infra vers. circa primū Galligaul. cons.59. nu.70. Surd. cons. 301. sub num. 74. Leon. in Thesaur. for. Eccl. par.3. c.7.nu.119. & 120.adden.ad Thesaur. decis. 116. in fin.vbi refert ita fuisse decisum per Senat. Pedemōt. & in genere de similibus priuilegijs,seu beneficijs, quod sint realia trad.post alios Bursatt.cons.25.ver.5.& Rot. decis.23. nu.6. par.2. diuers.

4 Et propterea non subsistit responsio, quæ datur per Dominos exaduerso scriben. quòd scilicet hoc sit priuilegium personale Clericorum, & Ecclesiarum,sumpta ex d.l.1. in fi. C.de episc. & cler. tum quia d.l. communiter intelligitur de exemptione concessa non solùm personis, sed etiam bonis Ecclesiarum, vt clarè vltra alios ibi declarat Castr. in princ. ibi,quam etiam in bonis proprijs,& nu.3. & Canonistæ in d. c.1. de immun. Eccles.quatenus ibi glos.vlt.& cæteri omnes allegāt pro cōcordanti d.l.1.vltra quòd Doct.supra proximè cita.omnes,loquūtur in indiuiduo de hac receptatione militum in domibus Ecclesiarum, etiam detentarum à colonis.

5 Tum quia quicquid dicatur in ista l. 1. nos habemus canones expressè loquentes, etiam de bonis in d.c.1. de immun. Eccles. & in d. c. iuxta sanctionem 16. q. 1. & etiam in Iure ciuili habemus generalem exemptionem bonorum ecclesiasticorum in l. placet C.de sacros. Eccles.vbi Bart.in fin.& cæteri omnes sicut etiam habemus super hoc intellectu communem opinionem, vt patet ex doct. supra relat., & si hoc priuilegium, seu beneficium est etiam concessum Ecclesijs

 non

non potest applicari supradictum motiuum exaduerso factum, quòd scilicet censeatur côcessum domibus, quas ipsi clerici inhabitant, cum hæc inhabitatio non conueniat Ecclesijs; propterea necessariò dicendum est, quòd fuerit considerata qualitas bonorum an sint, vel non sint Ecclesia, non autem sola persona Clericorum, per supra dicta.

6 Si ergo hoc est priuilegium, vel beneficium reale omnes sine controuersia admittunt, quòd transit ad Colonos Abb. in c.ex parte de decim. S.M. cõs. 297. num. 6. lib. 2. Boss. de Principe nu. 174. Paris. cõs.69. nu.6. lib. 1. Bursatt. d. cõs. 25. nu.5. & 6. Zuccard. inter cõs. Rim. sen. cons. 739. num. 10. Rot. d. decis. 23. nu.6. par. 2: diuers. vndè sequitur, quòd nec etiam coloni Ecclesiarum tenerentur ad huiusmodi collectas ea de causa impositas, & in dictæ hospitationis locum subrogatas.

7 Secundò moueor, quia si benè cõsideretur qualitas istius collectæ, nos non versamur in terminis illius quæstionis, an Princeps laicus possit imponere collectas, vel alia onera colonis Ecclesiarum pro fructibus ab eis perceptis in bonis Ecclesiasticis, quia collecta de qua nũc agitur nõ potest dici imposita super fructibus cum respiciat, & reguletur secundum quantitatem bonorum ecclesiasticorum, hoc est, secundum quantitatem, & mensuram perticarum dd. bonorum, quæ à colonis laicis exsoluũtur hoc igitur casu collecta non dicitur imposita super fructibus, sed super bonis ad quæ verba ipsa diriguntur. Surd. d. cons. 301. sub nu. 89. & 90. & benè, etiam probatur ex Bald. cons. 408. ad euidentiam, sub nu. 1. lib. 5. vbi considerat an munus, vel collecta imponatur pro numero, & mensura iugerum. sequitur Bero. cons. 151. sub num. 6. lib. 3. vbi alios citat, & benè etiam Grat. consil. 130. num. 4. lib. 1.

8 Et clara est differẽtia inter impositionẽ factã super fructib' à colono recollectis, & factã super ipsis bonis à colono cõductis, nã impositio super fructibus non potest esse vniformis, quia sicut fructus sũt incerti, cũ aliquãdo plus aliquando minus, imo & aliquãdo nihil colligatur, necessariũ quoq; est, qđ

onus

onus impositum super fructibus varietur secūdùm illorum variationem, fecus autem est, quando onus imponitur super bonis, & habita ratione bonorum, quia tunc onus potest esse certum, & vniforme, cum quantitas bonorum sit semper eadem, nec varietur per tempora, vt etiam considerat Alex. cons. 68. nu. 3. & 4. lib. 2. cum ergo ista collecta sit semper eadem, & vniformis siuè consideremus medietatē bonorum conductorum, quæ vt mihi præsupponitur consideratur in territorio Mediolanen. siuè consideremus octauam partē, de qua dicitur haberi ratio in alijs territorijs eiusdem Ducatus Mediolanen. semper erit verum, quod est considerata quantitas perticarum, ex qua consideratione resultat, etiam vniformitas huius collectę, & proposita non potest dici, quòd huiusmodi collecta sit imposita super fructibus, cū verè fuerit imposita super quantitate terrarum, & ita in specie arguit Clauarin. in supradicto consi. nu. 32. & seq. & infra num. 73.

9 Et hoc etiam alio modo comprobatur, nempè quia ista collecta non exigitur post recollectos fructus à Colono, sed potest etiam in exigi ante recollectionem dd. fructuum, prout casus euenerit, vndè facile contingere potest, quòd colonus postquā soluerit collectam, nullos aut minimos fructus colligat, & ex hoc cognoscitur quod collecta non exigitur pportionabiliter, & respectiuè ad fructus, sed ad ipsā quantitatem perticarum, vt supra dixi, & sic colonus hoc casu soluisset pro fructibus quos non habet, & fortè nunquam habiturus est, contra vulgares regulas, quod scilicet collecta debetur solùm à Dominis, & possessoribus bonorum super quibus imponitur Bart. in l. si pœnes nu. 3. C. de agr. & cens. lib. 10. §. eos autem, vers. nullus, authen. de collect. & propterea Eugen. in alleg. cons. 96. nume. 13. dicit, quòd impositio facta colono intelligitur quādo habet fructus sicut videmus, quòd coloni decimantur postquam fructus perceperint, & pro rata fructuum perceptorum, c. tua nobis de decim. Eug. ibid. nu. 15. & seq.

Et hoc motiuum credo esse principaliter considerandū in

præ-

presenti disputatione, cum, vt audio, ex hoc resultet grauissimum præiudicium Ecclesiarum, cum earum coloni indistinctè cogantur ad soluendas huiusmodi collectas, siue non colligant fructus, siuè colligant multos, siuè paucos, vndè euenit, quòd coloni sæpè depauperentur propter huiusmodi collectas, nec illis remaneat vnde possint habere semen, & animalia, & alia necessaria ad culturam agrorum, & sic benè hic applicatur illa receptissima conclusio, quòd coloni non possunt grauari huiusmodi collectis quando etiam per indirectum læderentur ipsæ Ecclesiæ c. fin. de immun. Eccles. in 6. Bald. cons. 31. ante fin. lib. Syluan. cons. 9. nu. 7. Catus int. cons. Rim. Sen. cons. 740. nu. 12. in fin. Odd. cons. 70. num. 25. Surd. d. cons. 301. num. 74. & seq. Thesaur. for. Eccles. lib. 3. cap. 7. numer. 119. Bursatt. dicto consilio. 25. sub numer. 4.

10 Ex hoc etiam colligitur aliud grauamen Ecclesiæ, quia si non esset apposita ista collecta certa, & vniformis pro numero Iugerum seù perticarum, quod est onus certum, & indubitatum, sine dubio Ecclesiæ maiori pretio locarent earum bona, vt pulchrè considerat Bald. cons. 31. Statuto Ciuitatis Astensis sub nu. 2. lib. 1. Siluan. d. cons. 9. sub nu. 12. vbi alios cit. benè Gabr. cons. 161. nu. 3. lib. 2. Menoch. cons. 136. nu. 14. & 19. quod non potest dici de collecta imposita super fructibus, quia tūc colonus non grauatur vigore contractus conductionis bonorum quem fecit cum Ecclesia, sed grauatur extra causam d. contractus, & in re propria, vt magistraliter declarat Bald. quem alij sequuntur in d. cons. 31. sub nu. 2. quem inter alios sequitur, & benè declarat Syluan. cons. 9. sub numer. 19. circa med. versic. Et hanc conclusionem nostram.

Quibus non obstat, quòd ista taxatio facta in Ducatu Mediolani, siuè habita ratione medietatis, siuè octauę partis per-
11 ticarum fuerit facta respectu fructuū, qui probabiliter percipi possunt à colonis ex bonis conductis, quia iste modus calculandi non est iuridicus, cum manifestè resultet in præiudicium Ecclesiæ, saltem indirectè, & semper erit verum,

quod

quod grauantur bona Ecclesiæ in illa medietate, vel octaua
12 parte perticarum, quæ quidem perticæ terrarum sunt in dominio, & possessione Ecclesiæ, cũ colonus pro illa possideat iuribus vulg. & propterea in hac prætensa taxatione, & impositione benè applicatur dictum Bald. in l. omnes num. 8. C. sine cens. vel reliq. vbi dicit, quòd nõ debet dari via figmentis, & fictionibus in hac materia collectarum in præiudicium Ecclesiarum, &c. & ideò veritas fictioni præualere debet, neq; pro hac taxatione potest fieri fundamentum super dicta regula, quòd subrogatus assumit naturam, eius in cuius locum subrogatur, quia illa regula non habet locũ, quando res sunt diuersæ qualitatis. Cæphal. cons. 20. nu. 14. Gabr. de reg. iur. concl. 2. nu 66. in 6. limit. nec quando inter vnũ, & alium est diuersa ratio Gabr. ibid. nu. 76. in 11 limitat. hic autem est clara diuersitas qualitatis, & rationis, nempè quia fructus non sunt capaces collectæ certæ, & indubitatæ, cum ipsi sint omninò incerti, tã quò ad illorum recollectionem, quam quò ad illorum quantitatem, quantitas verò perticarum è contra sit omninò clara, & inuariabilis, & consequenter capax collectæ certæ, & vniformis, præterea in collecta imposita super fructibus non læditur, aut minùs læditur Ecclesia, quàm in collecta imposita habita ratione bonorum, cum ista propter suam certitudinem omninò cogat colonos ad conducendum pro minori pretio, quam conducerent, si bona non essent grauata dicto onere, qua in re Ecclesia dicitur lædi per indirectum, vt supra dixi per Bald. d. consil. 31. lib. cum concordantibus supra citat. in versic. Et hoc motiuum.

13 Et hæc comprobantur ex alia receptissima conclusione, etiam exaduerso ãdmissa, nempè quòd Coloni, quando grauari possunt super fructibus, debẽt tamen grauari deducta prius rata laborum, & expensarum Osasc. decis. 83. nu. 7. Eugen. cons. 96. nu. 11. & 20. & admittit etiam Thesaur. alleg. decis. 116. nu. 10. vers. quia respondetur; ideò antequam huiusmodi fructus colligantur impossibile est certò scire, & taxare, an colonus percepturus sit illo anno aliquis fructus, vltra

tra dictos suos labores, & impensas, & multò magis impossibile erit hoc taxare pro omnibus futuris annis vnica tantùm determinatione.

14 Et hic etiam applicatur aliud fundamentum cõmuniter traditum per Doct. in hac materia videlicet, quòd quando collecta imponitur per æs, & libram coloni non tenentur Siluan. conf.9. nu.16. Odd. conf.70. nu.7. & seq. & num.27. & 32. licèt enim iste impositio forte non possit propriè dici per æs, & libram, cum ista bona Ecclesiarum verisimiliter non sint registrata in publico catastro, tamen militat eadẽ ratio, cum ista collecta imponatur super bonis Ecclesiarum habita ratione ad numerum, & mensuram perticarum, qua ratione mouentur Doct. ad dicendũ, quòd coloni non tenentur ad soluendũ collectas impositas per æs, & libram, vt mòdò dixi, cum ergo eadem ratio militet in hac rata bonorũ Ecclesiasticorum; debet etiam in ea militare eadem dispositio l. illud ff. ad l. aquil. cum vulg.

Ex quibus in hoc secundo fundamento concludo, quòd licèt ministri Regij verbis profiteantur istas collectas impositas super fructibus, tamen apparet contrarium in facto esse verius, & hoc tantùm dici ad colorandam eorũ intentionem habendi scilicet collectas certas, & inuariabiles, quę non possunt haberi nisi imponantur super bonis, quorum quantitas semper est eadem, & inuariabilis, & propterea dicit Bald. in l. neque §. quod si nemo nu.5. ff. quod quisq; vniuers. nom. & Menoc. cons.[illegible] nu.16. lib.1. & Odd. cons.70. num.32. quod collectæ non possunt esse iustæ, certæ, & proportionabiles nisi imponantur super bonis immobilibus per æs, & libram.

Hoc igitur secundum motiuum per se solum ni fallor sufficit ad eximendos colonos ab ista collecta, cum tangant Ecclesias, & earum bona per supradicta.

15 Tertiò igitur, & vltimò moueor, quia dato etiam, quod hic caderet quæstio, an coloni partiarij, vel qui nummis colunt teneantur ad collectas ratione fructuum ab eis perceptorum, in qua quæstione illi, qui tenent opinionem affirma-

tiuam

tiuam contra colonos,solent pro eorum antesignano allegare Feder. de Sen. cons. 111. tamen adhuc credo negatiuam opinionem in hac materia collectarum esse communiorem & veriorem,nam Feder.de Sen. d.cons.111.loquitur de fructibus à solo separatis, & iam translatis in dominium coloni prout patet ex eius lectura, & illũ sic declarat Pet. de Vbald. cons.2.post tract.de collect.nu.10. sequitur Siluan.d.cons.9. sub nu.25.post Med. Ludouic.Catt.apud Rimin.Sen.d.cons. 740. sub num.12.vers. & vltra quòd, Eugen. d. cons.96.nu. 15. simile videmus in decimis,vt supra dicebam ad quas coloni nō tenentur nisi pro fructibus iam perceptis,& in eorum dominium translatis, vt supra dixi per cap. tua nobis, & per Eugen. ibid. concord. Purpur. consil.594. nu.3. & 4.

16 Præterea Feder. de Sen. d. cons. 111. loquitur de onere, quod debetur pro dictis fructibus ex facto ipsius coloni,non ex contractu inito cum Ecclesia,& exemplificat quando colonus portat fructus ad Vrbem, vel vult illos extrahere de territorio, tunc enim tenetur soluere gabellas impositas supradictis fructibus, vel super illorum extractione, aut super illorum contractu, & sic d. cons. Feder. de Sen. 111.declaratur secundùm distinctionem factam à Bald. in supra dicto cōs.3 r. quæ distinctio est magistralis in hac materia,vt etiam declarat Sil. d. cons. 9. sub num.19. circa med. vers. & hanc conclusionem nostram, &c. & omnes illum sequuntur, vt constat ex allegat. supra versic. Et hoc motiuum, &c. & versic. seq.

17 Et hinc etiam colligitur esse faciendam differentiam inter collectas,& gabellas,pro vt hanc differentiam expressè facit, illamq; probat Bursatt. cons.25. sub num.3.vers.quia primo respondetur,&c. & nu.4. & 5.& Festas. de collect. par.4. ci2 & num.56.& seq.gabellæ enim non sunt certæ, & inuariabiles, sed soluuntur plus,& minus secundùm quantitatem rerum, quæ portantur, vel venduntur, vel extrahuntur, collecta verò est certa, & vniformis habita ratione ad rem, super qua imponitur, non autem variatur ex facto hominum.

18 Vnde licèt in hoc articulo Menoch. de arbit. cas. 562. nu.

37. cau-

57.enumeret contra colonos 26. Doctores tamen reducendo rem ad terminos collectæ multò sunt pauciores, cũ multi ex eis non loquantur de collecta, sed gabella quæ debetur ex fructibus iam perceptis, & ex contractu, seu facto ipsius coloni, non autem ex contractu facto cum Ecclesia, ex hoc igitur numero delendo est in primis ipse Federic. de Sen. qui allegatur pro primo authore huius opinionis, quia loquitur de fructibus iam perceptis, & de gabella, quæ soluitur ex facto, vel cõtractu ipsius coloni, vt modò dixi iuxta prædictam distinctoinem Baldi d.cons.31.lib.1.

19 Delendus est Innocen. in cap. non minus, qui non loquitur de collecta, sed de angaria, & perangaria in solo aduẽtus Principis, à qua dicit non excusari colonos Ecclesiæ, quod nihil habet commune cum quæstione nostra.

20 Delendus est etiam Abb. in eod. ca. non minus sub nu. 14. quia ipse quoq: ibidem loquitur de angaria, & perangaria in d. aduentu principis.

21 Delendus est etiam Gemin. in c. quamquam ad fin. de cẽs. in 6. quia sequitur authoritatem Feder. Sen. d. cons. 111. & ideo ipse quoque ex hoc numero est delendus sicut deletur eius author. per supradicta.

22 Delendus quoq; est Salic. in l. vniuersi Cod. de vectig. & & comis. quia loquitur de vectigalib. quæ soluuntur ob transportationem fructuum de vno loco ad alium, & sic secundùm supradictam distinctionem Bald.

23 Aret quoq; in l. placet colum. 3. nu. 5. C. de sacros. Eccles. sequitur opin. Federic. de Sen. & ideò debet intelligi secundùm illum.

24 Capra reg. 96. numer. mihi 85. sequitur Federic. de Sen. & ideo debet ab isto numero excludi, cum eius authore.

25 Felin. in c. Eccles. S. Mar. nu. 99. de constitution. refert d. cons. Feder. de Sen.

26 Amouendus est etiam à d. numero. Bertachin. de gabell. par. 7. sub numer. 13. quia expressè loquitur de gabella soluenda pro fructibus ad instantiam portæ Ciuitatis.

27 Luc. de Penn. lib. 3. q. 17. C. de quibus muner. & præstat. lib.

lib. 10. arguit ab exemplo decimarum, & sic debet intelligi de fructibus iam perceptis à colono, de quibus decimæ soluuntur, non autem de non perceptis, neq; à solo separatis, vt supra dictum est.

28 Brun. de stat. excel. fœmin. artic. 8. nu. 110. post medium loquendo de emphyteota Ecclesiæ concludit, cum ista distinctione, quòd aut emphyteota soluit canonem æquiualentem parti dominicali, & tunc non tenetur ad collectas sicut non tenetur colonus, qui soluit partem dominicalē subdens, quòd pars colonica non tenetur ad collectas, aut emphyteota dicit ille soluit quid modicum, & tunc tenetur, & sic quantum attinet ad colonos ipse claris verbis tenet opinionem nostram, quòd pro portione colonica non teneantur ad collectas; Vndè iste auctor potius est connumerandus inter nostros pro vt infra illum connumerabo.

29 Boss. in tit. de Principe num. 121. pariter sentit de gabellis, vt colligitur sub ead. nu. 121. in fin.

30 Rip. in tract. de pest. rubr. de remed. ad conseru. vbert. expressè loquitur de gabella, & de prohibitione exportationis fructuum, vt patet ex eius lectura in 15. q. à nu. 124. vsq; ad num. 130.

31 Rolan. cons. 66. nu. 29. lib. 1. non loquitur de colonis ecclesiasticis, & cons. 61. nu. 15. lib. 4. expressè loquitur de gabella, & vectigalib.

32 Gabr. cons. 73. num. 5. lib. 1. in meo lib. nihil dicit de hac materia.

33 Bursatt. cons. 25. sub n. 3. & 4. expressè loquitur de gabellis faciendo differentiam inter gabellas, & collectas, vt supra adnotaui, & quòd collectas ibi sub numero 6. concludit ad fauorem nostrum, & ideò est inter nostros connumerandus.

34 Idem consil. 42. loquitur de contractibus, & oneribus, qui soluuntur ex fructibus ratione contractus, qui fiunt ab ipsis colonis de ipsis fructibus post illorum recollectionem iuxta supradictam distinctionem Baldus consil. 31. libr. 2.

Istis

Istis igitur authoritatibus. demptis ex numero recollecto per Menoc. d.cons. 562. nu.37. facto calculo apparebit paucissimos esse authores, qui in hac materia collectarũ teneãt opinionem contra colonos Ecclesiarum.

35 E contra verò si authoritatib. relatis per eundem Menoc. ibid. nu.46. tenentib. pro exemptione dictorum colonorum addantur infrascripti apparebit hanc verè esse communiorem opinionem, vt supra dixi

Doct. autem huic classi addendi sunt isti videlicet.

Albert. Brun. de stat. exclud. fœmin. artic.8. sub nu. 110. post med.

Natt. cons.409.

Odd. cons.70.

Eugen. cons.96.

Thesaur. for. eccl. d.par.3. c.7. nu.119. & seq.

Clauarin. in supra alleg. cons.

Surd. cons.301. nu.79. & seq.

Rot.decis.23. par.2. diu.

Et licèt aliqui ex d. Doct. loquantur de emphyteosi Ecclesiastica tamen eorum dicta multò magis applicantur ad colonos, qui nullum dominium nec possessionem habent, vt considerat etiam Eugen. d. consil. 96. numer. 22. & 23. & Odd. d. consil.70. nu.14. & 15. & num.35.ad fin.

36 Hanc quoq; opinionem esse veriorem probatur ex sex fundamentis adductis per Odd. d.cons.70. à num. 21. vsque ad num.31. vbi post d. numer.31. respondit ad contraria, & ex alijs 14. fundamentis adductis per Clauarin. in suo cons. supradicto quas rationes, & quæ fundamẽta hic trãscribere superfluum esset, cum apud eosdem authores facilè videri possint.

Ideò satis erit nunc particulariter respondere ad contraria, quæ deducuntur contra istos colonos.

37 Primò enim nõ obstat, quòd ius hospitan. milites sit onus onus patrimoniale, & quòd propterea etiam Ecclesia ad illud teneatur, quia primò hoc non pertinet ad præsentem disputationem, nam hodie non quæritur, an Ecclesia teneatur hospi-

hospitari milites in suis domibus; & consequẽter an teneãtur ad collectas ea de causa impositas; Imò præsupponitur, Ecclesias non teneri, prout verè non tenentur, nec huiusmodi collectæ ab eis prætenduntur, sed solùm disputatur an teneantur earum coloni pro rata fructuum ad eos spectãtium qua in re solum considerandum est, an priuilegiũ concessum Ecclesiæ sit reale, vel personale, vt transeat, vel non transeat ad colonos.

Secundò, satisfaciendo etiam huic obiectioni respondetur, quòd hoc onus patrimoniale, vltra quod est extraordinarium, & superindictum est onus de re, vel in re, vt in indiuiduo de hospitatione militum dicit Ludouic. Catt. apud Rimin. Sen. d. cons. 740. sub nu. 12. vers. tertium est onus reale, &c. sequitur Surd. d. cons. 301. sub nu. 90. pro istis autem oneribus patrimonialibus, quæ debentur de re, vel in re præsertim si sint extraordinaria, Ecclesia non tenetur vt ibidem concludit Catt. vers. circa primum, &c. & sequitur Surd. loc. proximè cit. & magistraliter post alos declarat Abb. in c. non minùs in col. 4. ad fin. vers. sed ego distinguendo de im. Eccl. & ideò ad effectum, vt Ecclesia teneatur non sufficit dicere, quòd hoc sit onus patrimoniale, sed debet etiam dici, quòd sit extraneum à re, & quòd fuerit impositum rei antequam perueniret ad Ecclesiam, quod propriè dicitur tributum, vt per Doct. proximè citat. licèt etiã in Italia huiusmodi tributa debeantur, vt per Abb. in d. c. non minus nu. 16. & per glos. & alios in l. omnes C. fin. cens. vel reliq.

Ad hunc igitur effectũ non sufficit, quòd bona antequam deuenirent ad Ecclesiam, possent grauari hoc onere hospitan. milites, quia ista possibilitas, & ista facultas non sufficit ad grauandam Ecclesiam de futuro, sed debent ista onera esse actualiter imposita, & facultas redacta ad actum antequam bona ad Ecclesiam peruenerint, quia statim quòd ad illam peruenerunt, sunt exempta ab huiusmodi oneribus in futurum imponendis, vt post Innoc. & alios dicit Abb. in d. c. non minus sub nu. 16. vers. ad alia autem onera, & benè declarat Bald. viden. in d. l. omnes sub nu. 8. C. fin. cens. vel re-

liq. vbi dicit, quòd licèt facultas grauandi bona sit concessa antequam bona deueniant ad Ecclesiam per legem generalem, vel per statuta forma tamē grauaminis imponitur postquam bona ad Ecclesiam peruenerunt, & consequenter ista forma postea superueniens non obligat Ecclesiam, & ità, etiàm generaliter concludit Bursatt. post alios consil. 42. numer. 7.

Sic etiam non obstat, quòd exemptio ab hospitatione militum sit personalis per l. 1. in fin. Co. de episc. & cler. quia vt supra in princ. demonstratum est communiter tenēt omnes illam esse realem, præsertim cum in hac materia sit attēdendum Ius canonicum, in quo expressa sit mentio de bonis, vt supra dixi, & propterea non obstat, quod si ista bona sæcularizentur, remaneant subiecta huiusmodi oneribus laicorū, quia Doct. non dicunt, quod bona sint simpliciter libera ab istis oneribus, sed considerant illam qualitatem, quod sint bona Ecclesiarum, vel Clericorum, ideò nil mirū si quando exeunt de dominio Ecclesiarum, vel Clericorum tenentur ad huiusmodi onera, quia tunc in eis deficit ista qualitas ecclesiasticalitatis.

Non obstat responsio, quæ exaduerso datur ad supradictum primum motiuum, videlicet, quòd collecta assumit naturam illius oneris in cuius locum subrogatur: respondetur enim exaduersò, quòd hoc modo duplicaretur priuilegium, sed hæc responsio non subsistit; quia hoc priuilegium nō duplicatur, sed loco vnius oneris aliud subrogatur, & quatenus exaduerso ad colorandam supradictam responsionē dicitur quod in hospitatione militum non disponitur de proprietate, sed de vsu, respondetur quod etiam iste vsus est prohibitus in domibus Ecclesiarum, & Clericorum per d. cap. 1. de immun. Eccles. & per d. c. iuxta sanctionem 16. q. 1. cum aliis supra in prin. cit. vltra quod etiam in ipso vsu non parum lęderetur Ecclesia; tum quia experientia docet, milites malè versari in huiusmodi hospitationibus, & post eas domos multum deteriorari, tum quia coloni expulsi, vel turbati in d. hospitatione nō possunt, vt par esset, incūbere culturę bonorū

Tol-

Tolluntur etiam ex supradictis alia motiua exaduerso adducta in alia informatione impressa.

Et primò illud, quòd hoc priuilegium concessum personis pro rebus cessat quando bona perueniunt ad sæculares: respondetur enim quantum attinet ad bona stabilia, illa in casu nostro non exijsse, neque de dominio, neque de possessione Ecclesiæ, quo verò ad fructus ipsos verè non esse considératos in hac collecta cum nondum præsupponātur percepti, & Doct. exaduerso alleg. loquuntur de fructibus perceptis, & de gabellis, & alijs oneribus expresè impositis supradictis fructibus.

Secundum pariter non obstat, videlicet, quod priuilegia sint strictè interpretanda, tum quia hoc non est propriū priuilegium, sed beneficium l. fin. de const. princ. c. olim, & ibi glos. Abb. & alij de verb. signif. tum quia hæc non est extensio, sed comprehensio, cum iura canonica, vt supra dixi, loquantur expresè de bonis, & priuilegium concessum super bonis dicitur priuilegium reale, quod de sui natura comprehendit etiam colonos, vt supra dixi per Bursatt. in alleg. cōs. 25. nu. 5. cum alijs cit. suppra post princ. vers. quod autem Coloni, &c.

Non obstat tertium, quòd fructus separati a solo sint proprij ipsius coloni, quia ex supradictis colligitur duplex responsio: primò, quòd licèt sint coloni, tamen illos habet ex contractu locationis inito cum Ecclesia, & propterea illos habere debet immunes nisi ipse aliter super illis contrahat, vel disponat iuxta magistralem doctrinam Bald. supra sępius citatam in alleg. cons. 31. lib. 1. 2. quod verè ista collecta non potest dici imposita super fructibus licèt hoc dicatur ad colorandam hanc collectam impositam super certa quantitate perticarum bonorum ipsius Ecclesiæ.

Non obstat quartum motiuum de prętensa negociatione, quia si hoc intelligitur de negociatione, quam fortè faciunt coloni de dictis fructibus iam recollectis, vel illos vendendo, vel extrahendo, vel portando ad Ciuitatem, quibus casibus debet solui gabella non contradicimus, sed si intelligitur de

fructibus simpliciter recollectis in fundo Ecclesię de quibus colonus non negociatur, sed illis vtitur pro vsu suo, & suæ familiæ, nullo modo potest applicari hoc motiuum de negociatione ad trad, per Bursatt. in allegatio. consil. 42. numer. 8. & 9.

Non obstat quintum, quòd scilicet mutata conditione personæ censeatur mutata conditio rerum, quia quò ad bona stabilia non est mutata conditio personæ, quo verò ad fructus iam dictum est, quòd ista regula non procedit, cum percipiantur ex contractu facto cum Ecclesia iuxta dictum consi. Bald. 31. lib. 1. vltra quòd ista collecta non est imposita super fructibus per supradicta.

Non obstat argumentum 6. loco sumptum ab emphyteota quia vltra, quòd etiam in emphyteota non est omninò resolutum, quòd teneatur ad collectas, cum cōtrarium acerrimè defendat Siluan. cons. 9. Eugen. cons. 96. & Odd. cons. 70. qui multos alios refert nu. 30. non potest sumi argumentum de emphyteota ad colonū propter diuersitatem rationis cum colonus non habeat neque dominium, neque possessionem, & licèt habeat dominium fructuum, tamen illud habet ex contractu facto, cum Ecclesia iuxta dictum consil. Bald. 31.

Ad septimum, quòd hoc priuilegium exemptionis non sit reale, sed personale, fuit responsum supra vers. sic etiam non obstat, quod exemptio, &c. quòd scilicet communis opinio est in contrarium, vt etiam plenè demonstratur supra post prin. vers. quod autem coloni, &c.

Non obstat octauum fundamentum, quòd separatorū debeat esse separata ratio, tum quia hoc non procedit in fructibus, vt sæpe dictum est.

Deniq; non obstat nonum fundamentum factum super cōmmuni opinione sumpta ex Doctoribus cōgestis per Menoc. de arbit. d. cas. 562. num. 37. iuncto etiam num. 46. quia supra diligenter considerando singulos Doct. per Menoc. ibi congest. satis superque ostēsum fuit communiorem opinionem esse pro colonis.

Minus

Minus obstat vltimum motiuum factum super consuetudine, & obseruantia; quia ista consuetudo, quatenus probaretur non esset habenda in aliqua consideratione, quia est onerosa Ecclesijs, & contra libertatem ecclesiasticam c. penult. de consuet. in 6. c. quamquam de cens. eod. lib. c. clerici, & ibi glos. in verb. consuetudine de iudic. & in dictis locis Doct. in puncto, ità dicit Abb. in d. c. nō minus sub nu. 17. vers. non tamen valebit consuetudo. Rolan. cons. 23. nu. 9. & seq. lib. 2. & plenissimè Surd. d. cons. 301. numer. 52 & seq. præsertim cum ista exemptio competat Clericis de Iure Diuino d. c. non minus, & ibi omnes de immun. Eccles. Petr. de Vbald. d. cons. 2. post suum tract. de collect. nu. 5. & Surd. d. cons. 301. eod. num. 52. & plur. seq. & alij passim, vltra quod nec etiā hic potest allegari immemorabilis, nec etiam quadragenaria, aut triennalis consuetudo, cum tractetur de collectis nouiter impositis à Gubernatorib. Mediolani à 30. annis citra, vt in memorialibus facti.

Quare, &c.

Io: Baptista Spad. Aduocatus.

## Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum
## EIVSD. CELEBER. ET ERVDITISS. AVCTORIS
## In eadem Causa Ecclesiasticę Immunitatis.

Coloni ecclesiasticorum nulla ratione collectari possunt pro octaua parte colonica, vid. pro ea parte, quæ illis remanere censetur solutis dominis, & deductis expensis massaritijs ad instar cæterorum negotiatorum; siue pro quacunque alia re ad ipsos spectante, maximè dum fructus sunt in solo Ecclesiastico.

*SVMMARIVM.*

1 *Cognoscere quis volens num coloni Ecclesiasticorum teneantur ad collectas pro militari hospitatione, consideret, non pecunia qua soluitur, sed causa, & origo pro qua soluuntur collectæ.*

2 *Rota Romana, Senatus Pedemontanus, ac alij senserunt colones Eccl siasticos non teneri ad collectas.*

3 *Fallacia est, quòd collectando colonos Ecclesiasticos, onerentur ipsi tantummodo, siue eorum pars colonica, &c.*

4 *Colonos Ecclesiasticos collectantes attenta doctrina Federici de Senis consil. 111. falluntur, nam ipse (vt videre est) non loquitur de Collectis.*

5 *Antonij Thesauri deffensio, quòd coloni ecclesiastici non teneantur ad collectas.*

6 *Ratione probatur, colonos Ecclesiasticos non teneri ad collectas.*

7 *Decretum quòd bona transeant cum suo onere, non est intelligẽdum, quod transeaat cum onere collectarum hospitandi milites.*

8 *Quòd domus Ecclesiarum habitentur à colonis laicis, non conuincit, quòd ab hoc collectari debeant, ac milites hospitentur; neq; de iure collectas illis esse imponendas, tanquam subrogatis, & numer. 9.*

10 *Ostenditur fallantia verbalis collectantium Ecclesiasticos colonos simulantes non collectare bona Ecclesiastica.*

Fru-

FRustra ni fallor laboramus in perquirenda communi opinione in illo difficili articulo generali, & in abstracto, an scilicet Coloni Ecclesiarum pro portione colonica teneantur ad collectas impositas à Principe sęculari, cùm ista controuersia possit decidi ex alijs specialibus circunstantijs, quæ in hac nostra collecta cõcurrunt, quas ideò premissi in alia mea responsione, vt si animus Illustrissimorum DD. MM. in illis conquiesceret, vt spero, leuarentur ab onere discutiendi supradictum generalem articulum, de quo ibid. in vltimo loco dixi, & infra etiam aliquid tangam respondendo ad contraria saltim in folio sæparato, si propter nimiam scripturæ prolixitatem id expedientius, & commodius visum fuerit.

Credo igitur quòd ommissa d. disputatione in genere, & in abstracto controuersia ista possit decidi speciali argumento sumpto ex vi subrogationis, cum collecta, de qua agitur pręsupponatur imposita loco actualis hospitationis militum, & propterea sicut Coloni Ecclesiæ non tenentur ad huiusmodi hospitationem in domibus Ecclesię; ità pariter non tenentur ad collectas hac de causa impositas, vt ex communi opinione probatum esse existimo in alia mea informatione, & breuitatis causa hic non repeto.

1 Huic autem argumento non obstat responsio, quæ nunc exaduerso datur, & primò quod Feder. de Sen. cons. 111. & alij sequaces loquuntur de onere explicando de substantia Coloni, quia etiam Doctor. adhoc propositum citati in alia mea responsione loquuntur de collectis soluen. ex substantia Colonorum, vel aliarum personarum, alioquin obligatarum ad collectas, & nihilominus cõcludunt, quòd si collecta imponitur in locum alicuius oneris ad quod illæ personæ non tenebantur illæ quoq; personæ non teneantur ad collectam occasione illius oneris impositam, per regulam subrogatus supradictam quia non consideratur pecunia quæ soluitur pro collecta, sed causa, & origo propter quam soluitur, vt inter alios in prædicta mea responsione cit. benè explicat in



spe-

specie Bald. in alleg. l. etiam propè fin. C. de exeq. rei iudic. & in his terminis de collecta imposita causa hospitationis, qd ad eam non teneantur coloni Ecclesię per d. reg. subrogatio-
2 nis tenuit Senatus Pedemontanus, vt refert Gasp. Ant. Thesaur. in additione ad decis. patris 116. in fine, quæ sola authoritas deberet remouere Ministros Regios ab hac eorum prætensione ne pietate, & religione cedat Senatui Pedemontano præsertim, cum eandem quoq; opinionem bis tenuerit Rot. Rom. in alleg. decisionib. Corrigien. Gabellæ coram Iusto, cuius opinio seruanda est propter authoritatem illius Tribunalis, quod in dubijs disputationibus communem opinionem constituit; vt post Imol. Bursat. & alios trad. Sarnen. in prohem. reg. Canc. q. 2. vers. 4. pro ista parte, & c. Grauat. ad rest. lib. 6. c. 1. nu. 18. Contard. de moment. rub. de intell. sub nu. 7. Gab. cons. 32. nu. 26. lib. 2. Honded. cons. 66. num. 10. lib. 2. faciunt trad. per Gutier. can. quæst. lib. 1. q. 33. nu. 35. in fin.

3 Non ob. responsio data ad d. decis. quòd scilicet loquantur de collecta imposita super bobus Ecclesiæ nō autem Coloni; Tum quia hoc non potest colligi ex d. decis. quia solum considerat, quòd boues erant destinati ad culturā agrorum Ecclesiæ, & sic considerat illorum vsum, & destinationem non dominium, & quæstio illa fuisset de indubitabili si bonis fuissent de domo Ecclesiæ. Tum quia quia quicquid sit de hoc nihil refert in articulo de quo strictè nūc loquor, hoc est de collecta subrogata in locū alterius oneris, in quo satis est, quòd Rota in d. decisionibus secuta fuerit hanc cōclusionē, quod scilicet ad collectas subrogatas in locum alterius oneris teneantur, vel non teneantur illi, qui ad illud onus poterant, vel non poterant compelli.

4 Neque huic conclusioni ob. sæpè allegatum cons. Feder. de Sen. 111. cum suis sequacibus, quia ipse nō loquitur de his collectis subrogatis in locum alterius oneris, nec de hac subrogatione vllum prorsus verbum dicit, sed loquitur de collectis per se principaliter impositis, quæ differunt ab istis collectis subrogatis in locū alterius oneris, vt pulchrè distinguen.
de-

declarat Bald. conf.408. ad euidentiam sub nu.3. verf. super hoc sic dicendum est, & c. lib. 5. & ex his, quę exaduerso allegantur super quæstione supra dicta generali, & in abstracto aliquem non inuenio, qui contrarium dicat in his collectis subrogatis.

Et in hoc articulo nihil refert, quod fructus recollecti pro parte colonica transeant in dominium coloni, quia vt dixi in hac re non cõsideratur, de qua pecunia collecta soluatur, sed attenditur causa, & origo propter quam soluitur, & ideò Coloni Ecclesiarum non debent cogi ad soluendum, etiam de proprijs pecunijs huiusmodi collectas impositas causa hospitationis militum, ad quam ipsi non tenentur, vt modo dicam.

5 Quòd autem Coloni Ecclesiæ nõ teneantur ad huiusmodi hospitationes militum in domibus conductis ab Ecclesia, in indiuiduo censuit Senatus Pedemon. relatus per Gasp. Ant. Thesaur. in supradicta decis. ad decis. onera patris 116. in fine licèt ipse in tota illa additione accerrimè defenderit, quòd in collectis principaliter, & per se indictis Coloni Ecclesiæ teneantur pro eorum portione colonica, idem in specie dicit Natt. conf.409. nu.3. Thes. for. Eccles. par.3. ca.7. nu.119. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 3. nu.511. & & 122. Surd. conf.301. sub nu.9. & alij in alijs informationibus, & responsionibus cit. qui omnes, vt dixi, loquuntur in indiuiduo de exemptione colonorum ab hospitatione militum in domibus Ecclesiarum.

6 Quòd etiam optima ratione probatur nempè quia exemptio ab hospitatione militum est exemptio realis concessa, scilicet ipsis domibus Ecclesiarum, vt dixi in alia responsione, & probatur in c. 1. de immunit. Eccles. in ipso initio vbi verba diriguntur ad domos ibi, vt in domibus Ecclesiarum, &c. & in c. iuxta sanctionem 16. q. 1. vbi verba diriguntur ad fundos, quod est proprium signum ad cognoscẽdum an immunitas, vel priuilegium sit reale, vel personale gloss. in Clem. 1. in verb. excolendas de decim. ibi Card. Imol. & alij Rot. decis.4. de priuil. in antiq. cum alijs cumulatis in decis.

23. nu.6. par.2. dui. quib. addo Bursatt. cons.25. nu.5. & ita hanc immunitatem de domibus Ecclesiarum intelligũt omnes in d. c. de immun. Eccles. & in specie Butr. & Abb. in 1. & 2. not. & alij concord. cit. in alia mea responsione quibus addo Luc. de Penn. in l. fin. ibi, sunt & domus, &c. C. de metact. lib. 12. vbi allegan. in spec. l. 1. C. de episc. & Cler. tenent illam eximere domos Ecclesiarum; vnde sequitur exeptionem illam esse realem non personalem, & sic apparet hunc esse communem intellectum illius legis, à quo in iudicã. non esse receden. per nouas, & singularos interpretationes, & quando etiam d. lex prima posset recipere aliquam dubitationem circa hoc; tamen cum habeamus ius canonicum clarum in d. c. 1. de immun. Eccles. vbi etiam glos. & Doct. ita interpretantur d. l. 1. citãn. illam pro concordanti non debet in hac materia recedi à d. dispositione iuris canonici præsertim cum etiam in iure ciuili habeamus generalem exemptionem bonorum ecclesiasticorum in l. placet C. de sacrosan. Eccles.

Si ergo ista exemptio ab onere hospitan. milites est realis concessa scilicet domibus Ecclesiarum, sequitur quòd illa transeat, etiam ad colonos Ecclesiarum, vt per Glos. in d. cle. 1. in verb. excolendas de decim. quam ibi omnes communiter sequuntur, Burs. d. cons. 25. num. 5. & 6. Rot. d. decis. 23. nu. 6. par. 2. dui.

Quibus non ob. quod ista collecta non sit solùm imposita pro hospitatione, sed etiam pro salgamo militibus præstãdo, quia primò respondetur hoc esse per DD. Aduersarios probandum per exhibitionem impositionis huius collectæ præsertim, cum præstatio salgami sit de iure prohibita, vt in l. vnic. C. de salgam. hosp. non præst. lib. 12. & ibi scrib. Secundò, quia adhoc salgamum quatenus aliquo iussu Principis non tenentur nisi illi, qui milites hospitantur, cũ sit quid accessorium ad hospitationẽ, vt in d. l. vnic. C. de salg. hosp. non præst. Ideo ille, qui non potest cogi ad hospitandum non poterit, etiam cogi ad præstandum salgamum, cum accessorium sequatur naturam, & conditionem sui principalis

reg.

reg. accessorium de reg. iur. in 6. Tertiò, quia si ex hoc capite collectarentur Coloni Ecclesiæ, esset manifestè contra immunitatem Ecclesiasticam, quia coloni Ecclesiarum plus grauarentur, quàm coloni laicorum, vel quia coloni laicorum non grauantur pro hoc salgamo, sed solùm pro hospitatione, vel quia si Coloni laicorum grauantur puta pro octo perticis terrarum causa hospitationis, & salgami simul, Coloni autem Ecclesiarum grauarentur eadem quantitate pro salgamo tantùm, quod vt dixi secundùm omniū opinionem esset contra immunitatem Ecclesiasticam Feder. de Sen. d. cons. 111. Thesaur. decis. ad fin. & admittunt etiam Domini exaduerso scrib. vltra quod hoc casu esset recurrendum ad supradictam quæstio. generalem, an Coloni Ecclesiæ possint collectari à Principe laico pro parte colonica de quā etiā infra aliquid dicam.

7 Sic etiam non potest dici, quòd istæ domus Ecclesiarum fuerint grauatæ hoc onere hospitan. antequam deuenirent ad Ecclesias per l. 3. C. de mun. lib. 10. & l. qui originem §. eos milites ff. eod. tit. & quòd propterea istæ domus transiuerint in Ecclesiam cum isto onere, quia si hoc genus argumenti subsisteret, etiam alia bona stabilia transissent in Ecclesiam cum similib. onerib. quæ fuerunt indicta ab ijsdem legib. de quib. in l. 2. eod. tit. C. de muner. lib. 10. & in l. munerum §. patrimonium ff. eod. tit. & tamen huiusmodi onera ab Ecclesijs pro istis bonis, nec subeunt, nec petuntur. Respondetur ergo primo, quod hoc argumentum nō percutit colonos de quibus nos hodie disputamus, sed percutit ipsasmet Ecclesias, & personas ecclesiasticas dominas dd. domorū; & tamen quò ad ipsas Ecclesias, & personas ecclesiasticas sumus in claris, quod ipsi non tenentur in eorum domibus hospitari milites, vt etiam D. exaduerso scrib. fatetur in suis allegationibus per l. 1. C. de episc. & cler. & per cap. 1. de immunit. Eccles. ex quibus iuribus detegitur fallacia supradicti argumenti.

Secundò Respondetur, quòd adhoc, vt supradictum argumentum applicari possit, necesse esset probare, quod istæ do-

domus in indiuiduo, quas hodie in eorum prædijs possident Ecclesiæ Ducatus Mediolani essent constructæ de tempore, quo fuit impositum dictum onus hospitan. per supradictas leges: concludo enim supradicta, quod bona transeant in Ecclesiam cum suo onere; procedit, quando illa bona in specie sunt grauata antequam transirent in Ecclesiam, ità enim loquuntur omnes Doct. in hac materia, & in specie Abb. in c. non minus sub nu. 15. col. 4. ad fin. vers. sed ego distinguendo, & c. de immun. Eccles. & post alios Fostas. de collect. par. 4. c. 1. à nu. 50. vsq; in finem; ideò si nõ probatur, quod istæ domus in indiuiduo, quas hodie possidēt Ecclesiæ in eorum prædijs in Ducatu Mediolanen. fuerint cõstructæ antequam illę possessiones super quibus sunt ędificatę transirent in Ecclesias, nõ potest dici, quod illæ domus transierint in dd. Ecclesias, cum hoc prætenso onere per vulg. regulam, quod nõ entis nullæ sunt qualitates, si enim postea fabricatæ fuerunt, ab ipsis Ecclesijs, & earum Prælatis, nõ potuerunt hoc onere grauari à Principibus laicis ob defectum potestatis d. cap. non minus, & c. quamquam de censib. in 6. cum concord. & traditur per omnes in c. Ecclesia S. Mariæ, & in ca. quæ in Ecclesiarum de const.

Tertiò respondetur, quod ad effectum supradictum videlicet, quod bona transeant ad Ecclesiam, cum onere suo necesse est, quod bona, vt dixi fuerint actualiter, & specialiter grauata antequam deuenirent ad Ecclesiam, nec sufficit, quod possent grauari, vt benè declarat Bald. viden. in l. omnes sub nu. 8. C. sin. cens. vel reliq. vbi benè tollit huiusmodi obiectum dicen. quod si per statutum, vel per legem generalem indicantur generaliter collectæ, tamen illæ collectæ non possunt exigi ex bonis, quæ peruenerunt ad Ecclesiam post dictum statutum, quia vt ipse dicit, nõ est attēdendum tempus d. legis, vel statuti generalis, sed tempus quo collectę specialiter indicuntur, & exiguntur, quod etiam trad. Abb. in d. c. nõ minus vers. 16. vers. ad alia autem onera, & c. & supra sub eod. nu. 16. vers. extraordinaria verò, & hoc etiam probant omnes dicen. quod licet bona sint descripta in æstimo,

& con-

& consequenter obnoxia collectis, tamen postquam peruenerunt ad Ecclesiam, sunt delenda ex aestimo, & amplius collectari non possunt, vt post alios trad. Festas. d. par. 4. eod. c. 1. nu. 53. & hoc est, quod communiter traditur ab omnibus in hac materia videlicet, quòd Ecclesia nō tenetur ad onera superindicta, & extraordinaria, vt per Innocen. in d. capit. non minus, & idem Abb. sub eod. numer. 17. Festas. d. c. 1. numer. 52.

Quartò Respondetur, quòd res cum transit cum onere suo in Ecclesiam, quādo onus est impositum super re, vel ex ipsa re, quae transfertur, vt benè distinguendo declarat post antiquiores Cat. inter cons. Rim. Sen. cons. 740. num. 12. & 13. sequitur Surd. in alleg. cons. 301. colum. penult. sub nu. 90. vbi in specie dant exemplum de hospitatione militum.

Quintò, & Vltimò respondetur, quòd licèt hoc onus hospitan. milites est impositū per leges Imperiales, tamē exemptio bonorū Ecclesiae prouenit ex Iure Diuino, & ideò non potuissent ll. Imperiales, etiam si voluissent contrarium statuere in praeiudicium Ecclesiarum c. quanquam de censib. in 6. & ibi communiter scrib. c. non minus, & ibi omnes, & in specie Abb. num. 17. de immunit. Eccles. Petr. de Vbald. cons. 20. impress. post suum tract. de collect. numer. 5. & alij passim.

Ex quibus omnibus concludo non applicari supradictam responsionem, quod istae domus transierint in Ecclesias Ducatus Mediolani, cum ipso onere hospitan. milites.

8 Deniq; non ob. quod vsus istarum domorum sit apud Colonos, quia cum hoc onus hospitan. sit reale per ca. 1. de immun. Eccles. & per c. iuxt. sanct. 16. quaestione 1. cum alijs supra cit nō cōsideratur quis vtatur re exempta, sed natura ipsius rei, & hac de causa communiter omnes dicunt, quòd priuilegium reale transit ad Colonos, vt supra dixi in specie per Bursatt. cons. 25. nu. 5. & per Rot. decis. 23. nu. 6. par. 2. diuers. vltra, quòd nemo credo, ignoret quantum damnum patiantur istae domus, etiam respectu proprietatis per huiusmodi hospitationes militum, cui etiam damno addi potest,

quod

quòd coloni expulsi, vel turbati in proprijs domibus, & in cura rerum domesticarum non possunt, vt par est, incumbere culturæ bonorum, nec credo, quod Thomas. de collect. exaduerso cit. contrarium dicat, quia in meo libro hoc non inuenio, & quando etiam contrarium diceret, nõ esset anteponendus tot tantisq; Doctorib. qui in specie loquuntur de hac exemptione colonorum ab huiusmodi hospitationib. cit. sup. & in alijs responsionib.

9 Et licèt hoc motiuum subrogationis (ni fallor) sufficiat pro decisione præsentis cõtrouersiæ tamen nõ est ommittenda alia specialis circumstantia, quę cõcurrit in istis collectis de quibus agitur, nempè quòd est certa, & vniformis, & correspectiua ad quantitatem perticarum cõductarum vnde nullo modo potest referri ad quantitatem fructuum, qui omninò sunt incerti, nec ꝑ illis potest exigi aliquod onus nisi postquam fuerint recollecti, ità vt effectualiter peruenerint in dominium Coloni, vt pleniùs in alijs responsionibus dictum fuit.

10 Et hoc qđ obijcitur nõ tollitur ex his, quę exaduerso replicantur videlicet, quod istę collectæ non sunt impositæ ratione proprietatis, quæ spectat ad Ecclesiam: respondetur enim quòd in hoc consistit grauamen colonorum nempè, quòd sub prętextu verbali portionis colonicę ipsi in effectu coguntur soluere collectas pro numero perticarum quas colunt, & proportionabiliter ad dictas perticas, siuè colligant, siue non colligant fructus, siuè paucos, siuè magnos, & de hoc vt oretenus mihi præsupponitur, præcipuè conquerentur isti pauperes Coloni hac sola de causa, vt dicunt ad summam egestatem redacti, ità vt culturam bonorum deserere cogantur vel, vt opus esset, illis incumbere non possint; & cum de hoc modo collectandi correspectiuè, & proportionabiliter ad d. perticas cõductas simus admodum in claris nõ est opus recurrere ad extrinsecas coniecturas l. illc, aut ille de leg. 3. cum concord. & propterea nõ applicatur id, quod dicitur, quòd perticatus est portio ficta, quia si consideramus effectum debet potius dici portio vera, & realis, cum verè, & realiter co-

loni

loni soluant collectas iuxta dictam taxationem perticarum, & ideò potius dici debet, quòd color ille soluen. pro fructibus, verè sit fictus, & imaginarius, cum solutio nullam prorsus habeat proportionem, & respectu ad fructus verè, & realiter ab istis colonis perceptis.

11 Et in hoc consistit grauamē inexcusabile ipsarum miset Ecclesiarum, quia cum ista collecta sit certa, & semper vniformis necessariò cogūtur Coloni minori pretio conducere ab Ecclesijs, quàm conducerent si collecta verè esset impòsita super fructibus, quia tūc nullum paterentur grauamen nisi proportionabiliter ad emolumentum, & vtile, quod ipsi verè percepissent ex eorum portione Colonica, & sic haberent in manibus vtilitatē, qua possent æquo animo ferre, & compensare grauamen collectarum, quæ omnino cessant in hoc modo collectandi habito respectu ad perticas.

12 Nec intelligo qua ratione dicatur, quòd si Ecclesia maiori pretio locaret sua bona sublatis istis collectis certis, & vniformib. regulatis secundum numerum perticarū conductarum, fiscus Regius fraudaretur suo iure collectan. portiones colonicas, quia dato etiam quòd Princeps laicus habeat hoc ius collectan. portiones colonicas, vt exaduerso prætenditur non propterea illud perderet per suppressionem supradictæ
13 collectæ certæ, & vniformis; quia ea suppressione non obstan. posset adhuc dictas portiones colonicas collectare secundū quantitatem fructuum verè à Colonis perceptorum, & sic semper hoc prætensum Ius collectan. d. portionem colonicā si de Iure illi competeret, quòd non credo, sibi saluum remaneret, licèt Ecclesia sublata d. collecta certa, & vniformi plus bona sua locaret, licèt huiusmodi collecta relata ad veros fructus esset fortasse minoris quantitatis, quia hoc esset interesse lucri cessantis secundariū, & in consequentiam, quod non habetur in consideratione l. fluminū §. fin. cum l. seq. de damn. infect. l. 1. §. deniq; de aqu. pluu. arcen. Aym. cons. 186. nu. 8.

Sicut non est etiam considerabile, quòd collecta incerta, & relata ad fructus à colono verè perceptos sit difficilioris

taxa-

taxationis, & exactionis, quia ista non est iusta causa grauandi indebitè colonos Ecclesiarum. Aym. cons. 276. sub nu. 7. vers. & si dicatur, &c. vbi alios citat, beaè faciunt trad. per Osasc. decis. 17. nu. 12.

Istæ duæ circūstantiæ, quæ in hac collecta specialiter concurrunt sufficiunt, ni fallor, pro decisione huius cōtrouersiæ, nihilominus ne videar admittere, qđ in illa difficili, & apud Doct. admodum controuersa quæstione generali, an scilicet Princeps laicus possit collectare colonos Ecclesiæ ꝑ portione colonica, affirmatiua opinio sit communis, vt conatur ostendere Dominus exaduerso scrib. cōtra id, quod in contrarium scripseram in alia mea responsione breuius, quam fieri possit, etiam summatim discurrendo per singulas authoritates exaduerso collectas demonstrabo negatiuam potius, quę etiam melioribus rationibus nititur esse cōmunem; sed in folio separato, ne in hac scrutinatione Doct. quam, vt dixi in hac nostra quæstione superfluam esse existimo, sim. nimia longitudine Illust. DD. meis tędiosus.

Solùm autem hic generaliter dicam, quòd tota difficultas in hac cōstitutione prætensæ communis opinionis pēdet ab intellectu cons. Feder. de Sen. 111. ad quem ferè omnes, qui pro affirmatiua opinione exaduerso citantur se referunt & eo solo authore vtuntur; nam si verum est, pro vt verissimum esse existimo, quod Feder. de Sen. in d. suo cons. 111. nu. 9. loquatur de gabellis, & de alijs similibus datijs, & oneribus, quę soluūtur non pro simplici perceptione fructuum, sed pro nouo contractu, vel facto ipsius coloni super illis fructibus post illorū recollectionem iuxta distinctionem Bald. cons. 31. lib. 1. quem omnes communiter sequuntur, & in specie Menoch. cons. 136. nu. 19. & 20. vbi benè declarat. tūc d. opinio affirmatiua non solùm non erit communis, sed potius remanebit authoritatib. prorsus destituta.

Quòd autem Feder. de Sen. cons. 111. loquatur de Gabellis, & de alijs similibus oneribus, quæ soluuntur post recollectionem pro nouo cōtractu, seu nouo actu Coloni probatur ex eo, quod ibi bis facit mentionem de gabellis, & li-

cet

cèt addat illa verba, & alia onera, tamen debet intelligi de alijs oneribus similibus gabellæ propter illam dictionem alia de cuius natura est repetere easdem qualitates Gemin. in c. quia sæpè nu.6. de præben. in 6. Card. cons. 126. col. penult. Cassan. decis. 3. nu. 32. de præben. Ideò illa verba, & alia onera, debent intelligi de illis oneribus, quæ prouenitunt ex nouo contractu, seù ex nouo actu, seù negociatione ipsius Coloni; qualis est gabella, vt exempli gratia si esset aliquod onus impositum pro transportatione illorum fructuum de loco ad locum pro transitu pontis, vel fluminis, vel pro molitura, vel pro alijs similibus actibus iuxta supradictam distinctionem magistralem Bald. in d. cons. 31. lib. 1. communiter approbatam, & ideò ad illam semper recurrendum esse existimo in hac materia. neq; obstat ponderatio ex aduerso rationis adductæ per eundem Feder. quod scilicèt rusticus teneatur respondere de parte sua Domino Temporali, quia separatorum separata est ratio, & cætera huiusmodi. Nam omnia hæc commodissimè applicari possunt ad gabellas, & ad alia onera eiusdem generis, ne scilicet colonus possit negotiari, aut aliquid agere de dictis fructibus sine solutione gabellæ, vel oneris propter illam negotiationem, vel actionem à Principe impositæ iuxta præfatam distinctionem Baldi, prout etiam hoc benè probat exemplum mercatoris ementis fructus bonorum ecclesiasticorum, ibi per Feder. adductum, & licèt exempla non restringant regulam, tamen illam declarant glos. in c. quod Dei timore de stat. monach. & in l. 1. §. quod vulgo ff. de vi. & vi arm. & ità hoc cons. Federic. de Sen. intellexerunt, & declararunt alij Docto. & in specie Petr. de Vbald. cons. 2. post tract. de collect. nu. 3. Bursatt. cons. 25. sub nu. 3. vers. quia primò respondetur, & cæteris clarius Festas. de collect. par. 4. c. 2. nu. 36. & alijs.

Sublato ergo ab ista classe Feder. de Sen. erunt, etiam remouendi alij eius sequaces, vt de singulis singulariter dicam in folio ad partes.

Et est etiam ponderandum, quòd ista nō est questio potestatis, sed voluntatis, quia etiam Menoch. ex aduerso cit. de

arbit. caſ. 562. num. 57. admittit, quòd Clericus, & Eccleſia poſſunt per expreſſam conuentionem eximere eorum Colonos ab onere iſtarum collectarum, prout idem quoq; dicit Petr. de Vbald. d. conſ. 2. poſt ſuum tract. de collect. nu. 7. & ideò ſi Clericus, & Eccleſia poſsũt eorum colonos eximere ab hoc onere collectarum ſequitur, quòd hoc Ius collectan. colonos nõ pendet ab authoritate Principis laici, quam habet in rebus, & bonis laicalibus ſuorum ſubditorum, quia ſi ab illa penderet, non poſſet Clericus, vel Eccleſia dictũ Ius illi auferre per expreſſam conuentionem eo inſcio factam cum colono, ità in ſimili arguit idem Petr. de Vbald. d. conſ. 2. eod. num. 7. & ſi hoc poteſt fieri per Clericum, & per Eccleſiam per pactum expreſſum, poterit, etiam fieri tacitè ponendo, vt fieri ſolet Colonum in locum ſuum, cum taciti, & expreſſi eadem ſit virtus l. cum quid cũ ibi not. ff. ſi cert. pet. Quare, &c.

Ioan. Baptiſta Spad. Aduocatus.

# Conſilium, & Reſponſum Tertium Deciſiuum EIVSDEM CELEBERRIMI, ET ERVDITISS. AVCTORIS In eadem Cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

## EPITOME.

Nullus laicus Princeps poteſt Eccleſiaſticis colonis collectas imponere, vel minimas ſuper fructibus ab ipſis ex bonis Eccleſiaſticis receptis, nec in toto, nec in parte, nec pro parte Domini, nec pro parte coloni.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 IN Priuilegijs, & exemptionibus Ecclesiæ includuntur coloni.
2 Immunitas Ecclesiæ cum sit realis, durat quandiù bona sunt in dominio Ecclesiæ pro omnibus ad eam spectantibus.
3 A colonis Ecclesiarum possunt perquiri solutiones gabellarum pro fructibus Ecclesiæ delatis ad portas ciuitatis, non verò collectæ.
4 Quid de sententia Federici de Senis conf. 111. senserint alij & quid dissenserint, habetur à num. 4. vsq; ad num. 31.
31 Ex Bartolo sicut non possunt grauari clerici locatores, sic nec grauari possunt eorum coloni conductores, latè declaratur.
32 Assignantur Doctores cōcludentes decisiuè pro immunitate Ecclesiæ, qui sunt in magno numero, & hoc vsq; ad num. 46.
46 Omnibus aduersantium obiectis satisfit, & hoc vsq; ad finem.

CVm in proxima præcedēti responsione demonstrauerim collectam, de qua agitur duabus specialibus circumstantijs non esse iuridicam quoad colonos Ecclesiarū, nunc superest vt etiam ostēdam, conclusionem etiam illam in genere scilicet, & in abstracto. Quòd scilicet Princeps laicus possit imponere collectas super fructibus à colono ex bonis Ecclesiasticis perceptis, non esse communem, vt pro parte fisci regij prætenditur. Qua in re pro faciliore huius rei dilucidatione, duo sunt generaliter præmittenda, ne ea sæpius dicta repetere cogar.

Primum igitur præmittendum est. Quòd ista immunitas, de qua agitur, est realis, cum non solum sit concessa Ecclesiæ, & clericis, sed etiam illorum bonis, vt in l. placet, ibi ne prædia vsibus Ecclesiarum dedicata, C. de sacrosan Eccles.
1 & ibi Bald. in 2. & 3. not. & in c. quanquam ibi ac res ipsarum de cens. in 6. & ibi Gemin. in 2. not. & in c. iuxta 16. q. 1. ibi fundos, & mancipia vestra, &c. Anchar. in c. non minus in 2. not. Butr. in 3. not. de immunit. Eccles. Grat. conf. 150. nu. 11. lib. 1. cui se subscripserunt quatuor insignes Doctores, & de similibus exemptionibus cōcessis personis, & bonis, De-

cian.conf.51.nu.13. & 14.lib.3. vbi de bonis religionis Hierosolomit.Ferret.conf.102.nu.13. & alij cōgesti per Gaspar. Ant.Thes.in add.ad decis.patris 116. col.3. vers. pro eorum igitur communi &c. licèt ipsi leuibus rationibus cōtrarium teneāt,& de simili priuilegio Societ. Iesu dixit Rota in vna Carthaginen. Decimarum coram Bubalo 10. Decembris 1578.vbi propterea concludunt in dictis exemptionibus cōprehendi etiā colonos,& affictuarios, iuxta theoricā glo. in Clē.1.in verbo, Recolēdas,& ibi Doct.de decim.& per Rot. decis.23. nu.6. par.2. diuers. neq; Barbat. in c. quia tale, nu. 42. quicquam dicit in contrariū, cum non loquatur de immunitate concessa expressè bonis, nec de colono; sed loquitur de emptore fructuum, & de gabella ab eo soluenda pro dictis fructibus,quod potiùs pertinet ad secundum præmissum proximè dicendum, sic & alij in contrarium citati non loquuntur de immunitate, & exemptione concessa ipsius bonis, & rebus.

2 Nec quicquam obstat responsio aliàs ex aduerso data, videlicet, quòd si ista immunitas esset realis, transiret ad successores in ijsdem bonis, quia ista immunitas est concessa istis terris, & bonis non simpliciter, sed propter illam qualitatem ecclesiasticalitatis, & ideò non est mirum, si cessante d. qualitate, cessat priuilegium per iura vulgaria. satis ergo ad effectum, de quo agitur, est, quòd immunitas sit realis, quamdiù bona sunt in dominio Ecclesiæ, vt in suo casu cōcederat Soc.sen. cons.297.col.pen.sub nu.6. ibi, dummodò sint dictorum fratrum &c.& ibi, dummodò pertineant iure Archidiaconatus lib. 1. sicut in terminis d. Clem. 1. de decim. nemo dubitat, quod si illa prædia exirent de manibus religiosorum, nō essent amplius exempta,& tamen quandiù sunt in dominio religiosorum, si priuilegiū loquitur de bonis, dicitur reale, & comprehendit colonos,vt ibi per glos.& omnes,sic priuilegia, & exemptiones Religionis Hierosolomitanæ, de quibus loquitur Decian. d. cons. 51.lib.3. & Societ.Iesu, de quibus loquitur Rot. in d. Cæsaraugust. coram Bubalo, dicuntur reales, & suffragātur colonis, & tamen nemo

nio dubitat, quin cessaret dicta exemptio, si transirēt in dominium alterius. Stat ergo firmū hoc primum præmissum, quòd ista immunitas est realis, quādiù bona in dominio Ecclesiarum permanent, & sic retinent dictam qualitatem necessariam ad istam immunitatem, & consequenter suffragatur colonis, vt modò dixi.

3 Secundò autem præmittendum est, quòd aliud est prætēdere collectas à colonis pro fructibus ab eis perceptis simpliciter, considerata sola illorum perceptione, aliud verò est prætendere ab eis gabellas pro iisdem fructibus, quādo post perceptionem aliquid super illis contrahunt, vel de nouo faciunt, vt exempli gratia, si illos portant ad ciuitatem; si illos volunt asportare extra territorium, vel facere aliquid simile, iuxta distinctionem Bald. communiter receptàm in sæpè allegato cons. 31. lib. 1. quam omnes sequuntur, & in specie Menoch. cons. 136. nu. 19. & 20. Gabr. cons. 161. nu. 3. lib. 2. & comprobatur ex distinctione facta per Barbos. in d. l. quia tale, nu. 43. post Dec. cons. 48. ad fin. quam etiam distinctionem facit Gabr. d. cons. 161. nu. 7. nu. 9. & per tot. lib. 2. fructus enim percepti à colono, sunt percepti ex contracta locatione facta cum Ecclesia, & cū clerico, & vlterius sequuntur naturam bonorum, ex quibus percipiuntur, Abb. in c. ex parte, nu. 4. & 5. de decim. & post alios tradit Bursat. cōs. 25. nu. 6. & 7. & Osasc. dec. 32. nu. 3. & comprobatur ex traditis per Petr. de Vbald. in cons. 2. post tract. de collect. sub nu. 8. in quarto fundamento, & ex traditis per Glos. in d. Clem. 1. in verbo excolendas, & ibi communiter Scrib. de decim.

His igitur duobus generaliter præmissis, deuenio ad singulas authoritates exaduerso citatas ad constituendam prętensam communem opinionem contra colonos.

4 Primò ergo allegatur Feder. de Sen. in suprad. cons. 111. tanquam author huius opinionis, sed, vt dixi in supradicta mea vltima responsione in fine, ipse non loquitur de collectis simpliciter impositis super portione colonica, sed loquitur de gabellis, hoc est de illis, quæ imponuntur pro nouo contractu facto ipsius coloni super ipsis fructibus post corū

collectionem, iuxta decisionem suprà factam in secundo præmisso, vt demonstrat etiam illa dictio, alia, quæ repetit easdem qualitates, c.sæpè, & ibi Scrib.de refer. Gemin.in c. quia sæpè, num.6. de præben. in 6. Card.cons.126. col.pen. Couar.d.dec.3.nu.32.de præben. & hoc modo illum intelligunt Doctores,& in specie Pet.de Vbald.d.cons.2.post tract. de collect.nu.3.& 10.& Festas de collect.par.4.c.2.nu.56.& Bursat.cons.25.sub nu.3. vers. quia primò respondetur &c. & alij passim, vt ex infra dicendis patet, & ideò d. Feder. de Sen. est remouen. ab ista classe in terminis,de quibus disputamus, quòd solùm sufficeret ad excludendam prætensam communem opinionem in terminis nostris, cum omnes ferè Doctores sequãtur illius authoritatem,& ideò secundùm illum debent intelligi iuribus vulgar.

5 Secundò, est etiam remouendus Gemin.in c.quamquam ad fin.de censib. quia simpliciter sequitur Feder.loco supra citato, Salic.in l.vniuersi, C.de vectig.& commisso expressè loquitur de gabellis; nec obstat, quod ratio per eum allegata sit generalis,vt ex aduersò põderatur, quia propter istam rationem generalem non potest fieri extensio ad solam perceptionem fructuum, nullo superueniente nouo facto, vel contractu ipsius coloni, cum inter hos duos casus sit diuersa ratio, vt supra in secundo præmisso per distinctionem, Bald.sæpius citat.& communiter receptam cons.31.lib.1. & Menoc.d.cõs.136.nu.19.& 20.& Gab.d.cõs.161.per tot. lib.2.& quãdo adest aliqua diuersitas inter casum,& casum, tunc nunquàm fiet extensio de vno ad alium, etiam per rationem generalem, Purpur.cons.383.nu.5.Farin.cons.65. nu.111.lib 1.benè Onded.cons.81.nu.32.& seq.lib.1.

Sequitur simpliciter Feder.de Sen.d.cons.111.

Aret.in l.placet, nu.5.C.de sacros.Eccles.

Capr.reg.96.nu.85.

Felin in c.Eccles.S.Mariæ nu.99.de constit.

Berta.in trac.de gabell.par.7.sub nu.13.clarè loquitur de gabell. vt patet ex eius lectura.

6 Brun.de stat.exclud.fœmin.art.8.nu.110.& seq. expres-

sè

sè concludit pro exemptione colonorum Ecclesiæ, & quòd ibi loquatur de collecta imposita super portione colonica, clarè patet ex eius lectura, quia ibi à nu. 109. vsq; ad nu. 112. semper loquitur de collectis impositis super fructibus, & ideò per discursũ dicit, quòd collecta imposit. ratione fructuum, allegãdo l. si pendentes, §. si quid locarunt, ff. de vsufruc. & l. forma in princ. ff. de censib. & sub nu. 110. per tot. semper considerat personam illius, qui percipit fructus, & tamen concludit, quod non solùm colonus, sed etiam emphiteota Ecclesiæ, qui soluit magnum canonem, non tenetur ad collectas, & sic benè concludit pro colonis, etiã cum portione colonica, quia si collectæ sunt soluendæ pro modo, & quantitate fructuum, vt ibidem dixit sub d. nu. 110. necessariò sequeretur, secundùm lecturam partis aduersæ, quòd coloni tenerẽtur ad collectas pro illa parte fructuum, quam ipsi perciperent, siue magna, siue modica, & tamen ibi Brun. concludit contrarium, vltra quòd etiam Brunus ibidem loquitur in ijsdem terminis, in quibus loquitur Feder. de Sen. quem allegant sub nu. 109. & sic nõ potest diuersificari opinio Bruni pro colonis à terminis, in quibus loquitur Feder. de Sen.

7 Boss. in tract. de Principe nu. 121. in fin. clarè loquitur de gabellis, vel datijs, quæ soluuntur in conducendis fructibus vbiq; per dominiũ Mediolani, imò quòd plus est, ipse etiam intelligit Feder. de Sen. d. cons. 111. loqui de huiusmodi gabellis, & transportationibus fructuum, dum dicit, quòd Monasteria Ducatus Mediolani solent impetrare priuilegia pro eorum colonis, & massarijs aduersùs huiusmodi gabellas, & datia, quæ soluũtur pro transportationibus fructuũ, non obscurè sentiens, quòd Feder. de Sen. non loquitur de sola perceptione fructuum, & quòd pro illa sola fructuũ perceptione nõ erat necesse impetrare priuilegia à Ducib⁹ Mediolani.

Ripa in tract. de pest. expressè loquitur de gabellis, & de transportationibus fructuum, nec per rationem generalem ibi adductam potest extendi ad istam solam perceptionem fructuum, de qua tractamus, in qua adest diuersa ratio, vt

supra dixi, respondendo ad Salicetum, & vt etiam dixi in secundo præmisso.

8 Et idem Rip. in cons. 12. de Eccles. ædif. expresse loquitur de gabella, & datio, quod soluitur pro solutione vini ad minutum, imò ipse quoq; dicit, quòd super d. cons. Federici de Sen. procedit in his terminis, vltra quòd in illo casu fuerat impetrata confirmatio Apostolica, vt ipse ibi dicit nu. 19.

Ita etiam respondetur ad ponderationem exaduerso factam super cons. Rot. 66. nu. 29. lib. 1. & cons. 61. nu. 15 lib. 4. quia expresse loquitur de gabellis, nec per rationem generalem potest trahi ad istas collectas ex sola fructuum perceptione, vt supra dixi.

9 Bursat. pariter d. cons. 25. nu. 3. loquitur de gabellis, & in cons. 41. in meo libro nihil dicit de hac materia.

Et sic supradicti omnes Doctores cumulati per Menoch. pro hac opinione cas. 562. nu. 37. non possunt numerari pro hac opinione affirmatiua.

Et licèt nunc per Dominum exaduerso scribẽtem addantur alij Doctores, tamen ex eorum lectura, si placet Illustriss. DD. meis, poterit cognosci, an dictam affirmatiuam opinionem teneant.

10 Et primò Festas. in tract. de collect. 4. par. quæst. 2. nu. 53. expresse reuocat id, quòd supra dixerat nu. 50. & tenet opinionem negatiuam ad fauorem colonorum. & si exaduerso respondetur, quòd loquitur de collecta imposita super bonis, & æstimo Domini, habemus intentũ, quòd scilicet non miretur allegari pro ista opinione, cum in ijsdem terminis loquatur supra nu. 50. & nu. 53. & seq.

11 Natt. cons. 409. loquitur de gabellis, inhærendo d. cons. Feder. de Sen. 111. & ex eius lectura videri potest, an loquatur generaliter, vel limitatè de gabellis, & alijs similib. onerib.

12 Pet. de Vbald. post tract. de collect. cons. 2. nu. 10. clarè loquitur de gabellis, quæ soluuntur pro fructibus perceptis, immo, vt dixi in vltima responsione, interpretatur d. consilium Feder. de Sen. prout etiam clariùs id expressit ibid. supra nu. 3. & ex argumentis per eum supra adductis, & præsertim

sertim ex quarto colligitur, quòd loquitur de fructibus perceptis ab emphyteota,dicens, quòd non attenditur persona emphyteotæ percipientis fructus, sed persona concedentis, & quòd quando est exemptus dominus, est exemptus eius emphyteota, &c. adducendo etiam alias similes rationes, quæ benè casui nostro conueniunt.

13 Afflict.in rub.quæ sint regal.in verbo,plaustrorum,nu.39. expressè loquitur de colonis illorum, qui tenentur ad collectas, & ideò dicit, quòd colonus tenetur pro sua parte colonica, & dominus pro sua parte dominicali,quòd nihil habet commune cum fructibus perceptis ex bonis Ecclesiæ exemptis ab huiusmodi oneribus superindictis,& extraordinarijs, in his enim,sicut est exempta Ecclesia, ita pariter dicũtur esse exempti eius coloni, vt in fortioribus terminis de emphyteota ita arguit Petr. de Vbald. d.cons.2.nu.7. in quarto fundamento, Siluæ cons.9.nu.25. expressè loquitur ad fauorem emphyteotæ Ecclesiæ,vnde multò magis illius dictum habet locum ad fauorem coloni, qui in hac materia est magis priuilegiatus, quàm emphyteota, vt dixi in alia respõsione,tum quia colonus nullum habet dominium, sicuti habet emphyteota, tum quia soluit Domino magnam responsionem,iuxta distinctionem factam per Brun. loco supra citato, & licèt Silu. ibi approbet responsionem datam à Petro de Vbaldis in d. cons. 2. nu. 10. tamen hoc non nocet, imò prodest nostræ intentioni, cum ibi Petr. de Vbald. verbis expressis loquatur de gabella soluenda de fructibus perceptis, non autem de collecta, quæ prætenditur à colonis ex sola perceptione fructuum, iuxta distinctionem supra factam in secundo præmisso.

14 Surd. cons.301. nu. 89. vbi allegat Feder. de Sen. & alios sequaces debet intelligi de gabellis, quæ soluuntur pro fructibus iuxta distinctionem supra latam, in qua re seipsum declarat infra sub nu.90.post princ. ibi. aliud inducetur personæ pro rebus, & ab eo coloni sicut Ecclesia exempti sunt, & sic hoc in loco decidit hanc quæstionem pro colonis in materia collectarum de quarum natura est, vt imponantur personis pro rebus.

Idem

15 Idem Surd. conf.338. nu. 12. & seq. loquitur de emphyteota, qui soluit modicum canonem iuxta distinctionem factam à Brun. in supradicto art.8. num.110, & seq.quam ipse quoq; ibidem refert, & facit speciale fundamentum, in hac medietate Canonis,& in vtili dominio,& propterea non potest ab huiusmodi emphyteota inferri ad grauamen Coloni, vltra quod præsupponit vtile dominium esse substitutum legibus laicorum tãquam quid merè laicale, quod tamẽ non ab omnibus probatur; imo Rota in causa Romana, domus de Scapucijs coram R. P. D. meo Decano ex professo, & re maturè decisa tenuit contrariũ optimis rationibus,& quamplurib us authoritatibus,vt in illa decisione videri potest,quę est impressa apud Pacif. post eius tractatum de salu. interd. dec.238. & ista opinio Rotæ, tanquam magistralis,& cõmunis sequenda est, vt dixi in vltima mea respõsione post princ. per Sam. in proh. reg. Cancell. q.2. vers.4. pro ista parte Gabr. cons.32. nu.26. Honded. cons.66. nu.10. lib.2.& alios ibi citatos.

16 Carroc. de locat. par.4. tit. de collect. nu.12. & alij ex aduerso citati expresè loquuntur de colonis laicorum, in illa scilicet quæstione, an collecta debeat solui à Domino, vel à Colono, vt supra dixi respondendo ad Afflic. nos autem loquimur de colono dominorum, & prædiorũ exemptorum, imo Carroc. ibidem nu. 30. in 6. limit. expresè tenet, quod colonus bonorum exemptorũ non tenetur ad collectas, non autem versamur in istis terminis, cũ ista exemptio sit realis, vt fuit firmatum supra in primo præmisso.

17 Abb. cons.40.nu.7.in meo libro nihil prorsus loquitur de hac materia.

Rol. cons.66. nu.29. lib.1. non loquitur de colonis Ecclesiæ, sed de colonis Domini non priuilegiati, vt dixi supra respondendo ad Affl. & ad Carroc.

18 Bertac. cons. crim. 87. non loquitur de collecta, sed de prohibitione extrahendi de territorio, vt ibi legitur nu. 2. & sic potiùs comprobat distinctionem supra factam in secundo præmisso. Imo quòd plùs est, nec etiam ibi Bertac. loqui-

quitur de fructibus, sed loquitur de animalibus ipsiusme coloni, qui illa extrahere voluisset ex territorio Domini temporalis, & secundùm istos terminos debent intelligi etiam addent. ad d. conf.87.

19 Menoch. conf.136. expresse loquitur de Gabella, vt patet ex illius initio, & nu.4. 14. & nu.19.&20.

Carolus de Graff. de effect. cleric. effect.3. num.56.debet intelligi de gabellis iuxta authoritatem Feder.de Sen.Bertac. Rozz. Natt. & aliorum ferè omniũ, quos allegat, vltra quòd promiscuè loquitur nulla facta distinctione primo quæ fieri debet, vt supra in secundo pręmisso.

20 Osasc. decis.83. loquitur expresse de colonis laicorum in illa quæstione, an ad collectas teneatur Dominus, vel Colonus, & nihilominus concludit pro colono, ideò non applicatur ad casum nostrum, vt dixi supra respondendo ad Affl.& ad Carrocc.

21 Bald. conf 31. in fin. lib.1. debet intelligi, prout se ipsum declarat paulò supra faciendo distinctionem, de qua supra in secundo præmisso, vt in fine, vbi exaduerso citatur, loquitur de decimis personalibus, in quibus militat diuersa ratio propter perceptionem sacramentorum, & ideo nõ valet argumentum affirmatiuè à decimis ad collectas, prout hanc differentiam in specie considerat etiam Eugen. conf.96. nu. 15. & seq.

22 Eug. d. conf. 96. expresse consulit pro colonis circa collectas impositas super fructibus, vt legitur in initio illius consilij, & ideo infra sub nu. 13. vbi exaduerso allegatur debet intelligi de gabellis, & alijs similibus oneribus impositis occasione nostri contractus, vel facti ipsius coloni, vt supra in secundo præmisso, & prout intelligitur Feder. de Sen. ibi per eum simpliciter citatus.

23 Rot. decis.23. par.2. diuers. destruit istam opinionem affirmatiuam quatenus dicit exemptionem realem transire ad colonos nos.n. versamur in exemptione reali, vt supra in primo præmisso, neq; Doctores hic in cõtrarium citati quicquam in contrarium dicunt.

Sfort.

24 Sfort. Odd. conf.70. expresse consuluit pro emphyteota, & nu.31. vbi exaduerso allegatur, non affirmat communem esse in cõtrariam, sed loquitur dubitatiuè per illud verbum videatur. nec mirum est si dubitauerit de hac communi opinione, cum ipse non haberet libros pœnes se, vt dixi, in initio eiusdem consilij, & ideo non potuit considerare, & diligenter percipere, in quibus terminis loquerentur Doctores, nec potuit illos diligenter discutere, & numerare, & propterea prudenter non dixit assertiuè, quòd ista esset communis opinio, sed dubitatiuè per illud verbum videatur, & hodie per præsentem scrutationem constat verè illã non esse communem opinionem; imò communem opinionem esse pro colonis, vt etiã alij moderni animaduerterunt, quos refert Gasp. Ant. Thesaur. in addit. ad decis. patris 116. col. 3. in fin. vbi etiam allegat, quamplurimos asserentes hanc exceptionem esse realem, vt supra dixi, licèt ipse contrarium teneat pro defensione paternæ decisionis.

25 Tusc. in littera C. concl.557. nu. 7. allegat Feder. de Sen. & Menoch. 136. & Bald. cons. 31. & ideo debet intelligi secundùm illos distinguẽdo inter collectam impositam super fructibus acquisitis ex contractu locationis cum Ecclesia, & Gabellam, seu datium, quod imponitur pro nouo facto, vel contractu ipsius coloni, vt supra dictum fuit in secundo premisso, vbi in specie citaui eundem Menoch. d.cons.136. vbi nu.19. & 20. se ipsum declarat.

26 Franc. ibidem Tusc. nu. 12. fatetur, quòd si priuilegium est reale suffragatur etiam colonis, & iste est casus noster, vt supra dixi.

27 Soc. sen. cons. 297. nu. 6. loquitur de priuilegio concesso solum personis, & loquitur de decimis non de immunitate Ecclesiastica, interq; est differentia, vt supra dixi respondendo ad cons. Bald. 31.

28 Boer. dec.213. facit distinctionem inter priuilegium concessum personis simpliciter, vel etiam concessum terris, & possessionibus, & sic inter priuilegium reale, & personale.

29 Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. nu. 12. loquitur de gabel-

gabellis, seu vectigalibus soluendis ab emptoribus fructuum Ecclesiasticorum, quod nihil habet commune, cũ casu nostro stante sæpè d. distinctione, de qua in secundo præmisso.

30 Burgnin. de vsufru. mul. nu. 163. loquitur de gabellis, & licet etiam inculcet alia verba magis generalia, tamẽ est intelligendus de oneribus similibus gabellę iuxta Villalon. Bertac. Feder. de Sẽ. Rip. & alios, quos citat, qui de gabella loquuntur, vt supra notatum est.

Sub silentio transeo nõnullos illos exaduerso citatos, quia illorum libros apud me non habeo, nec credidi opus esse illos alibi perquirere cum sint admodum pauci, & verissimile est, quòd eorum dicta tollãtur aliquo ex supradictis duobus præmisso, & ex vero intellectu dato ad Feder. de Sen. cuius authoritate, vt credo etiam ipsi nituntur.

Nec obstãt aliqui, qui testãtur de communi, quia ipsi non loquuntur in terminis nostris, sed quando agitur de gabellis, vel datijs prouenientibus, ex nouo contractu, vel facto coloni iuxta secundùm præmissum supradictum, & secundùm intellectum eiusdem Feder. de Sen.

Subducto igitur calculo facilè quilibet cognoscere potest quot, quantisq; authoritatibus opinio affirmatiua contra colonos in terminis nostris fulciatur, & an mereatur dici communis.

31 Verùm quia Dominus exaduerso scribens conatur euadere authores citatos, pro negatiua ad fauorem colonorum à Menoch. de arbit. in allegato casu 562. nu. 46. & alios à me adductos in prima responsione, ego quoq; non possum hanc partem omnino intactam relinquere, licèt agentibus pro fisco Regio Mediolani sufficere debuisset; Quòd Eruditissimus, & Celeberrimus Do. illius Senatus Præses, hos authores ad fauorem colonorum in terminis huius nostræ disputationis intellexerit, & allegauerit.

In primis ergo d. Dominus ex aduerso scribens impugnat authoritatem Bart. in l. placet in fine C. de sacrosſ. Eccleſ. sub prætextu, quòd ipse loquatur de collecta imposita colonis ratione proprietatis, quæ nõ poterat imponi clericis locatoribus

ribus, sed Bart. ibi hoc non dicit, neq; ad huiusmodi collectas se restrinxit, sed simpliciter, & indefinitè dicit, quòd si non possunt grauari clerici locatores non possunt, etiã grauari eorum coloni, quod intelligi debet, prout intellexit ibidem Menoc. pro parte fructuum ab ipsis colonis perceptorum, cum collecta de sui natura semper respiciat fructus Brun. d.art.8. sub nu. 109. ibi quia collecta, &c. & infra sub nu.110. Pet. de Vbald. d.cons.2. sub nu.3.& alij passim,& licèt Bar. ibi addat illam rationem, quòd fieret fraus legi, ista ratio conuenit etiam casui nostro nempè, quia fieret fraus legi concedenti priuilegium reale prædijs, & bonis clericorum, quod propterea suffragatur, etiam colonis percipientibus fructus ex illa terra priuilegiata, vt supra dictum est in primo præmisso, & in specie dicit Abb. in d. cap.ex parte nu. 4.& 5.de decim. vt cons.9. par.1. vers. ad secundùm optimè probat intentionem colonorum stante, quòd ista exemptio est realis, vt in primo præmisso, & sic versamur in primo membro distinctionis, ibi factæ per Abb.

32 Idem Abbas in c. ex parte nu.4. & 5. de decimis benè hoc idem probat stante realitate priuilegij.

33 Grat.cons.130.cum quattuor grauissimis Doctoribus,qui illo consilio subscripserunt, optimè probat pro colonis,quia ibi priuilegium fuerat concessum personis, ac etiam bonis, & sic erat priuilegium reale, & in hoc præcipuè fundatur eius opinio, & illorum Doctorum, vt patet in primo, tertio, & alijs fundamẽtis, ideò cum eodem prorsus modo sit concessa ista immunitas, prædijs,& bonis Ecclesiarũ, illud cons. optimè probat pro colonis.

34 Imò si benè consideretur d.cons.130. omninò decidit casum nostrum, quia ibi fuerat impositum onus colonis habito, respectu ad quantitatem fundi, quem colendo, vt expressè legitur in themate illius cons. & infra sub nu.4.& 5.in primo fundamento, & iste propriè est casus noster, cum sit imposita collecta, habito respectu ad quantitatem perticarum conductarum, vt dixi in vltima respõsione in secundo argumento speciali ad fauorem colonorum, quod quidem argu-

argumentum, vt nunc animaduerto, potest corroborari authoritate Grat. & aliorum quattuor subscribentium huic consil. 130.

35 Tomat. de collect. citatus per Menoc. d. nu. 46. benè probat, cum portio colonica, de qua agitur, percipiatur ex prędio priuilegiato, vt sæpè dictum est.

36 Fest. par. 4. c. 2. nu. 50. & 54. loquitur pro hac parte, vt dixi supra, respondendo ad allegationem de eo factam pro contraria parte.

37 Port. cons. 184. sub nu. 7. 8. & 9. benè probat, dum expressè dicit, quòd bona Ecclesiarum sunt exempta, & quòd illorum exemptio debet prodesse colonis, & quòd loquatur in his nostris terminis, clarè patet ex themate citato nu. 5. & 7. vbi in specie pro ratione dubitandi dicit, quòd coloni poterant cogi ad soluendum ratione fructuum pro sua portione colonica, & postea resoluit contrarium.

38 Duen. reg. 100. ampliat. 2. expressè loquitur de collectis impositis colonis, non autem super proprietate bonorum, vt ex aduerso prætenditur.

39 Bursatt. cons. 25. quò ad collectas concludit pro colonis, vt legitur nu. 1. & infra nu. 5. & seq. licèt quo ad gabellas teneat contrarium sequendo sæpè allegatum cons. Federic. de Sen. 111. & de istis gabellis loquitur nu. 3. vbi ex aduerso allegatur, & sic ibi non obscure sentit distinctionem supra factam in secundo præmisso.

40 Osasc. decis. 85. licet loquatur de colono personæ non exemptæ in illa scilicet questione, an collecta debeat, solui a Domino non priuilegiato, vel à colono, tamen num. 5. 6. & 7. adducit rationes, quæ non solū militant in colonis laicorum non priuilegiatorum, sed etiam, & multò magis militant in colonis Ecclesiasticorum, & hac de causa benè pro hac parte allegatur à Menoch. d. cons. 562. nu. 46. & quamuis Osasc. ibi nu. 10. ex suo particulari intellectu non ex opinione Senatus dicit, quòd si aliqui fructus supersint deducta impēsa colonus pro illa rata tenetur, tamen loquitur in terminis illius decisionis, hoc est in colono bonorum non priuilegiatorum nem-

nempè, quia ipsi coloni non possunt recipere aliquod commodum ex bonis, quæ non sunt priuilegiata, sicut recipiunt coloni bonorum Ecclesiæ ob immunitatem realem, vt sæpè dictum est.

41 Idemq; probat idem Osasc. decis.39. num.19. dum dicit, quòd immunitas concessa domino extenditur ad colonos.

42 Deniq; Lancel. Gal.cons.59. nu.49. hoc idem benè concludit pro colonis Ecclesiæ.

Supersunt modò alij Doctores, per me in prima respõsione adiecti, qui adhuc remanent intacti, pro ista opinione negatiua ad fauorem colonorum, non obstantibus his, quæ in contrarium opponuntur.

43 Nam Ioan. Francis. Corn. in Thes. Eccles. par.3.c.7. quicquid exaduerso dicatur, mouetur optimis rationibus, nempè propter realitatem immunitatis, de qua supra dictum est in primo præmisso.

44 Eugen. cons. 96. expresè loquitur in terminis nostris, vt patet in themate vbi ponit quæstionẽ, an Vniuersitas laicorum possit collectare colonos pro fructibus, quos ipsi percipiunt de bonis Ecclesiæ, & sic loquitur de collecta imposita pro illis fructibus, vt benè hoc etiam probat nu. 21.& 22. & infra in vltimis verbis, & ideo eius opinio, pro colonis tergiuersari non potest.

45 Odd. etiam consil.70. clarè loquitur in terminis nostris, quando scilicet collecta imponitur super vtili dominio, vel super melioramentis emphyteotæ Ecclesiastici eo prætextu, quod dictum vtile dominium, & melioramenta collectari nõ possint à laicis, & licèt distinguat diuersos casus ꝑ declaratione materiæ, tamen attendendus est ille casus, super quo ipse consuluit, in illo enim casu ipse expresè firmat emphyteotam non teneri, pluribus argumentis, à nu.21. vsq; in fin. illius cons. & cum simus in claris de casu, in quo consuluit, non est opus recurrere ad coniecturas, & eius opinio hodie potest comprobari ex opinione, quam tenet Rota, & propterea ab alijs tenenda est, quòd scilicet vtile dominiũ emphyteotæ in bonis Ecclesiasticis non subiaceat, tanquam quid

lai-

laicale legibus Principum sæcularium, vt in supradicta decisione Rotæ 238. apud Pontific. post suum tractat. de salu. interd.

46 Quo verò ad authoritatem Surdi cons. 301. nu. 90. & Ad authoritatem Natt. cons. 409. satisfactum fuit supra dum de ijsdem consilijs tractaretur, ideò superfluum est hic idem repetere, vlterà quòd ex eorum lectura facilè quilibet cognoscere poterit, an mereantur allegari pro nostra opinione negatiua ad fauorem colonorum, vel potiùs pro affirmatiua, vt ex aduerso prætenditur.

Ex his ergo apparet, colonos Ecclesiarum in ista causa optimum Ius fouere, & iustissimam esse petitionem, seu defensionem ipsorum, & Ecclesiarum, quarum bona conducunt non solùm ex duabus specialibus circunstantijs adductis in alia mea vltima responsione, nempè propter exemptionem ab actuali hospitatione, in cuius locũ est subrogata ista collecta, & propter quantitatem certam, & vniformem collectæ relatam, tam in verbis, quàm in effectu, ad certam quantitatem perticarum nostram fructus percipiendos, qui sunt incerti, sed etiam ex communi opinione generaliter eximente colonos Ecclesiæ ab huiusmodi collectis, quæ quidẽ communis opinio colligitur ex numero, & qualitate 26. Doctorum illam tenentium, quæ etiam iustificatur ex duobus præmissis supra in principio factis.

Quare, &c.

Io: Baptista Spad. Aduocatus.

# Celeberrimi, ac Egregij V. I. Consulti
# IOAN: BAPTISTAE GARGIARIAE BONONIENSIS.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum

*Et est singulare in causa incendij.*

### EPITOME.

Ecclesiastici, non minùs quàm laici, gaudere debent priuilegijs, seu beneficio restaurationis, & emendationis, damni passi causa incendij ex aliena culpa commissi,

### SVMMARIVM.

1 *Communior est opinio, & verior, quòd Ecclesiastici gaudere debent priuilegio, & beneficio emendationis, & restaurationis damni passi ex incendio aliena culpa commisso.*

2 *Huiusmodi priuilegium valet, maximè pro non forensibus.*

3 *Clericos priuare beneficio emendationis damni passi ex incendio aliena culpa passo, est contra immunitatem Ecclesiæ.*

4 *Communitates tenentur malos homines expellere.*

5 *Adducitur ratio, ob quam clerici non debent excludi, more forensium, à beneficio emendationis damni passi ex incendio, aliena culpa perpetrato.*

6 *Etiam de iure communi tenentur communitates ad emendationem damni passi ex incendio aliena culpa commisso erga Ecclesiasticos.*

7 *Clerici gaudere debent priuilegio ciuitatis.*

8 *Obiectionibus respondetur.*

9 *Clerici ex priuilegio gaudere possunt, ac vti laicorum statuto si velint.*

10 Cle-

10 *Clerici incolæ, sunt ciues, & de populo, proinde gaudere possunt, & debent, beneficijs, & statutis ciuitatum.*

*Ne scribam vanum duc pia Virgo manum.*

Laicis, ac Ciuitatibus apprimè expediens, vtileq; semper fuit Ecclesiasticis personis dignitatem afferre, eosq; ad sua beneficia admittere, nam vltra quod ipsi spiritualia secularium fauore onera subeunt, habent Deum optimum beneficij redditorem.

Attamen Communitas in causa veniens illorum immemor Illustris. D. Marchioni Lazaro Maluicino Fontanæ petenti emendationem damni passi ex incendio immisso, vigore Decreti Placentini 176. opponit ipsum vti Ecclesiasticum prædicto gaudere non posse decreto, cõtra communiorem,
1 & veriorem opinionem, quam fuerunt amplexi præ cæteris Cost. de portione rata qu. 103. nu. 11. in terminis incendij non admissis illorum opinionibus, qui contrarium tenuerũt Carpan. ad Statut. Mediolani cap. 375. num. 131. in terminis incendij, & damni dati, & eo maximè, quia dictus D. Mar-
2 chio non est forensis, nec alibi habitat, sed Placentiæ, vt ibi. Afflict. in const. Neapol. in terminis incendij lib. 1. de malef. cland. rubr. 26. nu. 37. vers. & multò fortiùs. Plot. qui benè facit ad casum in l. si quando C. vnde vi sub num. 854. versic. Clerici tamen. Grilenzon. in terminis incendij emendandi ex Statuto Ferrariæ cons. 76. per totum incip. sub nu. 7. vers. quibus tamen, & num. 14. vbi num. 12. si aliter appareret di-
3 spositum esset contra libertatem Ecclesiasticam. Pancirol. cons. 49. num. 11. sub vers. non obstat, in fine, in terminis incendij, & num. 14. qui ponit Statutum nõ considerare one-
4 ra, sed quòd Communitas debeat malos homines eijcere. Flam. de Nebeis cons. 2. qui dum num. 20. cum seq. mentionem facit de excludendo forensi à beneficio Statuti de damno emendando; ab ipso enim nulla temporalis, vel spiritua-
5 lis percipitur vtilitas, admittit Clericos, qui laicis spiritualia

 mini-

ministrant, vt ibi num.36. & multa num. seq. Cios. 1. cons. 105. nu. 1. qui ponit casum de damno emendando ex statuto Ripæ fractæ. Soc.iun. 4. cons.80. qui num. 13. dans exemplum de damno ressarciendo, excludit forensem, num. vero 15. admittit Clericos posse vti Statuto, cū sint Ciuitatis Ciues, oneraq; spiritualia subeant. Alciat. in l. inter claras. C. de sum. trin. & fid. Cathol. in terminis damni ressarciendi ex iure municipali, qui & si forenses num. 15. excludat à tali beneficio, tamen num. 17. concludit, Clericos vti posse, & gaudere Statuti beneficio, ne quod ob fauorem concessum est, in eorum odium reflectatur.

6 Et tantò magis vera demonstrantur prædicta ex ratione, quia etiam de iure communi Villæ, & Communitates ad emendationem prædicti incendij, & damnorum datorum tenentur, taliaq; Statuta iuri cōmuni conformia esse, etiam tenuerunt Carpan. ad stat. cap. 375. numer. 5. & 6. Costa de port. rata. d. quæst. 103. sub num. 24. vers. addatur, quo casu locum non haberet Statutum, quòd nō subditi, & qui non subeunt onera, non gauderent illius beneficio, tamquam disponens de auferendo Clericis illud, quòd à iure communi illis concessum videretur. Bald. 3. cons. 262. & cons. 270. Deci. cons. 6. Riml. 4. cons. 518. num. 11. Grammatic. decis. 100. num. 13. Marsil. de bannit. in verbo Ecclesiæ num. 8.

7 Vltrà quòd parum obesset dicere, nō subeunt onera, quia hoc non obstante Clerici gauderent priuilegijs Ciuitatis suę. Cardutius inter cons. vlt. vol. diuers. per Zilet. tom. 2. cons. 78. num. 62. vers. non obstat secunda ratio, nec video aliud Statutum esse in viridi obseruantia, nisi illud à Ducibus Mediolani conditum, quod non prohibet Clericis vti non posse Statuto prædicto, imò praxis est, & in foro semper obseruatum fauore Ecclesiasticorum patet, ipsos nedum dicto Statuto, sed omnibus alijs in volumine impressis vti potuisse, & posse, quod est amplectendū, non obstante illo statuto, quod vti nimis generaliter, & indefinitè loquens non includit Clericos. Deci. cons. 114. vers. & licèt in effectu sub nu. 1. col. 2. quod in hoc est celebre Consilium.

Quæ

8 Que si bene considerentur non sunt difficilis apprehensionis; quicquid sit de illo prætextu sub aura sæui fundato allegato à Iacob. de Aren. in suo quoddam consil. inter illa mar-cianes in ordine 25. & alijs contrarium tenentibus, scilicet, quòd sicuti onera non subire tenentur Clerici, nec subeunt, ita Statutorum priuilegijs gaudere non equum sit; Nam Clerici sunt Ciues, & subeunt onera spiritualia, quod sufficit, vt possint, & debeant Statutis laicorum vti, & illis gaudere. Soc. iun. 4. dicto cons. 80. num. 15. Surd. cons. 2. sub nu. 39. lib. 1. Ancharan. cons. 60. sub num. 2. vers. præterea, Grilenzon. cons. 137. num. 40. Deci. cons. 114. sub num. 1. col. 2. Gemi. pract. Eccl. tric. 22. q. 645. sub num. 3. Costa de portione rata loco præcitato, & alij Doct. allegati in materia incendij, & damni dati emendandi Clericis; Et si onera non subeunt secularia, procedit in vim pacti, vt tantùm ad onera spiritualia teneantur non temporalia. Grilenzon. cons. 136. nu. 40. & 41. habentq; Ecclesiastici ius, & prætensionem legitimam, dum vti, & gaudere intendunt Statutis laicorum fauorabilibus, absq; eo, quòd subiaceant, & oneribus satisfaciant, quia si seminant nobis spiritualia, iustitiæ, & æquitati consonum erit, quod etiam à nobis metant temporalia. Flam. de Rub. dicto cons. 2. num. 27. Crot. cons. 215. num. 17. & cons. 293. num. 28.

9 Accedat, quòd Ecclesiastici vltra onera spiritualia, quæ sustinent, habent priuilegiũ, vt possint vti Statuto laicorum, quamuis onera non subeant, & Statutis non ligentur. Enriq. cons. 56. num. 44. Rim. iun. 1. cons. 15. num. 98. Deci. dicto cons. 114. loco mentionato. Surd. cons. 2. sub num. 15. vbi Clerici Statutis vtuntur non vti legibus, sed vti priuilegijs, & num. 37. in terminis loquitur, & lib. 4. cons. 560. nu. 13. Oldrad. cons. 32. quasi in fine. Marta de success. legal. par. 1. quæst. 13. art. 13. num. 43. vers. nec obstat. Marant. de ordin. iudic. parte 6. de compromiss. num. 26. qui diffusè loquitur, & optimè facit ad casum nostrum, multa ponens exempla, in quibus apparet, clericos Statuto vti posse, & si onera non subeunt, & ibi in eius legal. quæst. disput. 8. num. 14. Surd. de

alim. tit. 2. quæst. 15. numer. 62.

10 Tandem pro firmo tenendum est, dictũ D. Marchionem Lazarum non posse priuari hoc Statutorum beneficio, aliàs Clerici, & personæ Ecclesiasticæ maxima affecti iniuria remanerent, quod est contra pietatem, & æquitatem, cum possint Ecclesiastici absq; difficultate, ne dum beneficio iuris communis Romanorum, sed etiam Statutorum, & priuilegiorum vniuersitati, & certò generi personarum concessorum, gaudere. Surd. 4. cons. 560. nu. 13. Larata cons. 95. vbi Clerici habent ius pascendi, & lignandi cum Ciuibus, quia sunt Ciues. Enriquez. dicto cons. 36. num. 44. Bald. cons. 42. num. 2. lib. 3. Bimi. cons. 16. num. 20. vbi meliorem facere possumus Clericorum conditionem, non deteriorẽ, & cons. 236. num. 28. Alciat. tom. 1. lib. 2. cons. 90. nu. 40. qui vult omninò, Clericos vti posse Statutorum beneficio, non considerato, quòd ipsi onera non supportent temporalia, quia subeunt spiritualia. Paris. 4. cons. 48. nu. 15. Monald. 2. cons. 2. num. 58. Euerard. sen. cons. 42. num. 63. Crott. cons. 215. num. 16. cum seq. & cons. 135. num. 8. & cons. 293. nu. 17. Alex. 7. cons. 111. sub num. 7. Molfes. cons. 27. num. 25. cum seq. Lap. alleg. 101. sub nu. 24. vers. item illud Crauet. cons. 441. sub num. 6. ante vers. Plane. Alex. Marta de success. legal. p. 1. quæst. 13. art. 13. num. 42. Alberic. in l. cunctos populos num. 29. C. de sum. Trin. & fid. cathol. Iason. in l. de quibus ff. de legibus num. 12. Kircha. com. op. cent. 4. concl. 56. de communi. Bal. in l. de quibus num. 75. ff. de legib. Paul. de Castr. in l. omnes populi num. 8. ff. de ius. & iur. qui ponit, Clericos esse de populo, & insimul cum laicis facere vnam rempublicam. Balzaran. super const. Sicil. rubr. vbi Clerici in malef. deb. conuen. num. 25. fol. mihi 343. Carp. optimè ad Stat. contra Doctores contrarium tenentes, qui enumerantur ibi. ad cap. 150. sub num. 6. vers. tamen vtuntur. Ios. Cumia comment. in rit. magnæ curiæ Sicil. cap. 40. sub nu. 287. Afflic. in const. Neapol. lib. 1. rubr. 26. num. 14. & lib. 3. rubr. 21. nu. 3. Foller. super const. Regni de person. Cleric. & Episc. num. 27. fol. mihi 43. Cauagnol. ad Decret. Monast.

in procem. §.tertius num. 1. & num.6. vbi actiuè tantùm, & sic in fauorabilibus Statutum comprehēdit personas Ecclesiasticas. Neapoda. ad proem. consuet. Neapol. incip.vt igitur sub verbo Antistitem, num.252.fol.mihi 20. lit.f.Rebuf. in comment. super const. Galliæ de rescis.contractus glos.4. num.5. tom. 3. Brunor. à sole propos. iuris in verbo Clerici districtualiū fol.mihi 37. à terg. Tiraquel. de iure primogen. contra Iacobum de Arena, & alios mentionat. ibi num.4. & alibi quæst. 44. num. 6. vsq; in fin. Marant. latè, & pulchrè multa ponens exēpla fauore Clericorum, vt scilicet possint vti, & gaudere beneficijs Statutorum in suis legalib. quæst. disput.8 num.14. & de ordine iudic.part.6. de compromis. num.27. Capra concl.15. num.32. Genu.pract. Eccl. tricen. 22.d.q.645.

Vltra quòd sat est, quòd quis habitu onera subire possit, licèt non actu, vel quia inhabilis sit, vel priuilegiatus existat, vt est Clericus, quia tunc non desinit esse Ciuis, & si onera non subeat. Paset.cons.163.num.3. & 5.

Quare creditur, dictum D.Marchionem Lazarum Statuto prædicto de incendijs loquente in sui fauorem vti posse, illiusq; beneficio gaudere. Saluo semper &c. Placentiæ sub die 6. Iulij 1634.

**Ioannes Baptista Gargiareus Legum Doct. & Aduoc.**

# COROLLARIVM PERLEGENDVM.

Præter tot celeberrimorum virorum, tam multa decisiua rescripta iam in toto primo volumine, ac in hac etiam prima parte huius secundi Voluminis relata, aliaq; per multa ipsorum met, breuitati studens, consultò omnissa; quin & infrascriptorum magni nominis legum interpretum, & professiorum, vid.

**Alexandri Ambrosini de libertate, & immunitate ecclesiastica.**

Anastasij Germonij de sacrorum immunitate.
Andreæ in nouella, & per not. in auth. quas actiones C. de sacros. Eccles.
Antonij in cap. fi. de vita, & honestate clericorum.
Archidia. in cap. de immunitate Ecclesiæ in 6.
Aegydij Bellæmeræ cons. 45. & 47.
Caroli de Grassis de effectibus clericatus.
Dominici Oliuerij in tractatu de gabellis parte 7.
Francisci Accolti Aretini cons. 105.
Federici de Senis consil. 51. & insigniter consil. 111. numer. 10.
Felyni in cap. pastoralis.
Fulgentij in lege ad instructio.
Gabrielis Deati de immun. Eccles. & lib. 2. cons. 161.
Iasonis in l. finali, diffuse.
Ioannis Andreæ in cap. de immun. Eccles. in 6.
Ioannis de Platea in l. fin. C. de exact. tribut. lib. 10.
Ioannis Mariæ Belleti de disquisitionibus clericalibus.
Ioannis Lupi de libertate Ecclesiastica.
Ioannis de Vischis de immunitate Ecclesiarum.
Lappi de Castiglionicho Florentini Allegatione 101.
Laurentij Calcanei Brixiensis cons. 7. per extensum, & 71.
Lucæ de Pennis in lege fin. C. de exactio.
Mathæi ab Afflictis consil. super immunit. Eccles.
Marij Anguisolæ Placentini consil. 65.
Nicolai de Neapoli in lege fin. C. de exactio.
Octauiani Vulpelli de libertate Ecclesiastica.
Parisij consil. 25.
Philippi Franchi de immun. Eccles. in 6.
Remigij de Gonnij de immunitate Ecclesiarum.
Salycetiin l. ad instructiones.
Tiberij Deciani Vtinensis volum. 1. consil. 4. & volum. 3. consil. 5.
Thomæ Bozij de iure diuino, & naturali Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis.
Tractatuum nouorum Tomus 13. penè per totum.

S 4

Ac tandem Andreæ Barbaciç vol. 3. cons. 1. qui ad inenarrabile fastidium, ne dum ad tædiosam facietatem per quadraginta per magnas paginas omnia penè ad hanc Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem spectantia refert, & diffusissimè dissarit, ac obiecta in oppositum resoluit.

SVperesset adhuc numerus innumerus plurimorum aliorum Doctissimorū iurium professorū, non minùs prælibatis, atq; inter eos cæterorum Catholicæ Regiæ Maiestatis, ac aliorum Principum Senatorum, ac Summorum consiliariorum, tam viuentium, quàm vita functum, quæ in his non referuntur; tum vt interminabili copiæ dicendi in hac materia terminum aliquem hic tandem pro nunc ponamus; maximè cum iam prænotati satis, superq; valdè sint, ac plusquam nimium pro facietate ad pertrahēdam quamcunq; voluntatem, & si perquàm valdè alienam, in æquam Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis sententiam, nedū ex eorum doctrina; verùm ex vi ipsiusmet statuti ferientis Ecclesiasticos colonos ad collectas, & onera extraordinaria p eorum parte colonica, quòd cum loquatur indeterminatè, vt patet, intelligitur, vt norunt sapientes, deductis expensis culturæ, massaritij, seminum, & alijs, ac soluto domino, ad quæ omnia vix vtraq; pars. sil. domini, & coloni sufficiunt, ob nimiam inundantiam onerum extraordinariorum; tum etiam ne hi, qui suppresso nomine adhuc existunt, in eorum displicentiam ex amicabili communicatione eorum rescriptorum detegerentur. Cum enim, vt pro munere meo Oratoris partes pro Ecclesiasticis gererem, quemadmodum ad hoc itidem destinati pro parte aduersa diligentissimè faciūt, comperi perquirendo perplures, idq; doctissimos viros, ac insignes curiales, qui alias Ecclesiasticas immunitatis causas varias, & permultas pro rerum contingentia publicè voce, & scriptis patrocinati sunt, nunc, causa illis, & nobis cognita, mutata voluntate aborrere, vt talia eorum scripta reuiuiscant, alios verò eorum communicationem omninò denegare. Proinde, vt nemo in hoc se deceptum conquereretur, vid. quod quæ sub amicitiæ fœdere; aut magnaninutatis

3 3 A 4 mune-

munere accommodasset, in sui displicētiam hic publicè detecta refererentur, hæc, quæ non sub tali clypeo, sed iā diffamata erant, ac quæ ex mea industria collegi, collectisq; celeberrimorum sapiētum rescripta insigniora iam sparsim impressa, aliaq; permulta singularia studia, tam propria, quàm aliena ( vt videre est ) adiunxi, quo sic nemo de infida detectione conqueri posset.

Veritas igitur, inquam, est, & summa, vt ad scopū redeamus, quòd & si relata perplura sunt, & perplura sunt, quæ referri possent; Si magni nominis, dignitatis, & scientiæ sunt iam descripti, nec minores in nullo sūt, qui rescribi possent; Si veritatē Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis, iam non amplius obumbrabilem, luce solis clariorem reddunt cūctis illam inspicientibus, hoc enim sic omnes norunt, quòd iam in omnem terrā exiuit sonus eius, & in fines orbis terræ veritas virtutis eius, quòd nemo est, qui se abscondere possit à calore vultus eius; & de non relatis constat, vt ipsi apud semetipsos conscij, testes sunt, & eorū scripta apud nos reposita testantur, ipsos non minùs relatis ipsam veritatem apprimè cognouisse, attestatos, & patrocinatos fuisse, quo fit, vt iā nec apud illos abscondi possit. Cur igitur tantæ veritati, & illis, & nobis cognitæ, pari animi consensu; iam tandem libenti animo, & pleno voto, cum ipsi non minus alijs quibuscunq; prudentes, sapientes, pij, propriæ salutis amatores, ac diuinorum cultores sint, manum non submittere!

Sed hæc satis, ac valde nimis intelligere volenti, ad altiora, & penetrabiliora omni gladio ancipiti, puta canones, decreta, censuras, sacras sanctiones, imperialia indulta; & bullas Summorum Pontificum super ea, quæ in vtroq; volumine referuntur, in hac secunda parte huius secundi voluminis transeamus, quo sic, quæ non per iniunctionem, saltem per sectionem vulnera curemus, quod faxit Deus.

## Explicit Prima Pars.

PARS

# PARS SECVNDA.

*SEcunda hæc Pars sub insigni breuitate continet eorum, quid, per quam minimum, quorum pleno calamo enumerata descriptioni vires deficerent; tempus deesset, & verba non suppeterẽt, vid. Catholicæ Ecclesiæ leges, statuta, canones, censuræ, & decreta catholicè viuere, & mori cupiẽtibus, sub pœnis, & censuris, ac alijs opportunioribus medijs demandata pro sibi omni iure debita, & congrua libertate, & immunitate inuiolabiliter obseruanda: quin & contra eius oppressores patrocinanda, secus quoquomodo quicunq; obstans, vel deficiens huius, & futuræ vitæ damnationem haud dubiè timenda; Frustra enim diffuso sermone prosequerer id, quod catholici omnes, & sciunt, & fatentur; licèt quandoq; dum sumus in hoc corpore bonorum temporalium dilectione caro concupiscat aduersùs spiritum, & rationem opprimat sensus.*

Subsequentia igitur omnia sunt accuratè à fidelibus obseruanda.

BVllæ Plurimorum Summorum Pontificum pro libertate, & immunitate Ecclesiæ.

Lit-

# Litteræ Apostolicæ, ac Motus Proprius Sanctissimi Domini Nostri PII DIVINA PROVID. PAPAE V.

Contra quoscunq; quouis modo libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam perturbantes, & bona vsurpantes; nec non imponentes Taleas, Collectas, Contributiones, Angarias Ecclesiasticis, ac eorum bonis, & colonis, ac ad hospitationem militum illos cogentes.

Excommunicantes, Maledicentes, in Damnationem æternam, ac in Hæresis notam declarantes quoscūq; Catholicos Principes, eorumq; Officiales; necnon omnibus bonis spiritualibus, & temporalibus, ac dignitatibus, etiam Ducalibus eos omnes, vsq; ad quartam generationem priuantes, quouis modo, & forma supradictam libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, tàm ratione personarum, quàm Ecclesiasticorum bonorū perturbantes, & violantes: quin ad plenariam omnium exactorum restitutionem, ac ad abrasionem, & abolitionem perpetuam omnium contrariorum decretorum; ita quod nunquam amplius quouis modo rememorentur, strictè quosque catholicas, & fideles obligantes.

*Iacobus miseratione diuina tit. Sanctæ Mariæ Cosmedin S. R. E. Presbyt. Card. Sabellus, Sanctiss. D. N. Papæ Vic. Generalis Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, ac Commissarius Apostolicus ab eodem Sanctiss. D. Papa specialiter deputatus.*

VNiuersis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, tàm Cathedralium,& Metropolitanarum,quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenen. eorundem Plebanis, Capellanis, Curatis,& non Curatis,Vicarijs perpetuis, Altaristis, cæterisq; Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscunq; per Ciuitates, & Diæces. in infrascripto motu proprio content. & eorum cuilibet insolidum, ac illi, vel illis, ad quem,vel ad quos, præsentes nostræ litteræ peruenerint, salutem in Domino,& nostris huiusmodi immo veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noueritis, quòd nuper Sanctiss. D. N. Pius diuina prouidentia Papa V. quandam commissionis, siue supplicationis papyri cedulam in forma motus proprij per placet, & ita mādamus motu proprio M. sub Dat. Romæ apud S. Petrum septimo Idus Februarij Anno 2. signat. nobis præsentari fecit, quam nos cum ea,qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore motu proprio.

Cogimur nedum pro iustitiæ debito,& cōseruatione auctoritatis Sedis Apostolicæ, verùm & ipsius Ecclesiæ Censuræ flagellum contra eos exercere, qui Ecclesiasticā libertatem subuertere ,& bona Ecclesiarū ausu temerario vsurpare satagunt. Creatoris, & Saluatoris sui salutarem doctrinam negligentes, qua ore prophetico, eos admonuit, ne

Chri-

Christos suos tangerent, neue in Prophetis suis malignarentur, sed quæ Dei essent, Deo darent, vt quos Dei timor à malo non retrahit, metus vltionis coerceat.

Multorum fide dignorum relatu, non sine magna animi nostri molestia nuper accepimus, quod in plerisq; locis Dominij temporalis Dilecti filij nobilis Viri Philiberti Emanuelis Sabaudiæ Ducis Communitates, & Vniuersitates, Consules, Scabini, Rectores, & Gubernatores Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, nec non diuersi alij, qui iurisdictionem habere videntur (suffulti etiam, quod deterius est) auctoritate, consilio, auxilio, & fauoribus Consiliariorum eiusdem Ducis diuersimodè tot onera à certis temporibus personis Ecclesiasticis, tàm secularibus, & Regularibus, ac illorum bonis in dominio huiusmodi consistentibus imponunt, torq; taleis, collectis, contributionibus, & angarijs hospitij Militum, ac alijs diuersis prætextibus eas affligunt, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quàm olim sub Pharaone fuerit, qui & si legis diuinæ notitiam non haberet omnibus alijs seruituti subactis, sacerdotes nihilominus, & possessiones eorum non solùm in pristina libertate dimisit, sed eis de publico alimoniam subministrauit. Nos igitur ob innatam erga Deum ipsi Philiberto Duci pietatem, & si existimare nequeamus, hoc adeò in offensam diuinæ Maiestatis tendentia, quòd fiant, cum nequaquam à se ipso mãdasse, vel mandare, sed potiùs credentes, aliquid istorũ, si mandauit circumuentum sinistris persuasionibus suorum Consiliariorum id fecisse, cunctandum tamen vlteriùs non esse censentes in adhibendis, prout ad nostrum spectat officium huic morbo illis remedijs, perque Ecclesiastica libertas conseruetur, & animarum nobis commissarum, quæ alias in hoc facilè decipi possent, salua, opportunè cõsulatur, simulq; re, quod Hieremias deplorat, Princeps Prouinciarum facta est sub tributo, nostri Pontificatus temporibus eueniat.

Motu proprio, ac ex certa scientia nostris, omnes, & singulos Consules, Scabinos, Potestates, Capitaneos, Rectores,

Vica-

Vicarios, Gubernatores, Locatenent. Officiales quocumq; nomine nuncupatos, & quauis auctoritate fungentes, Communitatesque, Vniuersitates quarumcumque Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorũ eidem Philiberto Duci quomodolibet subiectorum, ac illorũ Sindicos: Insuper Cancellarios, Præsidentes, Consiliarios, Magistratus, Iusdicentes, & alios quosuis etiam iurisdictionem supremam in illis vbilibet tam præfati Ducis, quam aliorum quorumcumq; auctoritate exercentes, ac eis auxilium, consilium, vel fauorem in præmissis, & infrascriptis, quomodolibet tacitè, vel expresse, directè, vel indirectè præstantes, status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, præeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ cuiusuis existentes in decreto, seu executione litterarum à dilecto filio Vicario in spiritualibus generali nostro, & Rom. Pont. pro tempore in alma Vrbe nostra; seu Vicegerente suo pro intimatione harum nostrarum, vt infra facienda simul, vel successiuè decernendarum, si opus fuerit nominandos, & cognominãdos, quorũ nomina, & cognomina hic pro speciale expressis nos etiam volumus; vel quoad Cõmunitates, & Vniuersitates sub interdicti Ecclesiastici, alijsq; pœnis, præsertim Constitutione claræ memoriæ Federici II. Rom. Imperatoris in corpore Iuris clausa, qua Princeps ille verè catholicus, & non solùm Romanæ, sed aliarum Ecclesiarum aduocatus, & defensor mandauit, vt nulla potestas, & persona publica, vel priuata, collectas, siue exactiones, angarias, vel perangarias Ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, vel bona Ecclesiastica inuadere præsumerent, quod si facerent, & requisiti ab Ecclesiasticis, vel Imperio, emendare contemnerent, triplum refunderent, & nihilominus banno Imperiali subiacere nullatenus remitten. absq; debita satisfactione contra Ecclesiasticæ libertatis violatores, & oppressores, ac bonorum Ecclesiasticorum occupatores, vsurpatores, & inuasores, eisq; directè, vel indirectè quouis quæsito colore, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, à iure, vel ab homine quomodolibet latis, & in-

flictis,

flictis, à quibus, nisi à nobis, seu Rom. Pontif. pro tempore existen. etiam vigore quorumcumq; confessionalium, etiam eis prętextu fabricæ Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, seu Cruciatæ sanctæ, aut aliàs quomodolibet concessorum, vel in posterum concedendorum, in quibus de præsentibus specialis, expressa, & indiuidua mentio facta non fuerit, præterquam in mortis articulo constituti, & satisfactione præuia, absolutionis beneficium obtinere nõ possint, nec non priuationis Baroniarum, Comitatuum, Vicecomitatuum, Marchionatuum, ac aliorum etiam per eos obtentorum dominiorum, & dignitatum, omniumque, & singulorum bonorum, quæ à Romana, vel alijs Ecclesijs in Feudum, Emphiteosim, aut sub annuo Censu, seu Canone, vel aliàs quomodolibet obtinent, aut recognoscũt, ac iuris percipiendi decimas Ecclesiasticas, seu noualia, insuper iuris patronatus, & præsentandi, ad quæuis beneficia Ecclesiastica eis etiam, ex fundatione, & dotatione, aut aliàs quomodolibet competentis, ac aliorum iurium, facultatum, priuilegiorum, & indultorum quorumcũque, etiam à Sede Apostolica eis quomodolibet concessorum, & factionis passiuè testamento, ac ineundi, & faciendi quoscumq; alios legitimos actus inhabilitatis perpetuarum.

Quo verò ad Consules, Scabinos, Potestates, Capitaneos, Rectores, Vicarios, Gubernatores, Locaten. Officiales, Syndicos, Cancellarios, Præsidentes, Consiliarios, Magistratus, Iusdicentes, & alios particulares, etiam in decreto, seu executione litterarum huiusmodi, si opus fuerit nominandos, non solùm sub antedictis, quas omnes, & singulas, quoad eos, & eorum quemlibet, etiam si tales essent, quæ nõ in generali sermone venirent, sed nota expressione speciali indigerent, hic per singula repetitis haberi volumus, sed etiam maioris excommunicationis latæ sententiæ, ac maledictionis æternæ, alijsque censuris, & pœnis, prætertim in litteris Apostolicis in die Cœnæ Domini legi consuetis contentis. Præterea factionis etiam actiuæ testamẽti, ac beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, cuiusuis qualitatis existen-

ſtentium per eos quomodolibet, etiam tamquam vnitorum obtentorum, etiamſi Cathedrales, aut Metropolitanæ Eccleſiæ fuerint, ac penſionum annuarum ſuper eorundem beneficiorum, etiam Cathedralium, aut Metropolitanarum Ecclesiarum fructibus, &c. ipſis quomodolibet aſſignatarum priuationis ad illaq; eas, ac alia, & alias imposterum obtinenda inhabilitatis ſuſpenſionis, quoq; perpetuarum ſuorum, etiam ſacrorum ordinum, & officiorum, etiam Curialium. Itaq; ordines, vel beneficia ab illis recipiẽtes, non ſolùm nulliter recipiant, ſed perpetuò ad illa inhabiles reddantur, & ſcienter ſi receperint, hæreſim, ac confiſcationẽ omniũ bonorum ſuorum incurrant: Inſuper inhabilitatis, & perpetuę filiorum, & deſcendentium ſuorum, vſq; ad quartum gradum ad omnes dignitates, honores, & beneficia eccleſiaſtica eo ipſo abſq; alia declaratione ſi contrafecerint, & vt infra non paruerint reſpectiuè incurrendis pœnis diſtrictè pręcipiendo Apoſtolica authoritate mandamus, quatenus infra terminum vnius Menſ. à die intimationis, etiam eis per ædictum publicari, vt infra, faciendæ computandum, quem eis ac eorum cuilibet primo, vltimo, ac peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus omnes, & ſingulas ordinationes mandata, & decreta, per eos, & eas aduerſus libertatem Eccleſiaſticam, ac bona, res, Perſonas, Capitulauè, Conuentus, Collegia, Congregationes, Monaſteria, & domus Eccleſiaſtica, Sæcularia, vel quorumuis ordinum Regularia, ac pia loca, illaſq; & ea quomodolibet concernen. & concernentia hactenus factas, & facta, nec non quaſcũq; tam publicas, quam priuatas ſcripturas, deſuper, & alias quomodolibet factas, & emanatas de eorum Archiuijs, & locis publicis, necnon quibuslibet illorum libris; itaut amplius non appareant, nec legi poſſint, caſſent, abradant, & pœnitus deleant, ipſiuſq; Perſonis, Capitulis, Conuentibus, Collegijs, Congregationibus, Monaſterijs, & Domibus Eccleſiaſticis, Sæcularibus, vel quorumuis Ordinum Regularibus, ac pijs locis omnes, & ſingulas pecuniarum, & aliarum quarumuis rerum, & bonorum quantitates, & qualitates per eas, & eos

&, eorum quemlibet, seu earum, vel eorum mandato auxilio, consilio, fauore, vel instantia, etiam Hospitij Militum, aut alio quouis prætextu quomodolibet exactas, occupatas, ablatas, vsurpatas, vel extortas, vnà, cum damnis, expensis, & interesse propterea passis, & patiendis, plenariè restituant easq; & ea ad suam pristinam possessionem, seu quasi pecuniarum, rerum, bonorum, iurium, priuilegiorum, & immunitatũ, etiam Ecclesiasticæ libertatis opera, mãdato, consilio, instantia, auxilio, vel fauore; Communitatum, Vniuersitatum, Consulum, Scabinorum, Potestatum, Capitaneorum, Rectorum, Vicariorum, Gubernatorum, Locũtenentium, Officialium, Sindicorum, Cancellariorum, Præsidentium, Consiliariorum, Magistratuum, Iusdicentium, & aliorum particularium, etiam vt præfertur, nominandorum, exactarum, extortarum, ablatorum, occupatorum, & vsurpatorum reintegretur, & à quibusuis taleis, oneribus, collectis, contributionibus, & angarijs, etiam Hospitij Militum, seu quouis alio prætextù, de cætero eisdem Personis, Capitulis, Conuentibus, Collegijs, Congregationibus Monasterijs, & domibus Ecclesiasticis Secularibus, & quorumuis Ordinum Regularibus, ac pijs locis eorundemue bonis, iuribus, & rebus imponendis, & ab eisdem extorquendis, vel exigendis omninò abstineant, cassariq; abradi, deleri, restitui, reintegrari, & abstineri per omnes, & singulos, ad quos spectat, faciant, & cum effectu curent. Personasq; Capitula, Conuentus, Collegia, Congregationes, Monasteria, & domus Ecclesiastica, Sæcularia, & quorumuis ordinum Regularia, ac illorum bona iura, & res Priuilegijs, Iurisdictionibus, immunitatibus, ac libertate Ecclesiastica, vti & frui permittant, nec eas, & ea directè, nec indirectè, publicè, vel occultè super præmissis omnibus, & singulis impediant, perturbent, vel molestẽt, aut ab alijs impediri, perturbari, vel molestari permittant: minusuè impedientibus, perturbantibus, aut molestantibus, auxilium consilium, vel fauorem quouis modo præbeant, nostrisq; præceptis, & mandatis huiusmodi in omnibus, & per omnia pareant, & obediant, & quod sic paruerint,

rint, & obedierint infra spatium alterius Mens. ex tūc immediatè sequentis eund. Vicarium nostrum in Alma Vrbe, & Rom. Pont. pro tempore, seu vic. gerentem suum legitimè certificent, & eorum eo doceant, alioquin si contrafecerint, seù infra tempus prædictū de paritione huiusmodi non docuerint ex nūc, prout ex tunc, & è contra interdicti, excommunicationis, anathematis, & alias sententias censuras, & pœnas prædictas, etiam inhabilitatis, quò ad filios eas, & eos respectiuè incurrisse Ciuitatesq; Terras, Castra, Oppida, Villas, & loca in quibus tempore permanserint donec præsentibus nostris, prout ad vnumquemq; eorum respectiuè spectat; cū effectu peruenerint Ecclesiastico interdicto per quoscumq; etiam quacūq; auctoritate, & dignitate fulgentes, etiam Collegia, Congregationes, & Conuentus quorumcunq; Ordinum Religiosorum, sub supradictis pœnis ipso facto, si contrauenerint incurrendis, strictissimè etiam per triduum postquam inde recesserint obseruando, absq; alia declaratione subijcimus, & subiecta esse volumus, & declaramus.

Statuentes eadem Apostolica auctoritate, non solū contrafacientium, inobedientium, ac non docentium beneficia quæcumq; ecclesiastica absq; aliqua alia declaratione, tàm à singulis illorum ordinarijs, collatoribus, nobis, & successoribus nostris Rō. Pontificibus liberè conferri, sed Baronias, & alia bona prædicta per eorum Dominos directos, tāquam ad eos directa, & deuoluta liberè apprehendi, & detineri posse, obligatosq; ad pensiones huiusmodi ad illarū solutionem ipsis de cætero faciendam non teneri, & ob non solutionem huiusmodi censuras, & pœnas, aliquis minimè incurrere posse, vel debere, eosdemq; contrauenientes, inobedientes, ac non docentes aliquo, etiam recuperando se attentatorum, aut vnde in alioue quocumq; possessorio remedio, etiamsi per annum, vel triennium pacificè, etiam post incursū priuationis illa possederint, & aliqua alia declaratio, vt præfertur, quomodolibet non emanauerit aduersus eos, quibus beneficia ipsa collata fuerint, & ad quos bona huius-

fmodi deuoluta fuerint, nullatenus se iuuare posse: Insuper volentes, quòd absolutiones à censuris ad effectum validitatis gratiarum, & quascumq; litteras gratiam siuè iustitiã continentes, vel mixtas, siuè coniunctim, siuè diuisim cõcedantur in prçmissis, & eorum occasione quemlibet culpabilibus quæcunq; gratiæ huiusmodi fuerint, nullatenus suffragari, etiam si motu proprio in eis emanauerit, nisi in eis, quòd ratione indebitarum, talearum, exactionum, impositionum, collectarum, & contributionum huiusmodi in Censuras, & alias pœnas, sub præsentibus comprehensis incurrerint specialis, spefica, & expressa mẽtio facta fuerit, & sic in prçmissis omnibus, & singulis per quoscunq; Iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. deberet irritum quoq; &c. decernimus.

Mandantes eidem Vicario, seu Vicegerenti suo, quatenus non solùm ad dilecti filij Procuratoris fisci nostri, aut quorumuis aliorum in id quomodolibet interesse habentiũ instantiam, sed etiam ex mero officio suo procedendo has nostras, & quæcumq; in illis contenta inferendas in litteris, seù instrumento à se, suo sub sigillo desuper decernendo, quç sic inter se omnes perindè ac ipsum originale afficiant, etiã per edictum publicum constitutio summariè, & extra iudicialiter de non tuto accessu eisdem Communitatibus, Vniuersitatibus, Consulibus, Scabinis, Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, Vicarijs, Gubernatoribus, Locatenent. Officialibus, Sindicis, Cancellarijs, Præsidentibus, Consiliarijs, Magistratibus, Iuidicentibus, omnibusq; alijs, quibus opus fuerit in decreto, seu executione suarum litterarum huiusmodi nominandis insinuet, & notificet, ac ad eorum, & cuiuslibet ipsorum notitiam deducat, contrafacientesq; inobedientes, ac non docentes huiusmodi dictis terminis respectiuè elapsis, Censuras, & pœnas antedictas incidisse, ac Ciuitates, Oppida, Castra, Terras, & loca prçdicta Ecclesiastico interdicto supposita tamdiu publicè nunciet, & facit ab alijs nunciari donec ab illis beneficiũ absolutionis, & interdicti relaxationem satisfactione præuia meruerint obtinere. Contradictores per Censuram ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia

media appellatione postposita cōpescendo, inuocato etiam adhoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Priuilegijs quoq; & Indultis, ac litteris Apostolicis eisdem Communitatibus, Vniuersitatibus, Presidentibus, Consiliarijs, & alijs supradictis in cōtrarium quomodolibet per quoscumq; Rom. Pont. prædecessores nostros, etiam per nos iteratis vicibus concessos, &c. Quibus omnibus, & singulis etiā si de illis, &c. tenore, &c. latissimè derogamus, & cæteris contrarijs quibuscunq; &c. Huius etiam motus proprij nostri solam signaturam sufficere, & vbiq; fidem facere in iudicio, & extra, regula quacumq; in contrarium pro tempore edita non obstante; volumus atq; decernimus. Et quod præsentis motus proprij, ac litterarū desuper confectarum trāsumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ, seu Personæ in dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem fides adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Qui quidem motus proprius, in eius fine taliter reperiebatur signatus vid. Placet, & ità motù proprio mandamus M. Dat. Romæ apud S. Pet. Septimo idus Februarij Anno 2. Reg. lib. 1. Secretorum fol. 54. post cuius quidem motus proprij presentationem, & receptionem nobis, & per eos, vt premittitur factā fuimus pro parte, & ad instantiam Mag. D. Io. Baptiste Bizoni eiusdem Sanctis. D.N. Papæ, & Cameræ Apostolicæ Procuratoris Fiscalis debita cum instantia requisiti, Quatenus ad intimationem præfati motus prop. & cōtentorum in eo procedere dignaremur.

Nos tunc Iacobus Cardinalis Sabellus Vicarius, seù Viceegerens, & Iudex commissarius præfatus attendentes huiusmodi requisitionem fore iustam, & rationi consonam: Volentes insuper mandatis Apostolicis nob. commissis obedire (vt tenemur) Idcircò auctoritate Apostolica nobis commissa, & quà fungimur, in hac parte, ac etiam ex mero officio nostro, vos omnes, & singulos supradictos, & vestrum quemlibet tenore præsentium requirimus, & monemus pri-

mò, secundò, tertiò, & peremptoriè; quatenus infra sex dies, quorum duos pro primò, duos pro secundò, & reliquos duos dies pro tertiò, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus; Ita tamen, quòd in his exequendis vnus vestrum alium non expectet, nec vnus pro alio se excuset, in virtute S. Obedientiæ, & sub decem millium Ducat. auri arbitrio Præf. Sanctiss. D. N. applica. & in iuris subsidium excommunicationis, alijsq; arbitrio nostro imponen. & moderan. pœnis debeatis, & quilibet vestrũ debeat statim visis præsentibus, & postquam desuper fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus per insertum Sanctiss. D. N. Papæ motum propriũ, ac omnia, & singula in eo contenta, Communitatibus, Vniuersitatibus, Consulibus, Scabinis, Rectoribus, & Gubernatoribus, Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, Villarum, & aliorum locorum Dominij temporalis Illustriss. & Excellentiss. Dom. Philiberti Emanuelis Sabaudiæ Ducis, cæterisq; omnibus, & singulis in d. motù proprio comprehensis intimasse, & notificasse, prout & nos illis, ac eorum singulis intimamus, & notificamus, ac ad ipsorum, & cuiuslibet eorum notitiam indubitatam deducatis, prout & nos tenore præsentium deducimus, & deduci volumus, ne de præmissis ignorantiam aliquam prætendere valeant, seù imposterum quomodolibet allegare, alioquin dictis terminis elapsis, & præmissis non adimpletis ad declarationem incursus Censurarum, & pœnarum in d. litteris Apostolicis contentarũ, & aliàs iuxta illarum formam, & tenorem procedemus. Diem verò, seù dies intimationis huiusmodi, atq; formam executionis, & quicquid in præmissis feceritis, aut aliquis vestrum duxerit facien. nobis per vestras patentes litteras, seù instrumentum publicum harum seriem, siuè designationem in se continen. quantò citiùs fideliter notificare curetis. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes fieri, & per Notarium nostrum Publicum infrascriptum subscribi, sigilloq; nostro, quò in talibus vtimur, iussimus, & fecimus appensione muniri. Dat. Romæ in Aedibus nostræ solitæ

resi-

residentiæ, sub Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die verò vigesima prima Mensis Martij, Pontificatus Sanctiss. D. N. Dom. Pij Diuina prouidentia Papæ Quinti Anno secundo, præsentibus ibid. discretis viris DD. Fęlice de Ronaulis, & Triphone Victorello Romanis Connotarijs Testibus ad premissa vocatis, atq; rogatis.

Approbo Simon Gunettus Not.

A. Binarinus Vicegerens.

Et ego Simon Gunettus Clericus Tullen. Diæc. publicus Apostolica auctoritate, necnon Curiæ causarum Illustrissimi, & Reuerendissimi D. S. Sanctitatis Vicarij Notarius huiusmodi intimationis instrumentum subscripsi, & publicaui rogatus, &c.

## Bulla Sanctiss. D. N. Diuina Prouidentia BENEDICTI PAPAE DVODECIMI Pro libertate, & immunitate Ecclesiastica.

VNà cum iurata promissione coram ipso instrumentaliter per legitimos, & approbatos Procuratores ad ipsum pro hac re specialiter directos, & destinatos; vti in eorum authentica procura ipsis facta videre erit hic infra inserta, fideliterq; cum originali collationata, ab Inclita Ciuitate, & Territorio Cremonensi, nomine etiam consequenter totius Status, & Ducatus Mediolani, &c. quod fideliter in posterum seruabunt, seruariq; facient Ecclesiasticā libertatem, & immunitatem, ac illam ab oppressoribus viriliter defendent, & patrocinabuntur; quin & exacta omnia hactenus in eius præiudicium, ad minimum vsq; quadrantem omninò restituent.

## Summariolum prædictæ promissionis.

1 *PRomissio ciuitatis, & comitatus Cremonensis, &c. quod datia, gabellas, & collectas non imponent, nec imponi faciēt, vel permittent Ecclesijs, siuè personis, & Ecclesiasticis bonis, & eorum cultoribus.*

2 *Ab Ecclesiasticis non exigent gabellas, nec imponentibus dabunt auxilium.*

3 *Gabellas impositas reuocabunt, & exactas restituent.*

4 *Non impedient iudices Ecclesiasticos, quominus contra imponentes gabellas, & collectas religiosis, & eorum bonis, liberè procedant.*

5 *Quòd manutenebunt libertatem Ecclesiasticam, eamq; ita defendēt quòd nec directè, nec indirectè lædatur vsurpataq; restituent, ac restitui facient.*

6 *Quòd nec directè, nec indirectè offendent, imò ab offendentibus tuebuntur loca Ecclesiæ, & quæuis ad illam spectantia.*

7 *Veniam, & absolutionem transgressorum humillimè petunt de præteritis, in posterumq; promittunt nullo modo se grauaturos Ecclesiasticos, ac eorum bona gabellis, aut collectis; imò se fore illas viriliter defensuros à volentibus illos aggrauare, subijcientes se in omnibus pœnis, & censuris, &c.*

BEnedictus Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Sanctam Matrem Romanam Ecclesiam, cuius vbera fragrant dulcedine pietatis, decet in cunctis actibus suis comitem habere clementiam, & viscera, gestans piæ matris, ad singulos semper prompta sit parcere, ac misericordia superexaltante iudicium, eis, qui ab eius filiali deuotione recesserant, humiliatis, & pœnitentibus, ad ipsius redeuntibus, & recurrentibus, gremium, veniamq; deuotè poscentibus, clementiæ suæ ianuam aperire.

Sanè

SAnè dilectis filijs Leone de Dugnano, & Manfredo de Strazonibus de Mediolano Iurisperitis, Ambasciatoribus, & Nuntijs, nec non Guidolo nato quondam Benedicti de Calice, Ciuibus Mediolanensibus, Procuratore, ac Syndico Communis, & Populi Ciuitatis Cremonæ, eiusq; Comitatus, & Districtus, & quarundam singularium personarum Communis, & Populi prædictorum in quodam Instrumento publico Syndicatus, seu Procurationis Communis, & Populi eorundem nominatim expressarum pro infrascriptis supplicandis, & exequendis ad Nos, & Sedem Apostolicam specialiter destinatis, coram nobis, & Fratribus nostris eiusdem S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Concistorio, præsente ibidem tàm Prælatorum, quàm aliorum multitudine copiosa fidelium, se cum reuerentia debita præsentantibus, & deuotionem sinceram, quam Cremonensis Populus, & singulares personæ prædictæ ad Nos, & dictã Romanam Ecclesiam gerunt, & costanter disponunt gerere in futurum, deuotè, ac humiliter exponentibus, præfactus Guidolus prædictum instrumentum, cuius tenorem de verbo ad verbũ præsentibus fecimus annotari, exhibuit in nostra, & Fratrum nostrarum præsentia prędictorum, quo quidem instrumento viso de mandato nostro in Concistorio ipso lecto prędictus Syndicus, & Procurator Syndicario, & Procuratorio nomine prædictorum, quorum Syndicus, & Procurator existit, deuotè, & humiliter recognouit, & spontè, ac reuerenter confessus fuit.

Quòd dudũ ipsa Ciuitas Cremonæ, ac Districtus, & Comitatus eiusdem, nec non homines, & habitatores eorundem fuerunt, & steterunt sub dominio, & subiectione, ac obediẽtia q. Galeatij de Vicecomitibus de Mediolano, etiam contra dictam Sanctam Romanam Ecclesiam, non tamen in hæresi, nec in aliqua fautoria alicuius hæresis, etiam temporibus, quibus dicitur, quòd ipse Galeatius fuit in rebellione ipsius Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac ei obediuerunt, & dictis temporibus paruerunt, prout subditi Domino facere consueuerunt, & ei vt tali fauerunt ipsum in Dominio, & præ-

eminentijs eorum totis viribus defendendo ab omnibus eum volentibus impugnare, ac deijcere de Dominio supradicto, exercitus, & Caualcatas ad eiusdem Galeatij voluntatem, & mandatum faciendo contra omnes, & singulos inimicos, & rebelles ipsius, subsidia pecuniaria ei præbendo, & collectas, ac taleas persoluendo ad impositionem, & voluntatem ipsius, & alia etiam onera supportando, licèt Ciuitas, Comitatus, & Districtus prædicti, Communia, & homines eorundem ipsa pecuniaria subsidia eidem præberent, & soluerent dictas taleas, & collectas, & alia onera supportarent, nō voluntariè, sed inuitè, & constricti ei tamquam Domino obedire, & in diuersis alijs etiam eidem faciendo ad mādatum eiusdem Galeatij in omnibus secundum voluntatem ipsorum, præterquam in hæresi, vel aliqua fautoria eorundem, in quibus nunquam eidem obediuerunt, nec fauorem aliquem præstiterunt; Quodq; Ciuitas, & homines, ac habitatores ipsius, nec non comitatus, & districtus eiusdem fuerunt aliquibus temporibus obedientes, & fauentes quādoq; de voluntate dicti Galeatij, quandoq; præter eius voluntatem Ludouico de Bauaria, etiam in Coronatione ipsius facta in Ciuitate Mediolani, scientes ipsum tunc temporis esse rebellem eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac ipsi Ludouico, tamquam Regi Romanorum, & se nominantem Imperatorem, licèt non esset per Sanctam Romanā Ecclesiam approbatus, fauerunt, obediuerunt, & intenderunt sicut supra dictum est, in omnibus, preterquam in hæresi, vel aliqua fautoria, seu speciē hæresis, in quibus nunquam eidem Ludouico, vel alicui alio obediuerunt, nec fauorem aliquem præstiterunt, & etiam fauorem, & obedientiam prædictos ipsi Ludouico præstiterunt, non voluntarij, sed inuiti, & coacti, quandoq; per ipsum Ludouicū, seu Agentes eiusdem, & quandoq; propter timorem aliquorum.

Insuper dictus Syndicus, & Procurator, quo supra, nomine recognouit, & confessus fuit, Quòd Ciuitas, Comitatus, & districtus prædictus, nec non Ciues, & homines, & habitatores eorundem aliquibus temporibus nuncios q. Petri de

Cor-

Corbario, tunc Antipapæ Scismatici, & Apostatici, tempore, quo fel. rec. Ioannes Papa XXII. Prædecessor noster in humanis agebat, & vnum Anticardinalem legatos, & prędicatores ipsius Antipapæ, etiam prædicantes contra præfatum prædecessorem nostrum scienter receperunt, & fauerunt eisdem ipsos, vt tales honorabiliter recipiẽdo, & fauorabiliter pertractando, ac eis reuerenter obediendo, non tamen in hæresi, nec in aliqua fautoria alicuius hæresis, neq; eis, vel alicui eorum in aliqua hæresi, vel specie alicuius hæresis, seu contra Catholicam fidem, fauorem, vel auxilium aliquo vllo modo præstiterunt, nec etiam vnquam crediderunt dictum Petrum de Corbario fuisse, vel esse verum Papam, nec dictos Cardinalem, Legatos, & Nuntios fuisse, vel esse Nuntios veri Papæ, & etiam receptionem obedientiæ, & fauorem huiusmodi, vt dictum est, præstiterunt, & fecerunt nõ voluntarij, sed inuiti, & coacti, & propter timorem, vt de aliis est expressum.

Et nihilominus in Ciuitate, Comitatu, & Districtu prædictis fuerunt aliquoties Clericis, & Ecclesiasticis personis secularibus, & regularibus eorundem impositæ, taleæ, & collectæ, nec non alia onera temporibus, quibus dicta Ciuitas recta fuit per dictum Galeatium, seu ad petitionem eius, vel per dictum Ludouicum, seu ad petitionem Ipsius Ludouici, & per Officiales, tunc præsidẽtes dictæ Ciuitatis exactæ, & exacta, etiam ab inuitis, & contra Iura, & Ecclesiasticam libertatem patientibus, & non contradicentibus, sed potiùs assistentibus dictis Exactoribus, in illis Communi, & Populo Ciuitatis eiusdem; Et subsequenter dictus Syndicus ad euidentiam veri, & boni propositi, quòd dicta Ciuitas Cremonæ, nec non Castra, Villæ, Terræ, & loca Comitatus, & Districtus eiusdem, & homines eorundem persistendi in obedientia, & deuotione Sanctæ Matris Ecclesiæ, atque nostra, & Successorum nostrorum habere noscuntur, solemniter
1 bona fide promisit nomine prædictorum, quorum Syndicus, & Procurator existit, prout ab eis in mandatis habebat, quòd Ciuitatis prædictæ, necnon Castrorum, Villarum,

Ter-

Terrarum, & locorum Comitatus, & Districtus prædictorum Communia, & homines, Datia, Gabellas, & collectas, siuè pedagia, vel alia onera, per se, vel alium, seu alios non imponent, vel imponi facient, vel permittent Ecclesijs, siuè Ecclesiasticis locis, & personis Ciuitatis prædictę, nec non Castrorum Villarum, & Terrarum, & locorum Comitatus, & Districtus prædictorum, nec eadem pedagia, gabellas collectas, & alia onera ab eisdem Ecclesijs, locis, & personis Ecclesiasticis huiusmodi, vel bonis eorum exigent, vel exigi facient, aut permittent contra Canonicas sanctiones directè,
2 vel indirectè, publicè, vel occultè, nec illa imponentibus, aut exigentibus dabunt auxilium, consilium, vel fauorem; quinimò Ecclesias, & Ecclesiasticas personas prædictas in suis bonis, iuribus, & libertatibus conseruabunt, & quod Præsidentes Regiminibus Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, Locorum, Comitatus, & Districtus prædicti, quatenus ad eos, tamquam ipsorum Rectores spectabit, teneantur, si secus fieret ipsis Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis de impositionibus, seu exactionibus huiusmodi conquerentibus, exacta restituere, seu restitui facere, ac impositiones factas
3 etiam reuocare, seu reuocari facere celeriter, summariè, sine strepitu iuditij, & figura; alioquin pęnas incurrant super ijs à sacris Canonibus promulgatas; Quòdq; ipsi Præsidentes, & communia, ac singulares personæ ipsorum Iudi-
4 ces Ecclesiasticos non impedient, quominus contra imponentes, & exigentes huiusmodi liberè procedere valeant ad publicationem dictarum pœnarum, & alias iuxta Canonica Instituta.

Insuper dictus Syndicus iurauit ad Sancta Dei Euangelia per eum corporaliter manu tacta in animas constituentium prædictorum, prout ab eis spetialiter in mandatis habebat; Quòd Ciuitatis Cremonæ, nec non Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum, Comitatus, & Districtus prædictorum Communia, & homines parebunt super premissis omnibus, & singulis commissis per eos mandatis Ecclesiæ, atq; nostris, & quòd similia de cætero non cōmittent, ac supra-

scri-

scripta omnia, & singula inuiolabiliter obseruabunt, & adimplebunt, ac Procuratorio Syndicario nomine Communium, & Vniuersitatum Ciuitatis, Castrorum, Villarū, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus prædictorum, & singularium personarum ipsorum promisit, & iurauit etiam in animas eorundem, quòd Communia, Vniuersitates, & singulares personæ prædictæ nobis, & Successoribus nostris canonicè intrantibus erunt deuotæ, & fideles, ac obedientes, tamquam Christi Vicario, & Sanctæ Matri Ecclesiæ, velut cæteri veri, & Catholici Christiani; & quòd præfato Ludouico, & sequacibus suis per Ecclesiam condemnatis, & alijs quibuscumq; per dictam Ecclesiam denotatis (illis, qui de iniusta condemnatione occasione præmissorum conquererentur, vt infra sequitur exceptis) & denotandis imposterum de hæresi, vel fautoria ipsius nunquam sciēter dabunt auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, nec eos sciēter receptabunt in Ciuitate Cremonæ, ac Castris, Villis, Terris, & Locis, Comitatu, & Districtu prædicto, vel alijs quibuscunque ipsorum administrationi, vel iurisdictioni subiectis, & subijciendis, quousque ad Ecclesiæ redierint vnitatem, & quòd aliquem, qui veniret ad partes Italiæ sub nomine Imperatoris, vel Regis Romanorum, vel Administratoris Iurium Imperatoris, vel Regis Romanorum, aut quemuis alium quouis titulo, seu nomine pro eodem non receptabunt in Ciuitate, Castris, Villis, Terris, & locis, Comitatu & Districtu prædictis, nec eis dabunt scienter, publicè, vel occultè auxilium, consilium, vel fauorem priusquam fuerit per Sedem Apostolicam approbatus.

Et nihilominus Syndicus, & Procurator pro prædictis, quo supra nomine confessus fuit, & iurauit specialiter, & expresse; quòd Communia Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum comitatus, & districtus prædictorum, ac homines eorundem pro certò credunt, & firmiter tenent, quòd non spectat ad Imperatorem, Papam deponere, vel Papam facere, ac Hæreticum reputant aliter credere, vel docere, ac hæresim damnatam per Ecclesiam, quam

& ipse

& ipse Syndicus quantum in eo est præfato Syndicario, & Procuratorio nomine potest iuxta determinationem Ecclesiæ anathematizauit, & damnatam etiam reputauit.

Idem quoque Syndicus Procuratorio, & Syndicario nomine supradicto promisit, & iurauit, quòd Communia, & homines prædicti de ipsis Ciuitate, Castris, Villis, & Locis, ac Terris alijs quibuscunque ipsorum Iurisdictioni, Regimini, seù Administrationi subiectis, vel antea subijciendis, vniuersos, & singulos hereticos ab Ecclesia denotatos, & in posterum denotandos, nec non manifestos scismaticos pro viribus bona fide expellere, & exterminare curabũt, quousq; ad Ecclesiæ redierint vnitatem, protestans dictus Syndicus, quòd ad illos, qui vt præmittitur præmissorum occasione de crimine hæresis, vel fautoria ipsius, se iniustè condemnatos conquererentur ad se articulus huiusmodi non extenditur, donec secundùm ordinationem, quam super hoc facimus ijs, quæ proponuntur contra condemnationes ipsas cognitum fuerit, & etiam definitum.

Promisit etiam, & iurauit dictus Procurator, & Syndicus nomine prædicto, quod Communia Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum comitatus, & districtus prædictorum, ac homines eorũ, Nuntios, & gentes nostras, ac Successorum nostrorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per Ciuitatem, Castra, Villas, & Terras, comitatus, & districtus, ac alias loca eorum Iurisdictioni subiecta, & subijcienda pro tempore ipsis scientibus transeuntes curialiter recipient, & tractabunt, ipsosq; defendent, & protegent bona fide.

Præterea promisit dictus Procurator, & Syndicus nomine Ciuitatis Cremonæ, necnon Castrorum, Villarum, Terrarum, & locorum comitatus, & districtus communium, & hominum, ac singularium personarum prædictarum, ac iurauit in animas eorundem, prout ab eis in mãdatis habebat, quòd constituentes ipsi omni malitia, dolo, & fraude cessantibus Ecclesias, & personas, & loca Ecclesiastica vniuersa Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & locorum prædi-

5 ctorum, ac comitatus, & districtus eiusdem, ipsorumq; bona libertates, & iura omnia manutenebunt, & defendent, & ipsa, vel eorum aliqua non vsurpabunt, seu occupabunt directè, vel indirectè, nec vsurpata, vel occupata tenebunt, sed ea liberè, & cum effectu dimittent, & restituent Ecclesijs, & personis, quibus est ipsorum restitutio facienda, Ecclesias clericos loca, & personas Ecclesiasticas huiusmodi bonis iuribus, & libertatibus eorundem liberè vti, & frui; illosq; ea pacificè possidere, ac eorum fructus, redditus, & prouentus, permittent pacificè percipere, & habere, ac promittent illos non vsurpare, nec occupare, aut vsurpata, vel occupata tenere, seu quominus Ecclesiæ clerici, & personę Ecclesiasticæ prędictę huiusmodi bonis Iuribus, & libertatibus liberè, & pacificè vti, & frui; necnon ea pacificè possidere, ac illorum fructus, & redditus, vt præmittitur, percipere valeant, & habere: nec Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas in præmissis impedire quoquomodo volentibus consentient, nec illis dabunt directè, vel indirectè, publice, vel occultè, auxilium, consilium, vel fauorem; quinimmò facient, & procurabunt toto posse cum effectu, quòd vsurpata, & occupata de bonis, & iuribus Ecclesiarum, Locorum, Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum dimittantur, & restituãtur prædictis Ecclesijs, locis, Clericis, & personis prædictis, prę terquam Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & locorum comitatus, & districtus prædicti notorijs inimicis, quos in casu, in quo ad pacem, & concordiam, cum eorum Communitatibus, & Vniuersitatibus deuenire nollent, manutenere, & defendere non permittent.

Rursus promisit Syndicus memoratus Procuratorio, & Syndicario nomine antedicto, ac iurauit in animas constituentium eorundem, quòd ipsi, quorum Syndicus, & Procurator existit, Bononienses, & Ferrarienses Ciuitates, earumq; comitatum, & districtum, & Marcam Anconitanam,
7 Romandiolam, Ducatũ Spoleti, Patrimoniũ Beati Petri in Tuscia, Campaniam, & Maritimam, aut aliquam partem earum, seu Terras, Districtus, Pertinentias, Honores, aut bo-

na,

na, & iura eorundem, vel quascumq; alias Ciuitates, Terras, Castra, Fortalitia, Villas, & Loca, seù habitationes hominum, quæcunq; Dominia, Iurisdictiones, portus, vel passus terræ, vel aquarum fluminis, seù ascensus, vel descensus per eorum stratas, vel vias publicas, vel priuatas, quarumcunq; Ciuitatum, Comitatuum, Prouinciarum, Locorū, & Districtuum huiusmodi, vel alicuius ipsorum per se, vel alium, seù alios, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè non offendent, aut subtrahent, nec inuadent, nec capient, nec vsurpabunt, vel impedient, aut prædabuntur, seu spoliabunt in toto, vel in parte, nec talia facientibus, aut attentantibus, vel facere, ac attentare volentibus, dabunt, seù præstabunt succursum, auxilium, consilium, vel fauorem, & Districtuum, Prouinciarum, seù locorum proximè nominatorum ad Nos, & Romanam Ecclesiam spectantiū, vel quę sub nostro, & eiusdem Romanę Ecclesię nomine regūtur, aut tenentur, seu in quibus Nos, & Romana Ecclesia habemus ius, qualiacunq; sint, & in quibuscunque, aut vbicunque consistant, aut personas Ecclesiasticas, & sæculares earundem Ciuitatum, & Comitatuum, Prouinciarum, Locorum, & Districtuū huiusmodi, vel alicuius ipsorum per se, vel alium, seù alios directè, vel indirectè, publicè, vel occultè non offendent, aut subtrahent, nec inuadent, nec capient, nec vsurpabunt, vel impedient, aut prædabuntur, seù spoliabunt in toto, vel in parte, nec talia facientibus, aut attentantibus, vel facere, & attentare volentibus, dabunt, seu præstabunt succursum, auxilium, consilium, vel fauorem, nec eis in personis, bonis, & rebus eorum irrogabunt damna, iniurias, vel offensas sine nostra, & Successorum nostrorum, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ licentia speciali; nec Ciuitates, Comitatus, Prouincias, Districtus, Terras, & loca proximè dicta, vel aliqua earundem eiusdem Ecclesiæ, vel sub Dominio, & regimine ipsius consistentia, ipsi appropriabunt, vel ea eidem Romanę Ecclesię auferent, vel quomodolibet subtrahent in futurum, adiecto tamen, & saluo, quòd si commune alicuius de Ciuitatibus, Prouincijs, seù locis Comitatuum, & Districtuum prædictorum,

rum,

rum, quæ tenentur, & reguntur ipsius Rom. Ecclesiæ nomine, seu persona singularis; Commune, seu populũ dictæ Ciuitatis Cremonensis, vel Castrorum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus eiusdem, quorum ipse Syndicus, & Procurator existit, vel alicuius eorum, aut personam singularem de illis, vel etiam è conuerso aggrederẽtur primò, vel offenderent, aut hostes, vel ęmulos ad ipsos offendendos receptarent, Communia, aut singularis persona taliter offensæ, vel inuasa per viam Iustitiæ, quam, vim vi repellendo, cum moderamine inculpatę Tutellę, prout exposcit facti, & temporis qualitas, se & bona, ac loca sua defendere valeant, & tueri; sic tamen, quòd in Ciuitatibus, & locis prædictis, quæ vt præmittitur, tenerentur, seu regerentur nomine prędictę Romanæ Ecclesiæ, Ius Ecclesię prædictæ, ac etiã Ciuitatum, & Castrorum, si quod eisdem in illis, vel eorũ aliquo, seu hominibus, ipsorum, vel alicuius eorum competat ipsis Romanæ Ecclesiæ ciuitatibus, vel castris, quibus per pręmissa, vel aliquod præmissorum non præiudicetur in aliquo, saluum semper remaneat, & illęsum, nec per præmissa intelligatur cuiq; commissa licentia ad offensiones, inuasiones, seu congressus aliquos illicitos procedendi; sed si dictis Ciuitati, Castris, Villis, Terris, & locis Comitatui, & Districtui eiusdem, quorum dictus Syndicus, Procurator existit in Ciuitatibus, Castris, vel locis præfatis, quæ vt præmittitur, tenentur, seu reguntur nomine Romanæ Ecclesiæ memoriæ, vel aliqua ipsorum, aut hominibus eorum, vel alicuius eorumdem ius aliquod competat Communia, Ciuitatum, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum, ac Comitatuum, & Districtuum eiusdem; quorum ipse Syndicus Procurator existit, vel eorum aliquis cuius intersit ius huiusmodi, si velint, possint per eorum Syndicum per viam Iustitiæ, apud Apostolicam Sedem prosequi prælibatum, vbi eis ministrabitur, Iustitiæ complementum, nec Iuri huiusmodi propterea in aliquo derogari.

Quibus quidem confessionibus, recognitionibus, promissionibus, protestationibus per eundem Syndicum dictorum,

Communium, Vniuersitatum, & singularum personarum eorundem Ciuitatis, Comitatus, & Districtus Cremonensis nomine factis, præfatus Syndicus prædicto nomine veniam, gratiam, & misericordiam nostram, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedis reuerenter exponens nobis, cũ omni humilitate, deuotione, & reuerentia, flexis genib⁹ postulauit, & supplicauit; Vt cum singulares personæ Communium, & Vniuersitatum prædictorum, propter eorum multitudinem, & multorum paupertatem, maiorem etiam ipsorum Communium propter capitales inimicitias, quas habent, se non possunt commodè Apostolico conspectui præsentare, pro petendo absolotionis beneficio, à pœnis, & sententijs, quas propter præmissa, & eorum occasione quomodolibet incurrissent, ipsiq; verum, & sincerum propositum habeant pœnitendi, & perseuerandi in præmissis omnibus per dictũ Syndicũ prædicto nomine promissis Communibus, & Vniuersitatibus, ac singularibus personis prædictis, eorumq; sequacibus, & fautoribus, seu dantib. eisdem auxilium, consilium, & fauorem ab interdictorum, excommunicationum, & priuationum, alijsq; pœnis, & censuris, & sententijs, quibuscunq; iuris, vel hominis spiritualibus, & temporalibus, necnon periuriorum reatibus, quas, & quæ Communia, & singulares personę prędictæ, propter premissa in instrumento, & capitulis prędictis expressa, & contenta, vel eorũ occasione, vel quia terras aliquas inuasisse dicerentur ad Romanam Ecclesiam pertinentes quomodolibet incurrissent, de absolutionis, & restitutionis in integrũ ad honores, bona, iura, priuilegia, libertates, immunitates, status, & famam, necnon, & absolutiones inhabilitatis cuiuslibet, & infamiæ beneficijs prouidere misericorditer; ac interdicta, quibus Communia, Ciuitas, Castra, Villæ, Terræ, Comitatus, Districtus, & Loca prædicta premissorum, aut alicuius eorum, occasione quomodolibet subiecti, relaxare de consueta ipsius Sedis clementia, & misericordia dignaremur; offerens, & promittens Syndicus antedictus, iuramento per eum super hoc præstito nomine, & in animas dictorum con-

stituen-

stituentium corporali, quod Communia, Ciuitas, Castra, Villæ, Terræ, & Loca, necnon & singulares personæ ipsorũ prefata super prædictis omnibus, & singulis excessibus, inobedientijs, & contumatijs, expressis in capitulis supradictis, stabunt, & parebunt in omnibus, & per omnia nostris, & Ecclesię beneplacitis, & mandatis, & suscipient humiliter, & obseruabunt, & complebunt mandata huiusmodi, ac etiam pœnitentias, quas singularibus personis prædictis, per Nos, seù alios duxerimus infligendas pro pręmissis, & eorum singulis, seu etiam imponendis, & in animas prædictorũ, quorum est Procurator, & Syndicus ad Sancta Dei Euangelia ibidem corporaliter manu tacta iurauit, quòd Communia prelibata prædicta omnia, & singula per eum promissa prædicto nomine, & iurata prout expressa sunt, tenebunt, complebunt, & inuiolabiliter obseruabũt, & non contrafacient, vel venient per se, vel per alium, seù alios, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, illaque prędicta commune ipsius Ciuitatis ratificabunt, approbabunt, & ex certa scientia confirmabunt, ac ratificationem, approbationem, & confirmationem huiusmodi, Nobis, & Sedi Apostolicæ per Instrumentum publicum, sigillo dictorum Communis sigillatum in termino competenti, quem ordinandum duximus, destinabunt.

Nos igitur recognitionibus, promissionibus, obligationibus, protestationibus, & iurisdictionibus prædictis benignè admissis, more pij Patris, iniuriarum, & offensarum immemores perceptarum, vbi ad hęc contritionis humilitatis, & verè pœnitentiæ signis congruentibus innitantur, & propterea cum Communibus, & hominibus prędictis, quorum dictus Guidolus Syndicus, & Procurator existit, vt erga Nos, & Sedem eandẽ constantioris deuotionis feruore imposterum habeantur, misericorditer super præmissis de Fratrum nostrorum Consilio procedere intendentes, Vniuersitates, & communia Ciuitatis Cremonæ, necnon Castrorum, Villarum, Terrarum, Comitatus, & Districtuum prędictorum ad obedientiam, gratiam, & mandata nostra, & eiusdem

Romanæ Ecclesię recepimus gratiosè, ac dictas singulares personas Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus prædictorũ in eodem Syndicatus, & Procurationis Instrumento expressas, nominatimq; excommunicatas, & condemnatas, pro quibus idem Syndicus ad petendum absolutionis, habilitationis, & restitutionis beneficiũ speciale mandatũ habere dignoscitur in personam dicti Syndici, necnon cęteras singulares personas Ciuitatis, Castrorum, Villarum, & Locorum Comitatus, & Districtus eorundē non nominatim, sed generaliter excommunicatas, seù condēnatas ab omnibus, & singulis excommunicationum, & interdictorum inhabilitatum, priuationũ, alijsq; pœnis, & sententijs spiritualibus, & temporalibus, & periuriorũ reatibus propter dictos excessus, delicta, contumatias, inobedientias, rebelliones, & crimina expressa in capitulis prælibatis per eundem Syndicum, & Procuratorem prędicto nomine recognita, & confessata contra singulares personas prędictas Apostolica Legatorum dictæ Sedis, aut ordinaria, vel quauis authoritate ab homine, vel a iure latis, & inflictis, pręterquam ratione Criminis, vel fautoriæ hæresis, quas, & quæ occasione pręmissorum, vel alicuius eorum quomodolibet incurrerunt, pręstito priùs coram Nobis ab eodē Procuratore, & Syndico in animas singularium personarum prædictarũ, & aliarum, quarum est, vt pręmittitur, Procurator de parendo super his mandatis Ecclesiæ, atq; nostris corporali Iuramento Apostolica auctoritate absoluimus, ac easdem personas per Nos taliter absolutas, & earum quamlibet, necnon Ciuitatem, Castra, Villas, Terras, & Loca Comitatus, & Districtus prędicta Communia, & homines eorundem, quorum ipse Syndicus, & Procurator existit ad honores, bona, & Iura eorum, in quibus non est alijs ius specialiter acquisitum, necnon priuilegia, libertates, immunitates, status, & famam restituimus in integrum, & statutum pristinum, in quo erant ante patrationem, & commissionem contumatiarum, inobedientiarum, rebellionum, periuriorum, criminum, & excessuũ prędictorũ, &

quod

quod singulares personæ prędictæ, vt premittitur, absolutæ, nec non Ciuitas, Castra, Villæ, Terræ, & Loca Comitatus, & Districtus prædictus, & Communia, & homines eorūdem eisdem honoribus, bonis, & Iuribus, nisi in eis alij, vel alijs fuerit ius acquisitum specialiter, vt præfertur, ac priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus vti, & gaudere liberè valeant, sicuti poterant ante excessus prædictos, taliter perpetratos; Et nihilominus Nos omnem infamiæ, ac inhabilitatis maculam, siue notam, quam prædictæ personæ singulares, vt præmittitur absolutæ, nec non Cōmunia, & Vniuersitates prædictæ premissarum, occasione quomodolibet contraxerunt de Apostolicæ potestatis plenitudine abolemus, ac interdicta quælibet, quibus Ciuitas Cremonæ, nec non Castra, Villæ, Terræ, Loca, Comitatus, & districtus eiusdem Communia, & Vniuersitates eorum prædicta, propter præmissa, vel eorum aliquod subiacēt, authoritate Apostolica relaxamus omninò, & totaliter amouemus.

Porrò, vt Communi, Populo, seu singularibus personis Ciuitatis, Comitatus, & Districtus prædictorum, & eorum posteris in perpetuum de prædictis commissis excessibus, & similiter de cætero euitandis, nec non de tanta gratia, & veniæ beneficio super præmissis obtentæ de clementia dictæ Sedis memoria perpetua relinquatur: Volumus, & auctoritate Apostolica ordinamus, ipsisq; Communi, Populo, & hominibus huiusmodi Ciuitatis districtè iniūgimus per presentes, vt ipsi Commune, Populus, & homines, nomine pœnitentiæ pro præmissis ædificari, seu construi faciant sumptibus eorundem, vnam pulchram, & decentem Capellam intra maiorem Cathedralem Ecclesiam dictæ Ciuitatis, ad honorem Almi Confessoris Beati BENEDICTI Abbatis, ac eius vocabulo insignitam, in qua vnus Presbyter perpetuus Capellanus, & vnus Minister instituantur, qui in ea Diuina quotidie debeāt celebrare, & quod ipsam Capellam, Libris, Calicibus, Crucibus, Vestimentis, Paramentis, & alijs ornamentis ad cultum Diuini Nominis oppottunis, & decentibus muniant, & manuteneant, & faciant effectualiter, in pe-

petuum, quoties fuerit opportunum; quòdq; pro dote dictæ Capellæ tot possessiones emant, ex quibus fructus, redditus, & prouentus perueniant ad summam triginta Florenorum auri communiter annis singulis ascendentes, conuertendi in sustentationem dictorum Capellani, & Ministri eius, qui ei assistat in celebratione huiusmodi Diuinorum, & quòd ipsi Commune, Populus, & homines quolibet anno in festo eiusdē Beati Benedicti, ac Rectores seu Regimina eiusdem Ciuitatis, qui erunt pro tempore, voce præconia populo dictæ Ciuitatis generaliter inuitatô, & conuocato ad dictam Capellam conueniant, & Missam ibidem solemniter audiāt, in qua proponatur populo Verbum Dei, in quo habebitur memoria tantæ gratiæ indultæ ipsis misericorditer à Sede Apostolica supradicta, de tot, & tātis excessibus, ac delictorum per eos, vt præmittitur, perpetratis, & quòd ipsi Commune in die festiuitatis ipsius Beati Benedicti singulis annis in perpetuum ad hoc, vt nec culpa cōmissa per eos, nec gratia veniæ illius recepta à Sede prædicta de Cremonensis memoria valeat aboleri, faciant vnam eleemosynam in Ciuitatē Cremonæ mille personis pauperibus cuilibet personæ, videlicet, de vno pane bono, conueniente, albo, ponderis duodecim unciarum pro quolibet, & quòd pro huiusmodi eleemosyna perpetuò facienda, & manutenenda ipsi Commune, Populus, & homines Ciuitatis eiusdem tot emant præfatæ Capellæ annuos redditus, præter redditus Capellani prædicti, quod ex eis possit dicta eleemosyna perpetuò, sine defectu fieri, & realiter adimpleri; quòdque in casu, in quo non reperirētur die huiusmodi festi in Ciuitate prędicta tot pauperes, qui sufficerent ad dictam eleemosynam capiendam, ipsi Commune id, quod supererit à pauperibus, qui in dicta eleemosyna interfuerint, dispensari faciant, & largiri inter pauperes verecundos Ciuitatis eiusdem, & quòd prædictam Capellam construi faciant, & Libros, Cruces, Calices, ornamenta, vestimenta, & alia paramenta Ecclesiastica ipsi Capellæ dent, & assignent, ac redditus huiusmodi emant, tàm pro Capellano, & Ministro, quàm eleemosyna

su-

supradictis infra duos annos à data præsentiū computādos.

Volumus insuper, quòd ipsi Commune prędictæ Ciuitatis, præmissa omnia, & singula per ipsum Syndicum, ac eorum Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & districtus prædictorum nomine acta, gesta, confessata, recognita, promissa, & iurata, infra tres menses à data præsentium computandos, in eorum pleno, solemni, & generali Consilio, pro vt in arduis, solemnibus, & maioribus negotijs Ciuitatis prædictæ, tàm eorum, quàm Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & districtus eorundem Communium, & Vniuersitatum nomine extitit hactenus fieri consuetum, ratificare, approbare, confirmare, & innouare solemniter, & expressè, & de ratificatione, & approbatione, cōfirmatione, & innouatione huiusmodi, per Instrumentum publicum manu Tabellionis publici confectum, & sigillo Communis dictæ Ciuitatis sigillatum, Nobis, & Sanctæ Sedi prædictæ realiter infra duos menses prædictos immediatè sequentes assignandos, Nos certificare effectualiter teneantur, ac Commune ipsius Ciuitatis in ratificatione, approbatione, confirmatione, & innouatione huiusmodi, modum tenere volumus infrascriptum, videlicet:

Quòd in Instrumēto ipsarum ratificationis, approbationis, confirmationis, & innouationis huiusmodi de verbo ad verbū tenor præsentium inseratur, & deinde ratificatio, approbatio, confirmatio, & innouatio præmissorū omnium, & singulorum, per ipsum Syndicūm eorum nomine confessatorum, recognitorum, promissorum, & iuratorum, & iuramenta, prout per ipsum Syndicum facta sunt, subsequantur; si verò præfati Commune dictæ Ciuitatis præmissa omnia, & singula per eundem Syndicum eorum nomine confessata, recognita, promissa, & iurata, vt præmittitur, non ratificarent, approbarent, confirmarent, & innouarent, ac Instrumentum publicum de ratificatione, approbatione, confirmatione, & innouatione huiusmodi Nobis, & Sedi prędictæ non miserint, & realiter assignauerint, ac dictam Capellam ædificari, seu construi non fecerint, &

 etiam

etiam libris, calicibus,crucibus,paramentis, vestimentis Ecclesiasticis, & ornamẽtis huiusmodi nõ muniuerint, ac redditus pro dote illius, & sustentatione Capellani, & Ministri prędictorum, ac dicta eleemosyna facienda non emerint, vt prefertur infra terminos prelibatos, prout superiùs sunt distincti, volumus, & authoritate Apostolica decernimus, quòd praeati Commune dictę Ciuitatis, necnon Comitatus, & districtus ipsius Vniuersitatis, & Homines eorundem in easdẽ poenas, & sententias quibus subiacebant antea, reincidãt ipso facto: Quodq; si post ratificationem, approbationem, confirmationem, & innouationem praemissorũ, vt premittitur faciendam eiusdem Ciuitatis, necnon Castrorum, Villarum Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus prędictorum Communia, vel eorum aliqua, seù singulares personae ipsorum contra promissa, & iurata per eundem Syndicum eorum nomine, & de non fauendo dicto Ludouico de Bauaria, & sequacibus suis, & de non admittẽdo, vel receptando aliquem, qui veniret ad partes Italiae, vel sub nomine Imperatoris, vel Regis Romanorum, aut Administratoris Iurium Imperij, vel Regni Romani, aut quemuis alium, quouis titulo, seu nomine pro eorum in Ciuitate, Castris, Villis, Terris, & Locis, cum Comitatu, & Districtu praedictis, seù fauendo eisdem, ac expellendis haereticis, & eorum fautoribus illis, qui de hęresi, vel fautoria ipsius se iniustè, vt premittitur, asserũt condemnatis exceptis, ac de Terris, bonis, & iuribus eiusdem Romanae Ecclesiae, vt praemittitur, non inuadendis, nec etiam occupãdis quoquomodo fauerẽt singulares personae, vt excommunicationis incurrant sententiam, & communia taliter facientia, seù contrauenientia Interdicto Ecclesiastico eo ipso, & poenis, & sententijs subiaceant, quae contra fautores haereticorum, & taliter delinquentes, si haereticis fauerint, vel fautoribus eorũdem à Sacris Canonibus inflictae sunt, & prolatae; Quodq; Nos, & Successores nostri propterea contra eos alias possint procedere, prout Nobis, & ipsis Successoribus placuerit, & videbitur expedire. Cęterùm quia prefatas singulares personas ad bona eorum,

vt præmittitur restituimus, dummodo non sit in eis alijs specialiter ius acquisitum, volumus ad tollendam quorumlibet materiam scandalorum, quòd si qui sint, qui in bonis ipsis, vel eorum aliquibus eius ius specialiter acquisitum asserunt, seù asserēt in futurum ius huiusmodi coram Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarcha Aquileiensi, vel Episcopo Terdonensi infra duorum annorum spatium à data præsentium computandorum, ostendere, & prosequi teneantur, quibus vocatis, quorum interest, per ipsos Patriarcham, vel Episcopum, volumus super his simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Iuditij auctoritate Apostolica fieri Iustitię complementum, quòdq; à data præsentium sit eis, & cuilibet eorum in hac parte perpetuata potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, eaq; firmitate possint in præmissis, & pro prædictis procedere, etsi sua iurisdictio, & cuilibet eorum per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum existet cōstitutionibus de vna, vel duabus dietis, aut alijs contrarijs à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus æditis, per quas ipsorum Patriarchæ, vel Episcopi Terthonensis Iurisdictionis explicatio in hac parte impediri valeat, quomodolibet, vel differri, non obstantibus quibuscunque, alioquin dictis duobus annis elapsis huiusmodi asserentes, vel qui vt præfertur in futurum assererent se in bonis huiusmodi ius habere, super bonis eisdem nullatenus audiantur.

## Hic sequitur tenor Instrumēti Syndicatus, seu Procurationis factæ supradictis Procuratoribus fideliter, per Notarium collationata de Verbo ad Verbum cum originali.

In No-

IN Nomine Domini, Amen. Anno à Natiuitate eiusdem 1340. Indictione nona die decima sexta Mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi Patris, & D. D. BENEDICTI Diuina Prouidentia Papæ Duodecimi Anno sexto, in præsentia mei Notarij publici, & testium infrascriptorum ad infrascripta specialiter vocatorum, & rogatorum in Palatio Ciuitatis Cremonæ, ibidem existentibus Nobili Viro Domino Francisco de Carcano de Mediolano Potestate eiusdem Cremonæ, pro Magnificis Dominis D. Ioanne Episcopo Nouariensi, & D. Luchino Fratribus de Vicecomitibus de Mediolano ipsius Ciuitatis Cremonæ Dominis Generalibus, in publico, & generali Consilio Communis Cremonæ, & Vniuersitatis hominum Ciuitatis eiusdem, sono campanæ, & voce præconia, more solito conuocato, & congregato in eodem Palatio, sicuti fieri consueuit in maioribus, & arduis negotijs ipsius Ciuitatis, pro infrascriptis specialiter explicandis, & exequendis, in quo quidem Consilio interfuerunt duæ partes, & vltra consiliariorum, & hominum eiusdem Consilij, & Vniuersitatis ipsius Ciuitatis Cremone, quorum nomina inferiùs describentur, cũ numerus Consiliariorum, seu Credentiariorũ Consilij dictæ Ciuitatis consistat in Consiliarijs, seu Credentiarijs Ducentis, ex quibus constat plenitudo dicti Consilij, ad quos Consiliarios spectat administratio, & gubernatio plena, & libera potestas, & dispositio Ciuitatis eiusdem, tamquam ad Consiliarios, & Decuriones, secundùm quod ipsi D. Potestas, & Consiliarij protestabãtur, solemniter ipse D. Potestas vnà cum eisdem Consiliarijs, & Decurionibus, ipsiq; vnà cum eodem D. Potestate in omnibus, & singulis infrascriptis, auctoritatem præstante, & decretum solemniter interponente, & quilibet eorum concorditer suo nomine, & nomine, & vice Communitatis, & Vniuersitatis, & omnium hominum, & personarum dictæ Ciuitatis, & Districtus eiusdem, quos tangit, vel tangere posset negotiũ infrascriptũ, fecerunt, & faciunt suum, & cuiuscun-

que

que eorum, & dictæ Ciuitatis, Communitatis, & Vniuersitatis Procuratorem, & Syndicum, & quidquid melius esse potest, prouidum Virum Guidolum de Calice, natū quondam D. Benedicti Ciuem Mediolani, ad deuotè, & humiliter comparendum coram Sanctissimo Patre, & D. D. Benedicto Diuina Prouidentia Papa Duodecimo, & coram Sacro Collegio Reuerendissimorum Patrum D. D. S. R. Ecclesiæ Cardinalium, & quodlibet alio ab ipso Domino Papa deputato, seù deputando, & ad offerendum dicto nomine, quòd ipsa Ciuitas, Vniuersitas, & Comitatus erit, & permanebit deuota, & fidelis Sanctiss D. N. Papæ prædicto, siuè CHRISTI Vicario, & Sanctæ Matri Ecclesiæ sicut cæteri fideles, ac Catholici Christiani, & ad premittendum, & iurandum dicto nomine in animas dictorum constituentium, quòd stabunt, & parebunt mandatis Ecclesiæ, super quibuscunque excessibus per eos contra Romanam Ecclesiam perpetratis, & quòd eos, vel similes de cætero non committent, & ad dicendum, & protestandum, quòd non credunt, ad Imperatorem spectare Papam deponere, vel alium facere, sed hoc hereticum putant, & hæresim per Ecclesiam damnatã, quam & ipsi constituentes quantū ad eos spectat anathematizant, & damnatam reputant, secundùm determinationem Ecclesiæ, & quòd expellent, & exterminabunt de dicta Ciuitate, eiusq; Districtu pro viribus vniuersos hæreticos ab Ecclesia de hæresi denūtiatos, & manifestos Scismaticos, saluo quòd in hijs non includantur Cremonenses, & alij damnati, vt dicitur in infrascriptis processib. donec processuum cōmissio de nullitate, vel vigore, & iniustitia, vel iustitia ipsorum processuum fienda per dictum D. Papam, & eorū processuum discussio pendebit.

Item, quòd non adhærebunt Ludouico de Bauaria damnato, nec alicui Antipapæ, nec Scismatico scienter, nec eorum sequacibus, vel complicibus, nec eis scienter dabūt auxilium, consilium, vel fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, nec eos scienter receptabunt in Ciuitate prædicta, nec in aliquibus Terris eius Iurisdictionis suppositis,

quo-

quouſq; ad Eccleſiæ redierint vnitatem, & gratiam; nec aliquem, vel aliquos qui venirent ſub nomine Imperatoris, vel Regis Romanorum, vel alterius tituli pro eis, vel eorum altero, ſine approbatione, aut contra mandatum Summi Pontificis, qui eſt, vel pro tempore erit, ſed contra eos pro poſſe ſtabunt, & eiſdem reſiſtent in fauorem Sanctæ Matris Eccleſiæ, ac D. Papæ, & Succeſſorum canonicè intrantiũ, & quòd recipient, & vniuerſaliter tractabunt Nuntios; & gentes D. Summi Pontificis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Succeſſorum canonicè intrantium tranſeuntes per dictam Ciuitatem, vel Loca eorum Iuriſdictioni ſubiecta, vel ſubijcienda, ipſoſq; protegent, & defendent, dummodo tranſeant pacificè, & ſine fraude, ſicut alij.

Et quòd vniuerſos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, Præpoſitos, Decanos, Archidiaconos, Archipræsbyteros, Præsbyteros, Clericos, Regulares, vel Sæculares Eccleſiarum, & Eccleſiaſticas perſonas gaudere permittent, nec impedient, quominus gaudeant omnibus ſuis libertatibus, redditibus, Iuribus, & obuentionibus vniuerſis in dicta Ciuitate, & alijs Terris eorum Iuriſdictioni ſubiectis, quantum in eis fuerit, ipſiſq; collectas, non imponent, nec ab eis exigent, nec dabunt imponentibus, vel exigentibus auxilium, conſilium, vel fauorem, per ſe, vel alium, ſeù alios, directè, vel indirectè, niſi inimici eorũ, vel rebelles ipſius Terræ exiſterent, quos recipere non permitterent, niſi primitùs ad pacem, & concordiam peruenerint cum eiſdem, & quòd omnia, & ſingula promiſſa, & iurata per ipſum Syndicum, ſeù Procuratorem ratificabunt, & approbabunt in Conſilio generali eiuſdem Ciuitatis, & ea promittẽt expreſsè per Syndicum ad hoc conſtitutum, & ad ſpontè confitẽdum, & recognoſcendum Procuratorio, & Syndicario nomine ſupraſcripto. Quòd dudum dicta Ciuitas Cremonæ, & eius Diſtrictus, & homines, & habitatores eorundem Ciuitatis, & Diſtrictus fuerunt, & ſteterunt ſub Dominio, & ſubiectione, ac obedientia dicti q. Galeatij de Vicecomitibus de Mediolano, & contra Romanam Eccleſiam, non tamen in hæreſi

nec

nec in aliqua fautoria alicuius hæresis, & pro temporibus quibus dicitur, quòd ipse D. Galeatius fuit in rebellione eiusdem Romanæ Ecclesiæ, & ei obedierunt, et dictis temporibus paruerunt, prout subditi Domino facere consueuerunt, & ei vt tali fauerunt in dicto Dominio, & præeminentijs totis viribus defendendo ab omnibus eum volentibus impugnare, & deijcere de Dominio supradicto, & exercitus, & caualcatas ad eius voluntatem, & mandatum faciendo contra omnes, et singulos rebelles, & inimicos eius, subsidia pecuniaria ei præbendo, & collectas, & taleas persoluendo ad impositionem, & voluntatem ipsius, & alia etiam onera supportando, licèt subsidia pecuniaria prædicta, eidem præberent, & soluerent dictas taleas, & collectas, & alia onera supportarent non voluntarij, sed inuiti, & astricti, & ei tãquam Domino obedire, & in diuersis alijs eidem fauendo ad mandatum ipsius Domini in omnibus, videlicet secundùm possibilitatem ipsorum, præterquam in hæresi, vel aliqua fautoria alicuius hæresis, in quibus nunquam ei obediuerunt, nec fauorem aliquem præstiterunt.

Item, ad confitendum, & recognoscendum etiam quòd dicta Ciuitas, & Communitas, & homines, & habitatores eiusdem Ciuitatis, & eius Districtus fuerunt aliquibus temporibus obedientes, & fauentes, quandoque de voluntate d. Domini Galeatij, quandoque præter eius voluntatẽ Ludouico de Bauaria, etiam in coronatione ipsius facta in Ciuitate Mediolani scientes ipsum, tũc temporis esse rebellem Ecclesiæ, & ei tamquam Regi Romano, & se nominantem Imperatorem, licèt non esset, per Sanctam Romanam Ecclesiam approbata, fauerunt, & obediuerunt, & intenderunt, vt supra de dicto Domino Galeatio de Vicecomitibus dictum est in omnibus, præterquam in hæresi, vel aliqua fautoria, seu spetie hæresis, in quibus nunquam eidem Ludouico, vel alicui alij obediuerunt, nec fauorem aliquem præstiterunt, sed etiam obedientiam, & fauorem prædictos, vt dictũ est, eidem Ludouico præstiterunt, non voluntarij, sed inuiti, & coacti, quandoque per dictum Dominum Galeatiũ, quan-

doque

doque per ipsum dictum Ludouicum, seu gentes eiusdem, & quandoque propter timorem aliorum.

Item, ad confitendum, & recognoscendum nomine supradicto, quòd dicta Ciuitas, & Communitas, Ciues, & homines, & habitatores eiusdem Ciuitatis, & Districtus aliquibus temporibus scienter receperunt Nuntios Petri de Corbaria Antipapæ, tempore quo in rebus humanis agebat bonæ memoriæ P. Ioannes Papa XXII. & vnum Anticardinalem ipsius Antipapæ, & Legatos ipsius, ac Prædicatorem etiam prædicantē contra dictum Dominū Ioannem Papam XXII. & eis fauerunt ipsos, vt tales honorabiliter recipiēdo, & eis reuerenter obediendo, ipsosque fauorabiliter tractando, non tamen in hæresi, nec in aliqua fautoria alicuius hæresis, nec eis, vel alicui eorum in aliqua hæresi, vel specie alicuius hæresis, seu contra Catholicam Fidem, fauorem, vel auxilium aliquod vllo modo præstiterunt, nec etiā vnquam crediderunt dictum Petrum de Corbaria fuisse, vel esse verum Papam, nec dictum Cardinalem Legatum, vel Nuntios fuisse, vel esse Nūtios veri Papæ, & etiam receptionem, obedientiam, & fauorem huiusmodi, vt dictū est, præstiterunt, & fecerunt, non voluntarij, sed inuiti, & coacti, & propter timorem, vt de alijs est præmissum.

Item, quòd in dicta Ciuitate, & eius Districtu fuerunt aliquotiens Clericis, & Ecclesiasticis personis Secularibus, & Regularibus dictæ Ciuitatis, & Districtus impositæ taleæ, & collectæ, & nonnulla alia onera temporibus, quibus dicta Ciuitas fuit recta per dictum Dominum Galeatium de Vicecomitibus, seu ad petitionem ipsius, & per dictum Ludouicum, seu ad petitionem ipsius Ludouici de Bauaria, & per Officiales, tunc Præsidentes dictæ Ciuitati exactæ, & exacta etiam ab inuitis, & contra iura, & contra Ecclesiasticam libertatem patientibus, & non cōtradicentibus, sed potius assistētibus dictis Exactoribus in illis Communi, & Populo dictæ Ciuitatis, & ad supplicandum pro eis, & eorum nomine Sanctissimi eiusdem D. Papæ, quòd sua solita clementia dignetur, & velit adhibere remedium opportunum circa am-

mo-

monitionem, & abolitionem, & relaxationem quorumcumque interdictorum, & processuum, & sententiarum, & absolutionem ab eis Apostolica Ordinaria, vel Delegata, siue quauis alia auctoritate factorum, & latorum ab homine, vel à iure tẽporè bonæ memoriæ D. Ioannis Papæ XXII. & prędecessoris sui, contra Ciuitatem Cremonæ, eiusque Dioecesim, & Districtum, & Communitatem, & Vniuersitatem, & Ciues, & incolas, seu habitatores eorundem, & fautores, & sequaces eorum in ipsis processibus, siue expresse, siue generaliter, & aliter qualitercunque comprehensos, tàm Clericos, quàm Laicos, & tàm mortuos, quàm viuentes, ac eos absoluere, & liberare ab omnibus irregularitatibus, & excõmunicationum, suspẽsionum, & interdictorum, sententijs, & Sacramentis, periurijs, & pœnis alijs quibuscunque iuris, vel hominis, quæ incurrisse dicerentur, vel reperirentur, seu dici possent propter aliqua acta cõmissa, aut facta, siuè ommissa per eos à die creationis præfati Domini Ioannis Prædecessoris sui, vsque ad diem præsentem, dictasq; Communitates, & singulares personas, & singulariter, & vniuersaliter habilitare, & restituere ad honorem, famam, priuilegia, & statum pristinum, iura, bona, & alia plenariè, & in integrum, non obstantibus supradictis, nec aliquibus confiscationibus, alienationibus, & distractionibus, quæ factæ reperirentur, quomodolibet de aliquibus bonis, vel rebus, aut iuribus eorundem, aut alterius eorum nomine Romanæ Ecclesiæ, vel per alios Officiales eius exequendo, etiam sententias, vel processus prædictos, vel eorum auctoritate, vel occasione, aut aliquo quouis titulo, vel modo, quæ omnia decernantur inualida, etiam de Sanctitatis D.N. Papæ plenitudine, potestatis, & ad supplicationes quaslibet alias cuiuscunque alterius formæ Iustitiam, vel gratiam continentes porrigendum, & prosequendum, & agendum, & defendendum, & Iuramentum de calumnia, & veritate dicendum, & sacramenta quęlibet in ipsorum constituentium animas dicto nomine præstandum, & subeundum, & ad confitendum, & negandum, & obligandum ipsam Ciuitatem, & Vniuersitatem, & eius

bona

bona pro prædictis attendendis, & obseruandis, & etiam fideiubendum pro prædictis DD. Ioanne, & Luchino, si opus fuerit, in quibuscunque obligationibus, & promissionibus, quæ fient per eos, vel eorum nomine D. N. Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, & cætera alia faciendū in Iuditio, & extra, quæ in præmissis, & pro præmissis, vel eorum aliquo, aut dependentibus ab eisdem, vel ea quomodolibet tangentibus fuerint, vel videbuntur opportuna, & quæ ipsi dicto nomine facere possent, si personaliter interessent, etiam si maiora, vel grauiora forent, quàm quæ superiùs sunt expressa, & etiam si mandatū exigerent spetiale dantes, & concedentes eidem Procuratori, & Syndico, quo supra nomine, plenum & liberum, generale, & spetiale, mandatum, plenam, liberam, generalem, & spetialem administrationem in præmissis, & quolibet præmissorum, & annexis, & dependentibus ab eisdem, vel ea, seu aliquod eorū concernētibus quoquomodo.

Promittentes insuper, & cauentes, quo supra nomine, in manu mei publici infrascripti Notarij stipulātis nomine Romanæ Ecclesiæ, & cuiuscunque interesse posset iudicio sisti, & iudicatum solui, cum omnibus suis clausulis sub omnium dictæ Ciuitatis, & Vniuers. obligatione bonorū, & perpetuò facta rata, & grata habere, & inuiolabiliter obseruare, quæcunque ipse Procurator, siue Syndicus dixerit, & fecerit in præmissis in renuntiando ex certa scientia legibus dicentibus non videre, sub generalitate cōpræhendi, quòd non est verisimile, quem specialiter concessurum, vel de quo cogitatum non doceatur, ac omni alij iuri actioni, defensioni, & exceptioni, quibus se tueri possent, contra prædicta, vel aliquod præmissorum, vel ea, seù aliquod eorū impugnare, annullare, vel infringere, quibus non obstantibus voluerūt omnia supradicta perpetuam obtinere debere roboris firmitatem, & ad maius robur omnium prædictorū sigillo Potestatis predicti, & dictæ Ciuitatis, & Communitatis appendi iusserunt, & mandauerunt huic, ac præsente me Notario, & testibus infrascriptis; Nomina verò Consiliariorum, seù Decurionum supradictorum sunt hæc.

Domi-

*Domini Guazinus de Rosauls, Nicolinus de Thcboldis, Franciscus de Guiroldttis, Franciscus de Dondonibus, Franciscus de Porcellis, Vguzzonus de Alcherijs Gulielmus de Sfondratis, Fachinus de Scottis, Franciscus de Arditis, Bertolinus de Moscardis, Raymundus de Palude, Ioanninus de Chiuenaghis, Andreolus de Salaserijs, Raymundus della Turre, Antoniolus Malagauatia, Lanfrancus de Lamo, Guizardinus de Sancto Petro, Zaninus de Rupere, Riboldus de Busto, Ziletus de Grusdlaxijs, Albertinus de Algarisijs, Lombardinus de Ymenegardis, Petrus de Visinadello, Petrus de Segaferris, Albertinus de Schytijs, Bellus de Regatijs, Zaninus de Stagnatis, Thomasinus della Cella, Guidinus de Multis denarijs, Philippinus de Roncha, Raymundinus de Archidiaconis, Ioannes de Stagnatis, Albertinus de Ferrarijs, Thomas de Diuitiolis, Alloterus de Barcis, Otto de Moscardis, Grimerilus de Natalibus, Ponzinus de Ponzonibus, Rubeus de Zuccaro, Anselminus de Raymundis, Dogninus de Pallauicinis, Franciscus de Dominicis, Zambellus de Laicis, Abraminus de Sancto Sillo, Ioanninus de Foliatis, Dominichinus de Douaria, Ioanninus de Gamba, Petrus de Allegris, Nicolinus de Allegris, Franciscus de Stanghis, Dauidinus de Rastellis, Bartolinus de Cacauitellis, Zufredinus de Roncarolo, Iacominus de Allegris, Marchesinus de Botatijs, Franciscus de Robecis, Meliolus de Melis, Franciscus de Mellio, Iacominus de Benedi-*

*ctis, Luchinus de Stanghis, Ioannes de Paterno, Niger de Oscasalla, Iacominus de Bianchis, Abraminus de Zucchis, Cabrinus de Malabottis, Ioannes de Pacciis, Leonardus de Casanoua, Guffredinus de Zanebonibus, Bonisolus de Aduocatis, Moresinus de Cigognonibus, Otto de Casamela, Abraminus de Abbatis, Leonardus de Azabobus,Boninus Rojanus, Iacominus de Ansoldis, Iacominus de Subloneta, Praesbyter de Alghisiis, Albertinus de Piscarolo, Sturinus de Alghisiis, Nicolinus de Piscarolo, Andriolus de Brizona, Aluericus de Contis, Bernardus de Piscarolo, Ottobinus de Redeghettis, Balzarinus de Gasparis, Peccinus de Gualteris, Rizzardinus de Malumbris, Zanes de Maffis, Gulielmus de Trippinis, Ioanninus de Odonibus, Ioanninus de Hermenzonibus, Ioanninus de Carneualibus, Otto de Piccenardis, Raymundus de Oliuinis, Bernardus de Albertis, Zilinus da Delmonibus, Marchesinus de Persico, Ioanninus de Primis, Albertinus de Laude, Corradinus de Zocchis, Mathaeus de Summo, Aymus de Summo, Guidinus de Vilmercato, Ioannes de Vairano, Michael de Albertis, Franciscus de Casali Morano, Vgo de Ceruis, Nicolinus de Claro, Boninus de Guaciis, Thomasinus de Guiscardis, Iacominus de Ardolis, Tentorinus de Benatis, Laurentius de Paneuinis, Marchesinus de Comezano, Franciscus de Calignano, Raymundinus de Barbara, Albertinus Costa, Gulielmus de Mozaniga, Cabrinus Brixianus, Franciscus de Ti-*

*zago,*

*zengo, Vgolinus de Caualcabobus, Pollinus de Bonis beccarijs, Petrus Vassallus, Bertolinus de Burlando, Nicola de Bombecarijs, Ponzinus de Benzonibus, Raffainus de Negabolis, Rubeus de Putheo, Thomasinus Pauarus, Zanaria della Capra, Nicolinus di Zananis, Cominus de Bellottis, Pollinus de Sancto Sillo, Grimerius de Medijs Villanis, Villarius de Silua, Thomasinus de Freganesco, Zaninus de Suspiro.*

Acta fuerunt hæc omnia prædicta,& singula in suprascripta Ciuitate, & Palatio, Anno, Indictione, Mense, Die, Pontificatu,& Loco supradictis, præsentibus sapientibus discretis Viris D. D. Bassiano de Luterijs Iurisperito, Ioanne de Birago, Marchesino de Ferrarijs, Ioanne Alzato, Mozolo de Sorexina, Tomasolo de Mezano, omnibus de Mediolano Testibus ad prædicta vocatis specialiter, & rogatis.

Et ego Franciscus de Sancto Zenone Clericus Mediolanensis publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis, Constitutioni, ordinationi, & protestationi, nec non omnibus alijs, & singulis supradictis, dum sic agerentur, præsens interfui vnà cum supradictis testibus, Anno, Indictione, Mense, Die, Pontificatu, & loco prædictis, eaque omnia, & singula in hanc publicam formam redegi, meoq; solito signo signaui in testimonium præmissorum rogatus.

NVlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum receptionis, absolutionis, restitutionis, abolitionis, relaxationis, admonitionis, ordinationis, iniunctionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Auinioni xvij. Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno Septimo.

EOrum nomine, & nomine dictæ Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum omnium, & Vniuersitatum Episcopatus, & Districtus, ac hominum eorundem, prædicta omnia, & singula acta, gesta, confessata, protestata, recognita, promissa, & iurata ratificauerunt, & approbauerunt, ac confirmauerunt confessi, & protestati fuerunt, & innouauerunt solemniter specificè, & expressè, ac etiam iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia per eos corporaliter manu tacta, prout per dictum Syndicum dicto nomine coram dicto Sanctiss. Patre, & D. N. ac Reuerēdissimis Patribus DD. Cardinalibus, & Sacro Collegio promissum extitit, & iuratum, ac etiam deuotè, humiliter, & spontè, ac reuerenter confessi fuerunt; Quòd dudum dicta Ciuitas Cremonæ, ac Districtus, & Comitatus eiusdem, nec non homines, & habitatores eorundem fuerunt, & steterunt sub Dominio, & subiectione, ac obedientia q. Galeatij de Vicecomitibus de Mediolano, etiam contra dictam Sanctam Romanam Ecclesiam, non tamen in hæresi, nec in aliqua fautoria alicuius hæresis, & temporibus, quibus dicitur, quòd ipse Galeatius fuit in Rebellione ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac ei obediuerunt, & dictis temporibus paruerunt, prout subditi Domini facere consueuerunt, & ei vt tali fauerunt, ipsum in Dominio, & præheminentijs eorum totis viribus defendendo ab omnibus eum volentibus impugnare, & deijcere de Dominio supradicto, exercitus, & caualcatas ad eiusdem Galeatij voluntatem, & mandatū faciendo contra omnes, & singulos inimicos, & rebelles ipsius, subsidia pecuniaria ei præbendo, ac collectas, & taleas persoluendo ad impositionem, & voluntatem ipsius, & alia etiam onera supportando, licèt Ciuitas, Comitatus, & Districtus prædicti, Communia, & homines eorundem ipsa pecuniaria subsidia, eidem præberent, & soluerent dictas taleas, & collectas, & alia onera supportarent non voluntarij, sed inuiti, & astricti ei tamquam Domino obedire, & in diuersis alijs etiam eidem fauendo ad mandatum ipsius Galeatij in omnibus secūdùm possibilitatem ipsorum, præterquam in hæ-

resi,

resi, vel aliqua fautoria eiusdem, in quibus nunquam eidem obediuerunt; nec fauorem aliquem præstiterunt. Quòdque Ciuitas, & homines, ac habitatores ipsius, nec non Comitatus, & Districtus eiusdem fuerũt aliquibus temporibus obedientes, & fauentes, quandoque de voluntate dicti Galeatij, quandoque præter eius voluntatem Ludouico de Bauaria, etiã in coronatione ipsius facta in Ciuitate Mediolani, scientes ipsum, tunc temporis esse rebellem eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac ipsi Ludouico, tamquam Regi Romanorũ, & se nominanti Imperatorem, licèt non esset per Sanctam Romanam Ecclesiam approbatus, fauerunt, & obediuerunt, & intenderunt, sicut supra dictum est, in omnibus præterquàm in hæresi, vel aliqua fautoria, seu specie hæresis, in quibus nunquam eidem Ludouico, vel alicui alij nunquam obediuerunt, nec fauorem aliquem præstiterunt, nec etiam fauorem, & obedientiam prædictos ipsi Ludouico præstiterunt, non voluntarij, sed inuiti, & coacti, quandoq; per ipsum Ludouicum, seu agentes eiusdem, & quandoq; propter timorem aliquorum. Insuper dicti Consiliarij, & Decuriones dictis modis, & nominibus recognouerunt, & confessi fuerunt, quòd Ciuitas Comitatus, & Districtus prędicti, necnon Ciues, homines, & habitatores eorundem aliquibus temporibus Nuntios quõdam Petri de Corbario tũc Antipapæ Scismatici, & Apostatici, tempore quo fœlicis recordationis Ioannes Papa XXII Prædecessoris dicti Sanctissimi Patris, & Domini Nostri D. Benedicti Papæ XII. in humanis agebat, & vnum Anticardinalem, Legatos, & Prædicatores ipsius Antipapæ, & prædicantes contra præfatum Prædecessorem dicti Domini Nostri Papæ, scienter receperunt, & fauerunt eisdem, ipsosq; vt tales honorabiliter recipiendo, & fauorabiliter pertractando, ac etiam eis reuerenter obediendo, non tamen in hæresi, nec in aliqua fautoria alicuius hæresis, neque eis, vel alicui eorum in aliqua hęresi, vel specie alicuius hæresis, seu contra Catholicam Fidem, fauorem, vel auxilium aliquod vllo modo præstiterunt; nec etiam vnquam crediderunt dictum Petrum de Corbario

fuisse, vel esse verum Papam, nec dictos Cardinalem, Legatos, & Nuntios fuisse, vel esse Nuntios veri Papæ, ac etiam receptionem, obedientiã, & fauorem huiusmodi, vt dictum est, præstiterunt, & fecerunt non voluntarij, sed inuiti, & coacti, & propter timorem, vt de alijs est præmissum.

Et nihilominus in Ciuitate, Comitatu, & districtu præd. fuerunt aliquotiens Clericis, & Ecclesiasticis personis Secularibus, & Regularibus eorundem impositæ taleæ, & collectæ, & nonnulla alia onera temporibus quibus dicta Ciuitas recta fuit per dictum Galeatium, seù ad eius petitionem, &, vel per dictum Ludouicum, vel ad petitionem ipsius Ludouici, & per Officiales, tũ Præsidentes dictæ Ciuitati exactè, & exacta etiam ab inuitis, & contra Iura, & Ecclesiasticam libertatem patientibus, & non contradicentibus, sed potiùs assistentibus dictis exactoribus in illis Communi, & Populo Ciuitatis eiusdem, & subsequenter dicti Consiliarij, & Decuriones ad euidentiam boni, & veri propositi, quod dicta Ciuitas Cremonæ, necnon Castra, Villæ, Terræ, & loca Comitatus, & districtus eiusdem, & homines eorundem persistendi in obedientia, & deuotione Sanctæ Matris Ecclesię, & dicti Sanctissimi Patris, & Domini nostri D. Benedicti Papæ XII. & Successorum eius habere noscantur solemniter bona fide promiserunt nominibus quibus supra, quod Ciuitatis prædictæ, necnon Castrorum, Villarum, Terrarum, & locorum comitatus, & districtus prædictorum, Communia, & Homines, Datia, & Gabellas, & collectas, siuè pedagia, vel alia onera per se, vel alium, seù alios non imponent, nec imponi facient, nec permittent Ecclesijs, siuè Ecclesiasticis locis, & personis Ciuitatis prædictæ, necnon Castrorum, Villarum, Terrarum, & locorum Ciuitatis, & districtus prædictorum, nec eadem pedagia, gabellas, collectas, & alia onera ab eisdem Ecclesijs, locis, & personis Ecclesiasticis huiusmodi, vel bonis eorum exigent, vel exigi facient, aut permittent contra Canonicas sanctiones directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, nec illa imponentibus, aut exigentibus dabunt auxilium consilium, vel fauorem; Quinimò Ecclesias, & Ecclesia-

clesiasticas personas prædictas in suis bonis Iuribus, & libertatibus conseruabunt, & quòd Præsidētes Regiminibus Ciuitatis, Castrorum, Villarum, & Terrarum, & locorum comitatus, & districtus prædictorum quatenus ad eos tāquam ipsorum Rectores spectabit, teneātur si secus fieret ipsis Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis de impositione, siuè exactionibus huiusmodi conquerētibus exacta restituere, seù restitui facere, ac impositiones factas etiam reuocare, seù reuocari facere celeriter, summariè sinè strepitu Iuditij, & figura alias pœnas tamen incurrāt super has à sacris Canonibus promulgatas; Quodq; ipsi Præsidentes ac Communia, & singulares personæ ipsorum Iudices Ecclesiasticos non impedient quominus contra imponentes, & exigentes huiusmodi liberè procedere valeant ad publicationem dictarum pœnarum, & aliarum, iuxta canonica Instituta.

Insuper dicti Consiliarij, & Decuriones vice, & nominibus quibus supra iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia per eos corporaliter manutacta, Quòd Ciuitatis Cremonæ necnon Castrorum, Villarum, Terrarum, & locorum Comitatus, & Districtus prædictorum, Communia, & Homines parebunt super præmissis omnibus, & singulis mandatis Ecclesiæ, atq; dicti Sanctissimi Patris, & Domini nostri D. Benedicti Papæ XII. & quod similia de cætero nō comittent, ac suprascripta omnia, & singula inuiolabiliter obseruabunt, & adimplebūt; Ac vice, & nominibus, quibus supra promiserunt, & iurauerunt, etiam in animas eorundem; Quòd Communia, Vniuersitates, & singulares personæ prædictæ dicto Sanctissimo Patri Domino nostro, D. Benedicto Papæ XII. & successoribus eius canonicè intrantibus erūt deuoti, & fideles, ac obedientes tamquam Christi Vicario, & Sanctæ Matri Ecclesiæ velut cæteri Christiani veri, & Catholici, & quòd prædicto Ludouico, & sequacibus suis per Ecclesiam condemnatis, & alijs quibuscumque per dictam Ecclesiam denotatis, illisq; de iniusta condemnatione, occasione præmissorum cōquerūtur, vt infra sequitur exceptis, & denotandis impostерum de hæresi, vel fautoria ipsius nunquam scienter dabunt auxilium,

xilium consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, nec eos scienter receptabunt in Ciuitate, Castris, Villis, Terris, & locis, Comitatu, & Districtu prædictis, vel alijs quibuscunque ipsorum administrationi, vel Iurisdictioni subiectis, vel subijciendis, quousque ad Ecclesiæ redierint vnitatem; & quòd aliquem, qui veniret ad partes Italiç sub nomine Imperatoris, vel Regis Romanorum, vel administratoris iurium Imperij, vel Regum Romanorum, aut quemuis alium quouis titulo, seù nomine pro eodem non receptabunt in Ciuitate, Castris, Villis, Terris, & locis comitatus; & districtus prædicti, nec eis dabunt scienter publicè, vel occultè auxilium consilium, vel fauorem, priusquam fuerit per Sedem Apostolicam approbatus, & nihilominus Consiliarij; & Decuriones prædicti vice, & nomine quo supra confessi fuerunt, & iurauerunt specialiter, & expresse; Quòd Communia Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & locorum Comitatus, & Districtus prædictorum, ac homines eorumdem pro certo credunt, & firmiter tenent, quòd non spectat ad Imperatorem Papam deponere, vel Papam facere, ac hereticū reputant aliter credere, vel docere; ac hæresim damnatam per Ecclesiam, quam & ipsi Consiliarij, & Decuriones, quantum in eis est, & vice, & nominibus quibus supra possunt, iuxta determinationem Ecclesiæ anathematizauerunt, & damnatam etiam reputauerunt.

Ibidemq; Consiliarij, & Decuriones vice, & nomine supradictis promiserunt, & iurauerunt, quòd Communia, & homines prædicti de ipsis Ciuitate, Castris, Villis, & Locis, ac Terris alijs quibuscunque ipsorum iurisdictioni, regimini, seù administrationi subiectis, vel in antea subijciendis, vniuersos, & singulos hereticos ab Ecclesia denotatos, & imposterum denotandos, necnon manifestos schismaticos pro viribus bona fide expellere, & exterminare curabūt, quousq; ad Ecclesiæ redierint vnitatem, protestantes dicti Consiliarij, & Decuriones, quod ad illos, qui vt præmittitur pmissorum occasione de crimine heresis, vel fautoria ipsius se iniustè condemnatos conquererentur, se articulus huiusmodi

non

non extendit, donec secundùm ordinationem, quam super hoc facit dictus Sanctissimus Pater Dominus Noster D. Benedictus Papa XII. de his, quæ proponuntur contra condemnatos ipsos cognitum fuerit, & etiam difinitum. Promiserunt, & etiam iurauerunt dicti Consiliarij, & Decuriones vice, & nominibus supradictis, qđ Cõmunia, Ciuitatis, Castrorum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus prædictorum, & homines eorũ, Nuntios & gentes dicti Sanctiss. Patris, & D. N. D. Benedicti Papæ XII. & Successorum eius, & Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ per Ciuitatem, Castra, Villas, Terras, & Comitatus, & Districtus, ac alia loca eorum iurisdictioni subiecta, & subijcienda pro tempore ipsis scientibus transeuntes, curialiter recipient, & tractabunt, ipsosq; defendent, & protegent bona fide.

Preterea promiserunt dicti Consiliarij, & Decuriones nomine Ciuitatis Cremonæ, nec non Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus Communium, & hominum, ac singularum personarum prędicto, ac vice, & nomine quibus supra, iurauerunt in animas eorundem, quòd Communia, Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus prædictorum, ac homines eorundem, omni malitia, dolo, & fraude cessantibus, Ecclesias, ac personas, & loca Ecclesiastica vniuersa Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum prędictorum, ac Comitatus, & Districtus eiusdem; ipsorumque bona, libertates, & iura omnia manutenebunt, & defendent, & ipsa, vel eorum aliquã nõ vsurpabunt, seu occupabunt directè, vel indirectè; nec vsurpata, vel occupata tenebunt, sed ea liberè, & cũ effectu dimittent; & restituent Ecclesijs, & personis, quibus est eorum restitutio facienda, Ecclesias, Clericos, loca, & personas Ecclesiasticas huiusmodi bonis, iuribus, & libertatibus liberè, & pacificè vti, & frui, nec non ea pacificè possidere, ac illorum fructus, & redditus, vt præmittitur, percipere valeant, & habere; nec Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas in præmissis impedire quoquomodo volentibus consentient, nec in illis dabunt dire-

-SQ ctè,

ctè, vel indirectè, publicè, vel occultè auxilium, consilium, vel fauorem, quinimò facient, & procurabunt toto posse cũ effectu, quòd vsurpata, & occupata de bonis, & iuribus Ecclesiarum, Locorum, Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum dimittantur, & restituãtur præfatis Ecclesijs, locis, & personis prædictis, preterquam Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorũ Comitatus, & Districtus prædictorum notorijs inimicis, quos in casu, in quo ad pacem, & concordiam cum eorum Communitatibus, & Vniuersitatibus deuenire nollent, manutenere, & defendere non promittunt. Rursus promiserũt Consiliarij, & Decuriones memorati, vice, & nominibus antedictis, ac iurauerunt in animas eorundem, quòd Communia, Ciuitatis, Castrorũ, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus Cremonæ, ac homines eorundem Bononien. Ferrarien. Ciuitates, earumque Comitatus, & Districtus, ac Marcã Anconitanam, Romandiolam, Ducatum Spoleti, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Campaniam, & Maritimã, aut aliquam partem eorum, seu Terras, Districtus, & Prouincias, honores, aut bona, & iura eorundem, vel quascunq; alias Ciuitates, Terras, Castra, Fortalitia, Villas, & Loca, seu habitationes hominũ, quæcumque Dominia, Iurisdictiones, Portus, vel Passus terræ, vel aquarum, fluminis, seu ascensus, vel descensus eorum, stratas, vel vias publicas, vel priuatas quarumcumque Ciuitatum, Comitatuum, & Districtuum Prouinciarũ, seu Locorum proximè nominatorum ad dictum Sanctissimum Patrem, & D. N. D. Benedictum Papam XII. & Romanam Ecclesiam spectantia, vel quæ sub eiusdem D. N. Papæ, & dictæ Romanæ Ecclesiæ nomine reguntur, seu tenentur, seu in quibus dictus D. N. Papa, & Romana Ecclesia Ius habet, qualiacumq; sint, & in quibuscumque, & vbicumque consistant, aut personas Ecclesiasticas, vel Seculares earundem Ciuitatum, Comitatuum, Prouinciarum, Locorum, & Districtuum huiusmodi, vel alicuius ipsorum per se, vel alium, seu alios directè, vel publicè, vel occultè, vel indirectè non offendent, aut subtrahẽt, vel inuadent, seu capiẽt, nec vsur-

pa-

pabunt, vel impedient, aut prædabuntur, seu spoliabunt in toto, vel in parte, nec talia facientibus, aut attentantibus, vel facere, aut attentare volentibus, dabunt, seu præstabunt succursum, auxilium, consilium, vel fauorem, nec eis in personis, bonis, vel rebus eorum irrogabunt damna, iniurias, vel offensas, sine dicti D. N. Papæ, & Successorum suorum, ac eiusdem Romanæ Ecclesiæ licentia spetiali, necnon Ciuitates, Comitatus, Prouincias, Districtus, Terras, & Loca proximè dicta, vel aliqua earundem eiusdem Ecclesiæ, vel sub Dominio, & Regimine ipsius consistentia ipsis appropriabunt, vel ea eidem Romanæ Ecclesiæ auferent, vel quomodolibet subtrahent in futurū, adiecto tamen, & saluo, quòd si Commune alicuius de Ciuitatibus, Prouincijs, seu Locis Comitatuum, & Districtuum prædictorum, quæ tenentur, seu reguntur, ipsius Romanæ Ecclesiæ nomine, seu personæ singulares, Commune, seu Populum dictæ Ciuitatis Cremonæ, nec non Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum Comitatus, & Districtus eiusdem, vel alicuius eorum, aut personam singularem de illis, vel etiam è conuerso aggrederentur primi, vel offenderent, aut hostes, vel æmulos ad ipsos offendendos receptarent, Communia, aut singularis persona taliter offensa, vel inuasa per viam iustitiæ, quam vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ Tutelæ, prout exponit facti, & temporis qualitas, se, & loca, ac bona sua defendere valeant, & tueri, sic tamen quòd in Ciuitatibus, & locis prædictis, quæ vt præmittitur, tenerentur, seu regerentur nomine predictæ Romanæ Ecclesiæ Ius Ecclesiæ prædictæ, ac Ciuitatum, & Castrorum, si quod eisdem in illis, vel eorum aliquo, seu hominibus ipsorum, vel alicuius eorū in competat ipsis, Romanæ Ecclesiæ, Ciuitatibus, vel Castris, quibus per præmissa, vel aliquod præmissorum non præiudicetur in aliquo, saluum semper remaneat, & illæsum, nec per premissas intelligatur cuique concessa licentia ad offensiones, inuasiones, seu congressus aliquos illicitos procedendi, sed si dictis Ciuitati, Castris, Villis, Terris, & Locis, Comitatui, & Districtui eiusdem Cremonen. in Ciuitatibus,

Castris,

Castris, & Locis præfatis, quæ vt præmittitur, tenentur, seu reguntur nomine Romanæ Ecclesiæ memoratæ, vel aliqua ipsorum, aut hominibus ipsorum, vel alicuius eorũdem ius competat Communia Ciuitatis Cremonẽ. Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum, ac Comitatus, & Districtus eiusdem, vel eorum aliquod; cuius interfit ius huiusmodi, si vellint possint per eorum Syndicũ, per viam iustitiæ apud Apostolicam Sedem prosequi prælibatum, vbi eis ministrabitur Iustitiæ complementum, nec Iuri huiusmodi propterea intelligatur in aliquo derogari. Quorum Decurionum, & Consiliariorum, seu Credentiariorum nomina sunt hæc videlicet.

*D. Oldofredus de Piperarijs, Guazinus de Rosanis, Nicolinus de Theboldis, Franciscus de Ponzellis, Rubertinus de Guazonibus, Rubertus de Puteo, Guglielmus de Sfondratis, Vguzzonus de Alcherijs, Franciscus de Arditis, Raymundinus de Palude, Ioanninus de Cauenaghis, Andriolus de Salaserijs, Raymundinus della Turre, Antoniolus de Malaguazza, Lanfrãchus de Lamo, Marchesinus de Lamo, Riboldus de Bosco, Ziletus de Grufelaris, Iulianus de Serignano, Lombardinus de Armanzardis, Ottolinus de Stauolis, Maffinus de Melijs, Amadeus de Zenarijs, Cabrinus de Varralis, Petrus Segaferrus, Albertinus de Schitijs, Thomasinus de Cella, Raymundinus de Archidiaconis, Albertinus de Ferrarijs, Raymundinus de Oldoinis, Bernardus de Albertis, Zelenus de Delmonibus, Marchesinus de Persico, Ioãninus de Primis, Albertinus de Laude, Guidinus de Vilmercato; Ioannes de Vairano, Vgo de*

*Cer-*

*Ceruis, Nicolaus de Claro, Bartholomaus de Confanonerijs, Boninus de Quaellis, Thomasinus de Viscardis, Iacominus de Ardolis, Venturinus de Benatijs, Laurẽtius de Panuinijs, Marchesinus de Comezano, Franciscus de Callignano, Raymundinus de Barbata, Albertinus de Costa, Boninus de Gurata, Cabrinus Bersanus, Gasapinus de Antignate, Franciscus de Ticengo, Pollinus de Bombeccarijs, Bertolinus de Burlandis, Nicola de Bombeccarijs, Ponzinus de Benzonibus, Raffainus de Negaballis, Rubeus de Putto, Thomasinus de Pauonis, Zanaca della Capra, Cominus de Bellerio, Raffainus de Cautijs, Pollinus de Sancto Sillo, Guizzardus de Blaneis, Thomasinus de Freganisco, Ioãninus de Suspirio, Otto de Moscardis, Grimarolus de Natalibus, Ponzinus de Ponzonibus, Balzaninus de Marianis, Gratiolus de Cagaferris, Rubeus de Zuccaro, Anselminus de Raymundis, Dogninus de Pallauicinis, Frãciscus de Dominicis, Zambellus de Sacchis, Primus de Iudicibus, Gasalengus de Madalbertis, Ioanninus de Gamba, Nicolinus de Allegris, Franciscus de Stanghis, Dauidinus de Restallis, Zufredinus de Roncarolo, Iacominus de Allegris, Marchesinus de Beccarijs, Franciscus de Robicis, Meliolus de Melio, Franciscus de Melio, Iacominus de Benedictis, Abraminus de Zacchis, Cabrinus de Marabottis, Ioannes de Pacijs, Donatus de Farisengo, Niger de Oscasalibus, Leonardus de Casanoua, Gufredinus de Zanebouis, Bonisolus de Aduo-*

*catis,*

*catis, Maresinus de Cigognonibus, Otto de Casamala, Abraminus de Abbatis, Leonardus de Vsabobus, Boninus Rosanus, Martinus de Schuijs, Ioanninus de Puenardis, Gutrinus de Alghuijs, Balshassar de Granellis, Præsbyter de Allegris, Albertinus de Pescarolo, Allegrinus de Picenardis, Sutrinus de Alghisijs, Griffinus de Riparijs, Nicolinus de Piscarolo, Aluerius de Cõtis, Alariolus de Tedeghettis, Ponzinus de Gualterijs, Ricardinus de Malumbris, Zaninus Maffus, Manfredus de Burgo, Bartholomæus de Burgo, Ioanninus de Hormenzombus, Otto de Picenardis, Vincentius de Regonis, Nicolinus de Persico, Iacominus de Sabloneta, Benuenga de Candelis, Antoniolus della Rupere, Guidotus de Archidiaconis, Cerudinus de Paterno, Moschinus de Blanchis, Leonardus de Oldoinis, Iacobus de Burgo, Coradinus della Cicia, Alarius de Coduris, Venturinus de Summo, Ioãninus de Summo.*

Et de prædictis rogauerunt me Notarium, vt vnum, & plura publica conficerem Instrumenta, & quemcũq; alium Notarium ibi præsentem etiam rogauerunt, vt de prædictis vnum, & plura conficerẽt Instrumenta, & insuper mandauerunt præsens Instrumentum Sigilli dicti Communis Cremonæ muniminè roborari, &c.

Bulla

# Bulla Sanctiss. D. N. Diuina Prouidentia INNOCENTII PAPAE OCTAVI Pro libertate, & immunitate Ecclesiastica.

## INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum DEI, Dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nostri Episcopi Cremonen. in spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam benedictionem.

PRæcellens Romani Pontificis auctoritas humanæ fragilitatis misericos, recurrentibus ad eam cum humilitate filijs post excessum propitiationis suæ dextrã porrigere, & gremium suæ pietatis aperire, ac alios Apostolicis fauoribus eosq; gratijs prosequi, & eorum vota ad exauditionis gratiam admittere consueuit, prout personarum, & temporum qualitatibus pensatis conspicit in Domino salubriter expedire; Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij nob. viri Ioannis Galeatij Ducis Mediolanen. ac Communitatis, & Hominum Ciuitatis Cremonen. petitio continebat, quòd cũ aliàs Communitas, & tunc Homines Ciuitatis prædictæ, ac Diœcesis, seù Districtus Cremon. quondam Galeatio Vicecomiti dictę Ciuitatis, tunc Domino in temporalibus, & quondam Ludouico de Beuaria, qui se pro Imperatore gerebat contra decreta, & inhibitiones felicis recordationis Benedicti Papæ XII. prædecessoris nostri aliquando voluntariè, aliquando verò ad mandata, & præcepta dicti Galeatij præterquam in crimine hæresis, ac cuidam Petro de Corbaria, qui pro

Anti-

Antipapa se gerebat, tempore, quo piæ memoriæ Ioãnes Papa XXII. etiã Prædecessor noster regimini Summi Apostolatus præsidebat, adhæsissent, ac Nuntios, & vnum Anticardinalem, Legatosque, Prædicatores ipsius Antipapę scienter recepissent, & propterea censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra tales etiam per ipsum Benedictum Prædecessorem nostrum promulgatas incurrissent; Idem Benedictus prædecessor Communitatem, & Homines, ac singulares personas Ciuitatis, Diœcesis, & districtus prædictorum, qui pro absolutione ab huiusmodi censuris, quas propterea incurrerant obtinenda, Syndicum specialem ad eundem Benedictum prædecessorem destinauerant, ab omnibus, & singulis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis censuris, sententijs, & pœnis etiam temporalibus per quasdam suas litteras absoluit, & eos ad pristinum statum restituit, recepto à Syndico prædicto iuramento, inter cætera, quòd gabellas, & collectas Ecclesijs, seu Ecclesiasticis personis non imponerẽt, nec imponi permitterent, ac voluit inter cætera, & ordinauit ipsisque Communitati, Populo, & Hominibus Ciuitatis huiusmodi iniunxit, quòd nomine pœnitentiæ pro præmissis construi facerent eorum sumptibus vnam pulchram, & decentem Capellam infra Ecclesiam maiorem Cremonæ sub inuocatione Sancti Benedicti Abbatis, in qua vnus præsbyter perpetuus Capellanus, & vnus minister institueretur, qui in ea diuina Officia celebrare deberent, quòdque ipsi Commune, Populus, & Homines dictam Capellam, libris, calicibus, crucibus, vestimentis, paramentis, & alijs ornamentis ad diuinum cultum opportunis, & decentibus munirent, & manu tenerent, & facerent effectualiter in perpetuum, quoties foret opportunũ, manuteneri, ac quod pro dote dictę Capelię tot possessiones emerent, ex quibus fructus redditus, & prouentus peruenirent ad summam triginta florenorum auri annis singulis, communiter ascendentes, conuertendi in sustẽtationem Dominorum Capellani, & Ministri; quòdque Commune, Populus, & Homines prædicti quolibet anno in festo eiusdem

San-

Sancti Benedicti; ac Rectores eiusdem Ciuitatis, qui essent pro tempore voce præconia populo dictæ Ciuitatis generaliter inuitato, & cōuocato ad dictam Capellam conuenirēt, & Missam ibidem collegialiter audirent, in qua proponeretur verbum Dei, & in quo haberetur memoria tantę gratiæ indultæ ipsis misericorditer à Sede Apostolica à delictis per eos, vt præmittitur, perpetratis; & in die Festi prædicti, singulis annis in perpetuum facerent vnam eleæmosynam in Ciuitate prædicta mille personis pauperibus, cuilibet personæ, videlicet de pane vno albo pōderis duodecim vnciarum pro quolibet, & quod pro huiusmodi eleæmosyna perpetuò facienda, & manutenenda, emerent prædictæ Capellæ annuos redditus (præter redditus Capellani, & Ministri prædictorum) quòd ex eis posset dicta eleæmosyna perpetuò, sine defectu fieri, & adimpleri, prout in quibusdam litteris ipsius Benedicti desuper confectis, dicitur plenius contineri.

Cùm autem, sicut eadem petitio subiungebat, Capella prædicta iamdiu fundata, & ędificata, & fundus ex quo singulis annis tot redditus percipiunt, qui pro dote Præsbyteri, & Ministri supradictorum, & pro eleæmosyna huiusmodi facienda sufficienter perueniant annuatim, emptus extiterit, & Cōmunitas Ciuitatis huiusmodi annis singulis dicto Præsbytero ad dictā Capellam deputato prædictos triginta florenos persoluerint, eleæmosynamq; huiusmodi fecerint, & vt verisimiliter credunt, retroactis temporibus ità obseruatum fuerit; Tamen quia fundus ipse nunquam dictæ Capellæ consignatus fuit, sed ipsi Communitas, & Homines illum in se retinuerūnt persoluendo eidem Capellano dictos triginta florenos, & eleæmosynam faciendo, ac etiam quia ministrum aliquem ad dictam Capellam non elegerunt, seù deputarunt, Missæq; ac prædicationi prædictæ non interfuerunt, ac etiam ex eo, quia gabellas, & collectas ab Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis aliquādo exegerunt, & receperunt, & alia in dictis litteris contenta, prout tenebantur, nō obseruauerunt, dubitent huiusmodi excommunicationis, & alias censuras, & pœnas Ecclesiasticas incurrisse, cupiantq; sibi in

 futu-

futurum prouideri, ne eisdem censuris iterum illaqueari, & innodari habeant, pro parte, tàm Io: Galeatij Ducis, quàm Communitatis, & Hominum prędictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt Communitatem, & singulares personas Ciuitatis huiusmodi à reatu periurij, nec non ab excommunicationis, alijsque sententijs, censuris, & pœnis, si quos, vel si quas incurrerunt, absoluere aliàs Communitati, & Hominibus prædictis in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur qui singulorum votis, prout possumus libēter annuimus, Dominum Io: Galeatium Ducem, & Communitatem, & Homines prædictos, ac eorum singulos à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Iure, vel ab Homine, quauis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet illi præmissorum occasione innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus Cōmunitatem, ac eiusdem Communitatis singulares personas, necnon Syndicos, & Rectores Ciuitatis huiusmodi, si hoc humiliter petierint, à reatu periurij, necnon excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque censuris, & pœnis Ecclesiasticis, si quod, & quas propter huiusmodi exactionem, & impositionem collectarum, & gabellarum Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, aut aliàs forsan ex eo, quòd omnia pręmissa, vel eorum aliquod adque eos prædictus Benedictus prædecessor obligatos esse, & obseruari debere voluit, non obseruauerint, incurrerūt, authoritate nostra hac vice, dumtaxat absoluas in forma Ecclesiæ consueta; iniunctis inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, ac alijs quæ de Iure fuerint iniungenda, aboleasq; omnē inhabilitatis, & infamiæ maculam, siuè notam per eos, & quemlibet ipsorū pręmissorum occasione contractam, & nihilominus, si absolutionem, & abolitionem prædictas, per te vigore præsentium fieri contige-

tigerit, Communitatem,& Homines Ciuitatis huiusmodi ac nunc, & pro tempore existentes ipsius Ciuitatis Rectores, & Syndicos postquam tot bona immobilia, quorum fructus, redditus, & prouentus, iuxta voluntatem Benedicti prædecessoris nostri huiusmodi sufficienti pro dote capellæ prædictæ, & eleæmosyna huiusmodi facienda effectualiter assignauerint, ab obligatione huiusmodi eleæmosyna in futurum facienda, necnon ab interessentia Missæ,& Prædicationi verbi huiusmodi in die Festi Sancti Benedicti, nisi prout Rectores, Syndici, & Homines prædicti pia deuotione ducti id facere voluerint, exceptis tamen duodecim Deputatis, seù Præsidentibus negotijs dictæ Ciuitatis pro tempore existentibus, qui omnino eisdem Missæ, & Prædicationi sub eisdem Ecclesiasticis censuris ipso facto per ipsos, & per alios, & eorum quemlibet dumtaxat, si legitimo impedimēto cessante interesse neglexerint, incurrendis interesse teneantur, & alijs oneribus præmissis per dictum Benedictum Prædecessorem nostrum impositis.

Remanentibus tamen firmis alijs cēsuris, & pœnis Ecclesiasticis contra exigentes Gabellas ab Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis à Iure inflictis, & promulgatis, si imposterū huiusmodi Gabellas ab Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis exegerint, vel illas eis imposuerint, eadem auctoritate nostra liberes, & absoluas. Ita tamen quòd Capellas, & Minister prędicti dicta onera celebrandi, & eleæmosynæ huiusmodi faciendæ adimplere habeant,& vt Capellanus,& Minister prędicti onera huiusmodi ad quæ tenentur supportare habeāt, possintq; personæ ad eadem onera supportanda idoneæ deputari, Iuspatronatus, & præsentandi Ordinario loci Capellanum, & Ministrum huiusmodi ad ipsam Capellaniam quoties illa vacare contigerit, eisdem Communitati,& Rectoribus eadem auctoritate nostra perpetuò reserues, & concedas: ac quòd ex fructibus huiusmodi ex proprietatibus, seù bonis immobilibus prouenientibus, Capellanus viginti, & Minister decem florenos similes annuatim percipere habeant, quòdq; si eleæmosyna huiusmodi facienda, præ-

 dicti

dicti Capellanus, & Minister defecerint, Communitas, & Rectores prædicti tres viros probos quotannis pio tempore eligere possint, & valeant, qui redditus prædictos pro eadem eleæmosyna facienda deputatos, propria authoritate apprehendant, & dictam eleæmosynam iuxta eiusdem Benedicti prædecessoris voluntatem efficaciter dispensari, & adimpleri omnino faciant, & procurent dicta auctoritate nostra Statutis, & Ordinibus non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quòd Capellanus prędictus pro tempore in celebratione Missæ in dicta Capella per eum in dicto Festo Sancti Benedicti celebrandę pro Romano Pontifice pro tempore existente collectã, quæ incipit Deus omnium fidelium Pastor, & Rector, &c. dicere teneatur.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quadringentesimo nonagesimo, tertio Calendas Iunij. Pontificatus nostri Anno sexto.

## Bulla Sanctiss. D. N. Diuina Prouidentia CLEMENTIS PAPAE SEPTIMI Pro libertate, & Immunitate Ecclesiastica.

Dilecti Filij Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Exponi Nobis fecistis, quòd cùm aliàs felicis recordationis Benedictus Papa XII. Prædecessor noster vobis pro nonnullis delictis, seu demeritis sub vinculo iuramenti mãdasset, quòd Gabellas, seu Collectas Ecclesijs, seu Ecclesiasticis personis non imponeretis, nec imponi permitteretis, & vlteriùs pro præmissorum pœnitentia inter alia iniunxisset, quòd certam Capellam sub inuocatione S. Benedicti Abbatis in Ecclesia Cremonen. construi, ipsamq;

ſamq; libris, Calicibus, & alijs ornamentis opportunis muniri, & manuteneri faceretis, & in ea vnum perpetuum Capellanum, & vnum Miniſtrum, qui ibidem Diuina Officia celebrarent deputaretis, & pro ipſorum Capellani, & Miniſtri ſuſtentatione tot poſſeſſiones pro ipſius Capellæ dote, ex quibus annuatim triginta Floreni auri percipi poſſent emeretis, quòdque ſingulo anno in perpetuum in feſto S. Benedicti Abbatis huiuſmodi Rectores Ciuitatis Cremonæ pro tempore exiſtentes, & vos voce præconia inuitati ad dictam Capellam peruenire, & ibidem Miſſam, infra quam verbum Dei proponeretur collegialiter intereſſe, & eleemoſynam mille pauperibus vnius panis albi ponderis vnciarum duodecim pro ſingulo vnicuiq; dare: & pro eleemoſyna huiuſmodi facienda tot redditus, ex quibus eleemoſyna prædicta fieri poſſet, emere teneremini.

Et poſtmodum recolendæ mem. Innocentius Papa VIII. etiam prædeceſſor noſter accepto à vobis, quòd licet Capella prædicta conſtructa, & fundus ſufficiens pro Capellani, Miniſtri, & eleemoſynæ ſupradictorum ſatisfactione emptus fuerit; nihilominus, quòd vos Gabellas ab Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis exigeritis, & alia per præfatum Benedictum prædeceſſorem vobis impoſita non obſeruaueritis, periurium, & excommunicationis ſententiam, & alias cenſuras Eccleſiaſticas in ipſius Benedicti prædeceſſoris litteris contentas incurrendo.

Supplicationibus veſtris inclinatus, vos, & veſtrũ quemlibet à periurio, & cenſuris prædictis abſoluit, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, & notam præmiſſorum occaſione cõtractam à vobis, & veſtrum quolibet aboleuit, & demũ vos, poſtquam tamen tot bona immobilia, ex quorum fructibus Capella huiuſmodi, cum Capellano, & Miniſtro ſuſtentari, & eleemoſyna prædicta, iuxta litterarũ præfati Benedicti prædeceſſoris tenorem fieri poſſet, effectualiter aſſignaretis ab obligatione eleemoſynam huiuſmodi faciendi, Miſſæ, & prædicationi prædictæ intereſſendi, dummodò duodecim Ciuitatis veſtræ ad negotia Communita-

tis pro tempore Deputati Missæ, & prædicationi huiusmodi singulis annis interessent absoluit, & liberauit, prout in prædecessorum prædictorum litteris asseritis plenius contineri. Verùm, sicut eadem expositio subiungebat, vos bona immobilia huiusmodi pro Capellani, & Ministri sustentatione, ac eleemosynæ executione effectualiter assignastis, ac omnia, & singula in præfatis litteris contenta adimpleuistis; Dubitatis tamen, quòd in futurum incuria, vel inaduertentia alicuius ex duodecim Deputatis huiusmodi, qui forsan non curabit Missę, & prædicationi prædictis, prout tenetur, interesse, excommunicationis, ac alias sententias, censuras, & pœnas in dictis litteris contentas facilè incurrere posset in animarum vestrarum non modicum periculum. Quare, quòd duodecim Deputatos huiusmodi ab obligatione interessendi Missæ, & prędicationi præfatis liberare, & perpetuò absoluere dignaremur Nobis humiliter supplicari fecistis.

Nos itaque tenores litterarum prædictarum præsentibus pro expressis habentes, ac animarum periculis obuiare volentes; Considerantesq;, quod vos vti filij obedientiæ omnia vobis imposita per quamplures annos obseruastis. Supplicationibus vestris inclinati duodecim Deputatos Ciuitatis vestræ huiusmodi pro tempore existentes ab obligatione interessendi singulis annis Missæ, & prædicationi in festo Sancti Benedicti Abbatis huiusmodi de specialis dono gratiæ perpetuò absoluimus, & liberamus, decernentes vos, aut vestrum aliquem ob non interessentiam præfatorũ duodecim Deputatorum Missæ, & prædicationi præfatis, excõmunicationis, aut alias sententias, censuras, & pœnas in litteris præfatorum prædecessorum contentas minimè incurrere. Non obstãtibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima quinta Februarij MDXXIV. Pontificatus nostri anno primo. in Calce.

# Bulla Sanctiss. D.N. Diuina Prouidentia GREGORII PAPAE XIII. Pro libertate, & Immunitate Ecclesiastica.

GREGORIVS PP. XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Romani Pont. prouidentia, vbi Ciuitatum præcipuè insignium, vota exposcunt rigorem iuris interdum mansuetudine temperat, fideliumq; vota exaudit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Nuper siquidem dilecti filij Rectores, Regiminis, & Consiliarij, ac Communitas, & Populus Ciuitatis Cremonen. nobis exponi fecerunt, quòd cùm olim de Anno Domini Millesimo trecentesimo vigesimo septimo, fælicis recordationis Ioannes Papa Vigesimus secũdus prædecessor noster in Ciuitate nostra Aueniononensi resideret, ac quidam Ludouicus Bauarus, qui tunc Romanorum Imperatoris titulum, atq; insignia, & auctoritatem sibi vsurpabat in Italiam venisset, atque ad Vrbem nostram se contulisset, & in ea quendam Petrum de Corbario Ordinis Fratrũ Minorum professorum in sua obedientia, Nicolaum Quintum appellatum, pseudo Pontificem de facto creauisset; Idem Ioannes prædecessor in eundem Ludouicum, illiusq; fautores excommunicationis, aliasque sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas promulgauit; ac plerisque alijs Italiæ insignium Ciuitatum populis sacris interdixit; eodem autem Ioanne prædecessore vita functo, ac ad Apostolatus apicem piæ memoriæ Benedicto Papa Duodecimo, etiam prædecessore nostro assumpto, Cremonenses ad eundem Benedictum prædecessorem humiliter recurrerunt, ac pœnitentes excessuum cõtra Romanę Ecclesiæ maiestatem Commissorum ab eodem Benedicto prædecessore veniam obtinuerũt, sicque gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ restituti fuerunt, eisdemq; ad obedientiam admissis, & in gratiam tandem rece-

ptis pœnitentiæ nomine iniunctum fuit, vt in Ecclesia Cremonēsi perpetuam Capellaniam sub inuocatione Sancti Benedicti pro vno Præsbytero perpetuo in dicta Ecclesia Capellano, qui inhibi Diuinis deseruiret eorundem sumptibus ædificari curarent, constitutis eidem Capellano pro ipsius congrua sustentatione, eiusdemq; Capellania dote annuis triginta Florenis auri in auro, ac singulis annis in die eiusdem Sancti Benedicti erogarent pro eleemosyna in dicta Ciuitate mille personis pauperibus panem ponderis vnciarum duodecim pro quolibet pane, ac Communitas, & Populus vniuersus, necnon Rectores, & Deputati, Regimini eiusdem Ciuitatis, qui pro tēpore essent quolibet anno in festo eiusdem Sancti Benedicti ad dictam Ecclesiam pro audiēda Concione, quæ ibidem in commemorationem delictorum, ac insignis gratiæ, & beneficij absolutionis à Sede Apostolica, tamquam pia Matre obtenti haberetur, accederent; Verùm cùm Communitas, ac Regimini eiusdem Ciuitatis Deputati per aliquot annos eadem, quæ à Benedicto prædecessore ex dictis causis imposita illis fuerāt, exequi intermisissent, recolendæ memoriæ Innocentius Papa Octauus similiter prædecessor noster, illorum supplicationibus ea in parte inclinatus illos à censuris ob præmissorū intermissionem per eos incursis absoluit, ac loco Vniuersi populi eiusdem Ciuitatis, qui eidem Concioni interesse debebat Deputatos, seu Præsidentes eiusdem Ciuitatis tantum præsentes esse debere, voluntatiq; eiusdem Benedicti prædecessoris per hoc satisfieri statuit, & ordinauit, à qua etiam obligatione per similis memoriæ Clementem Papam Septimum, Deputati, & Præsidentes prædicti postmodum exempti fuerunt, & alias, prout in eorundem prædecessorum litteris latius explicatur; Verùm cùm sicut ijdem Rectores, & Consiliarij, seù Deputati, vel Præsidentes eadem expositione subiungebant, Concio prædicta quotannis præscripto die in dicta Ecclesia habeatur, ac ipsius per Concionem, & Commemorationem præmissorū quodammodo vulnus eis reficietur, cū ipsi se verè Catholicos, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ filios obedientes

esse

esse profiteantur etiam eorum maiores per ducentorum, & triginta septem annorum cursum pœnitentiam prædictam egerint, ac excussere, tàm lungo temporis spatio in memoriam singulis annis hæc redigere in eiusdem Ciuitatis dedecus durum nimis, maximèque illis molestum sit, propterea ijdem, qui ab eorum maioribus eadē perpetrata fuisse omninò detestantur, animaduertentes, quasi per manus, prout ab eisdem traditum acceperunt eorum progenitores, & parentes obtenta ab eodem Benedicto Prędecessore absolutione in Sedis Apostolicæ obedientia assiduè permansisse, put ipsi in illa se in posterum permansuros esse spondent, atque pollicentur, quicque pleraque Christianę pietatis, & charitatis intuitu misericordiæ insignia opera in dicta Ciuitate ad Omnipotentis DEI gloriam apertè instituerunt, Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus ipsis, ne in posterū per Concionem prædictam vulnus sibi quodammodo renouari videatur, prouidere de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur singularum litterarum dictorum Prędecessorum tenores præsentibus pro expressis habentes, eosdemq; Rectores, Consiliarios, Communitatemq; & Populum, ac Deputatos, & Præsidentes, necnon singulares personas eorundem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existūt, ad effectum præsentiū dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati eisdem Rectoribus, Consiliarijs, Deputatis, & Præsidentibus, Communitati, Populo, & Hominibus, singularibusque personis, ac cæteris, ad quos spectat, quod amplius super præmissis Conscio non fiat, ita tamen quòd aliquis ex Præsidentibus dictæ Ciuitatis deputatus celebrationi Missæ inibi intersit Apostolica auctoritate tenore præsentium indulgemus; aucta nihilominus pro eisdem pauperibus quantitate eleemosynæ ad ducētas alias libras panis pōderis, ac ex causa omissę Concionis, excommunicationis, vel quascunque alias sententias,

cen-

censuras, & pœnas non incurrere, aut in illas reincidere, neque per quemquam quoquomodo etiam per loci Ordinarium, vel alium quemcũque prædictum auctoritate ob non habitam Concionem prædictam molestari, aut perturbari posse, præsentesq; litteras de subreptionis, vel obreptionis vitio notari, aut quoquomodo impugnari non valere, sicque per quoscumque Iudices, Ordinarios, & Delegatos etiã causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, ac definiri debere, necnon irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attẽtari, Apostolica auctoritate tenore præsentium indulgemus; Non obstantibus præmissis, ac singulis litteris dictorum prædecessorum, quæ præmissis quomodolibet obstant Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque latis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autẽ per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XII. Martij M. D. L X X X. Pontificatus nostri Anno octauo, Sighata.

CAE. GLORIERIVS.

*VErum cum non obstantibus supradictis tot Summorũ Pontificum perpetuò obseruandis decretis, ac eorum erga Ecclesiam, & S. Sedem Apostolicã pluries iuratis, & repetitis, pro omninò illæsa seruanda Ecclesiastica libertate, & immunitate, promissis, iam suprà diffusè relatis, in eius maximum præiuditium iurata, ac si nulla essent, violarent; Ecclesiasticorumq; bona assiduis oneribus in dies magis, ac magis grauarentur, visis infrascriptis ipsorum Ecclesiasticorum supplicatis, denuo decreuerunt, vt infra.*

Il-

Illustrissimi Signori. Da alcuni giorni in quà li Nodari attuari delle banche dell'Illustre Sig. Podestà, & Mag. Signor Vicario vogliono scodere dalli perpetui Oratori presso l'Onnipotente Iddio per VV.SS. Illustri, li Priori, e Frati di tutti li Monasteri della presente Città, e delle Abbadesse, e Monache delli Monasteri d'essa Città il doppio di quello fanno à gl'altri, sotto pretesto, che nella data delle tasse fatta modernamente per VV.SS. Illustri, ò suoi Agenti sia disposto, che alli Capitoli, Consortij, & Vniuersità, si scodi il doppio di quello si scode da persone particolari, non credono però li supplicanti, che sia stata mente di VV. SS. Illustri, per quella parola Capitolo, che si scodi il doppio dalli Monasteri, a' quali è prohibito per la Bolla di Papa Benedetto Duodecimo fel. mem. imponere nuoue grauezze, onde ricorrono à quelle;

Supplicandole siano seruite dar'ordine alli detti Nodari attuari, che nō scodino alli supplicanti più del solito, nè tampoco la tassa dupplicata, e quando VV. SS. Illustri non vogliano deliberare cosa alcuna diffinitiuamēte, se prima non intēdino le ragioni delle parti, almeno ordinare, che fra tanto li supplicanti non siano molestati, nè astretti à maggior pagamēto di quello era solito inanti il detto Ordine, Il che &c.

*Quo lecto in Congregatione diei Veneris 26. mensis Augusti anni præd. habita per Illustres DD. Deputatos ad curam, & regimen Ill. Ciuitatis prædictæ, de qua in libro Prouisionū dicti anni fol. 93. existente, vt supra sic fuit ordinatum, videlicet.*

*Placuit prædictis Magnificis DD. Deputatis declarare, prout declarauerunt, & declarant, per dictos nouos Ordines, nec per aliqua verba in eis apposita eorum mentis non fuisse velle duplici onere, seu Taxa dictos Ecclesiasticos grauare, nec quicquam facere contra recitatam Bullam posito, & obtento partito per omnes.*

*QVin & animaduertentes eorũ Ciuitatem, Castrũ, Oppida, &c. ac ipsarum habitatores in deteriora rerum, & personarum quotidie nimis ruere, existimantes, veluti conscij de eorum propria culpa, hoc esse iusto Dei iudicio, vid. quia per inobedientiam ipsi Deo, ac tot Summis Pontificibus de eorum toties iuratis promissis erga Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem defecissent, pœnitentia ducti, re maturè cum Theologis, Canonistis, ac Legistis discussa, ex eorum sententia ad infrascriptum Votum publicum, ac solemne, pro iusta Dei ira sedanda, ac illius misericordia, & auxilio in eorum tribulationibus implorando, deuenerunt.*

# VOTVM.

DEcuriones Ciuitatis Cremonæ animaduertentes suam patriam in dies magis in deteriora ruere, in eam venerunt opinionem, vt existimarent id ex D. O. M. indignatione ob communem huius Ciuitatis peccatorum labem proficisci; Cum autem inuestigarent quonam delicto communi tota se Ciuitas contaminare potuerit, suspicari cœperũt aliquid fortasse ab ea prætermitti eorum, quæ olim à Benedicto Pontif. Max. Decreto publico, quo hãc Ciuitatem ab excommunicatione liberauit eidem iniuncta fuerunt, quòd si ita esset eam in excommunicationem recidisse censeretur; Quapropter DD. Nicolao Burgo, & Marc. Antonio Piscio optimis Ciuibus, & vsu rerũ agendarum peritis mandatum fuit, vt Theologos, & Iuris Pontificij, ac Cæsarei peritos hac de re consulerent, vt hi re maturè perpensa, responderent, num Ciuitas aliquid prætermittat, quòd ex dispositione dictæ Constitutionis Pontificiæ exequendum esset.

Hoc

Hoc igitur negotio summa diligentia, & ea qua opus erat solertia à nonnullis viris doctissimis cognito, atque discusso eorum communi sententia constitutum fuit; hactenus Ciuitatem Cremonæ pœnitentias iniunctas adimpleuisse, nec in aliquam excommunicationem, seu censuram Ecclesiasticam recidisse; verum ad tollendam solicitam animorũ dubitationem, & viam tutiorem eligẽdam, censuerunt à Sum. Pontifice petendam, & impetrãdam quamprimum esse generalem omnium Censurarum absolutionem, si modo hæc Ciuitas in aliquas antehac incurrisset, & simul approbationem factæ translationis Aræ Diui Benedicti, ex hoc loco priore, in locum vbi nunc summo cum decore fuit Ciuitatis decreto constructa.

Monẽdam pariter esse Ciuitatem existimarunt, vt ea qua opus est diligentia, & pietate dictam Aram, seu Sacellum Diuo Benedicto dicatũ, omnibus necessarijs ad rei Diuinæ celebrationem opportunè, decenter, ac perpetuò muniat, vt in eadem Benedicti Sum. Pont Constitutione præcipitur, quòd in ea re nonnulla ipsius Ciuitatis incuria accusetur.

Hortandam etiam esse Ciuitatem dixerunt, vt supplex ad Sanctissimos Sum. Pont. pedes prostrata eum oret, & exoret, vt Cremonam, & eius posteros à prædictis pœnitentijs, quas annis trecentis anteactis continuis peregit in posterum liberet, atque absoluat, hac tamen lege & conditione, vt Ciuitas eius Hospitali Magno eam pecuniarum summam eroget, ex qua perpetui reditus percipi possint, qui sufficiant ad panes mille ducentum emendos; qui quotannis ex causa prædicta inopibus, & egentibus publico sumptu distribuuntur.

Quòd attinet ad arcam Diuorum Marcellini, & Petri iàm diù cæptam, & nondum absolutam ab eisdem, dictum fuit nullum hac de re extare Ciuitatis votum solemniter conceptum; Tutius tamen esse piam maiorum exequi volũtatem, qui sæpissimè viros nobiles in Consilio Generali elegerunt, vt dictum opus perficiendum curarent, quod in honorem eorum Diuorum cæptum fuerat, qui suis precibus apud Deum Opt. Max. vt dicitur, & piè creditur sæpè ab hac Ciuitate

uitate imminentia pericula depulissent.

Vno etiam omnium consensu cōstitutum fuit impetrandam esse à Summo Pontifice solemnem benedictionem Illustrissimo Episcopo nostro speciali diplomate demandandam, vt hæc Ciuitas iamdiù maximis calamitatibus percussa, & afflicta, Deo adiutore, & Summi Pontificis benedictione, quasi huic cadenti patriæ dexteram porrigentis, ab hoc mœrore, ad lætitiam; ab afflicta fortuna, ad florentem aliam deuolare valeat.

Dat. mense Ianuarij anni 1599.

## Celeberrimi, ac Primarij in Curia Romana V. I. Consulti, & Aduocati

## IOAN. DOMINICI PERVSIAE

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

***Super perpetua obseruantia iurata pro libertate, & immunitate Ecclesiasticorum bonorum, maximè à Rectoribus, Ciuitatis, & Agri Cremonensis, iuxta illis præscriptum in Bullis Fel. Record. Benedicti XII & Innocentij VIII. Sum. Pontificum, ac aliorum, vt supra, &c.***

### EPITOME.

Nullæ omninò Collectæ, neq; aliqua onera mixta imponi possunt Ecclesijs, aut eorū bonis, & si de nouo acquisitis, allibratis, & catastratis; & quæ in dies acquiruntur, idq; singulariter in Agro Cremonensi; nedum de iure ciuili, & Canonico, verum ex singulari præscripto suprà dictarum Bullarum, & ex Cremonensium accurata iurata su-

u pra-

præscriptis Pontificibus promissione, bis, ter, quater q; instrumentaliter promissa, & exhibita.

## SVMMARIVM.

1 PRomissio Ciuitatis, & Comitatus Cremonen. facta, & iurata Sum. Pontif. Benedicto XII. & Innocentio VIII. quod datia, gabellas, & collectas non imponent, nec imponi facient, vel permittent Ecclesijs siue personis, & bonis Ecclesiasticis.

2 Gabellas huiusmodi Impositas non exigent, nec imponentibus dabunt auxilium.

3 Imò positas reuocabunt, & exactas restituent.

4 Non impedient Iudices Ecclesiasticos, quo minus contra huiusmodi imponentes, & exigentes liberè procedant.

5 Quid Sacri Canones, & Canonicæ Sanctiones disponant in materia imponendi onera supradicta.

6 Expenduntur textus c. non minus, & c. aduersus de Immun. Eccles. & c. 1. eod. tit. in 6.

7 Expenditur §. 18. Bulla Cœnæ Domini, vbi excommunicantur imponentes, & exigentes d. onera.

8 Huiusmodi pœna contra Consules, & Rectores Ciuitatum habent locum, etiam finito offitio, ac etiam contra illorum successores.

9 Canones prædicti loquuntur de oneribus mixtis, quæ personis pro bonis Ecclesiasticis imponuntur.

10 Datia sunt onera mixta.

11 Pedagia sunt onera mixta.

12 Immunitas, quæ competit personis, & bonis Ecclesiasticis ex dd. Sacris Canonibus procedit, etiam in illis bonis, quæ Ecclesiæ acquisiuerunt à laicis tit. emptionis.

13 Etiam dato per easdem Ecclesias fideiussore de oneribus, soluendis ex causa dictorum bonorum.

14 Cautela dandi fideiussorem laicum de soluendis oneribus non excusat exigentes gabellas à censuris.

15 An attentis d. Bullis Benedicti XII. & Innocentij VIII. Licuerit Ciuitati supplicare Senatui Anno 1602.

16 Decretum à Senatu reportatum, est contra libertatē Ecclesiasticam.

17 Ci-

*17 Ciuitas non potest [illegible] decretum [illegible]*
*sine [illegible].*

*18 Quia esset modus indirectè exigendi collectas, & onera [illegible] realia ab Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis.*

*19 Improbatus, & damnatus à iure.*

VErba litterarum felic. rec. Benedicti XII. explicatione non egent. Clarissima namque est [illegible] in eis promissio Ciuitatis Cremo-
1 nensis, quòd ipsius Ciuitatis, necnon Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum, Comitatus, & districtus, Communia, & Homines, Datia, Gabellas, & Collectas, siue pedagia, vel alia onera per se, vel aliquem, siue alios non imponent, vel imponi facient, vel permittent Ecclesijs, siue Ecclesiasticis locis, & personis Ciuitatis prædictæ, nec non Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorũ, Comitatus, & districtus prædictorum, nec eadem pedagia, gabellas, collectas, & alia onera ab eisdem Ecclesijs, locis, & personis Ecclesiasticis hu-
2 iusmodi, vel eorum bonis exigent, vel exigi facient, aut permittent contra canonicas sanctiones directè, vel indirectè publicè, vel occultè, nec illa imponentibus, aut exigentibus, dabunt auxilium, consilium, vel fauorem, quinimmo Ecclesias, & Ecclesiasticas personas prædictas, in suis bonis, iuribus, & libertatibus conseruabunt, & quòd Præsidẽtes Regiminibus Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, Locorum Comitatus, & districtus prædicti, quatenus ad eos tanquam ipsorum Rectores spectabit teneantur, si secus fieret, ipsis Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis de impositionibus, seu exactionibus huiusmodi conquerentibus exacta restituere, seu restitui facere, ac impositiones factas etiam
3 reuocare, seu reuocari facere, celeriter, summariè, sine strepitu, & figura iudicij, alioquin pœnas incurrant super ijs à sacris Canonibus promulgatas, quòdq; ipsi Præsidentes, & Communia, ac singulares personæ ipsorum, Iudices Ecclesiasticos non impedient, quominùs contra imponentes, &

exigentes huiusmodi libère procedere valeāt ad publicatio-nem dictarum pœnarum, & aliàs iuxtà Canonica Instituta.

Quò circa reliquum est, vt ad cæteras propositas dubitationes respondeamus.

Et quod attinet ad primam, in qua quæritur, quid Sacri Canones, & canonicæ Sanctiones disponant in hac materia imponendi onera non merè realia, sed mixta Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis pro eorum bonis; Breuiter respōdendum est, in illis expressè constitui, ne huiusmodi onera Ecclesijs, aut Ecclesiasticis Personis imponantur, vel imposita exigantur.

Sic n. expressè decernitur in cap. non minus, & in ca. Aduersùs, de Immunit. Eccles. & in cap. 1. eod. tit. in 6. in quibus sub pœna excommunicationis interdicitur laicis, ne taleas, seù collectas, aliàsue exactiones clericis, vel Ecclesijs imponant, & in c. quamquam de censibus in 6 in Clem. præsenti, eodem titulo, vbi exigentes ab Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis pedagia, vel guidagia, si personæ fuerint singulares, excommunicationis, si autem Collegium, vel Vniuersitas Ciuitatis, Castri, seu loci alterius cuiuscunq; ipsa Ciuitas, Castrum, seu locus Interdicti sententijs ipso facto subijciantur; eo etiam adiecto, vt nec ab excōmunicatione huiusmodi absolutionē, nec interdicti relaxationem obtinere valeant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter. Præcipiturq; locorum diæcesanis, vt contra eos, qui ab Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis huiusmodi pedagia, vel guidagia suo, vel alieno nomine exigūt, vel extorquent, excommunicationis, & interdicti sententias à Iure prolatas, postquam de his ipsis constiterit, omninò publicent, vel à suis subditis tamdiù faciant publicari, donec illi sic exacta restituerint, & de trāsgressione huiusmodi competenter satisfecerint.

Et ita pariter expressè constituitur in Bulla Cœnæ Domini §. 18. vbi excommunicantur omnes, qui collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum Mona-

fteriorum,& aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus absq; Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt,& diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunq; sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, vel Regali præfulgeant dignitate, seù Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Pontentatus quicumque, etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo, Præsidentes, & Consiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innouanturq; decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quàm alijs concilijs generalibus edita, etiam cum censuris,& pœnis in eis contentis.

8 Quæ pœnæ locum habent aduersus Consules, & Rectores Ciuitatum, vel aliorum locorum, etiam finito, aut dimisso officio, necnon illorum in officio successores, nisi intra mensem satisfecerint cõpetenter, d.c. aduersus, §. cæterum, vbi Abbas, & alij de Immunitate Ecclesiarum, Bartol. in l. inter stipulantem, §. sacram, in fine ff. de verb. obligat. Gig. cons. 71. num. 12.

Sicque prædictorum Iurium authoritate tradunt Abb. cons. 13. num. 1. & per tot. lib. 2. Gem. cons. 116. numer. 7. Bellamer. cons. 45. numer. 1. & 4. Oliuer. Maligemma inter cons. eiusdem Bellamer. cons. 47. in fine vers. videtur dicendum. Curt. Iun. cons. 42. num. 3. Rom. in l. 1. §. 1. in fin. & in l. si publicanus, §. de reb. numer. 6. ff. de publican. Mandell. cons. 8. num. 1. & 2. Euerard. cons. 42. num. 59. Guid. Pap. decis. 381. nu. 1. vers. sed postea, Thes. decis. 116. num. 1. & decis. 134. num. 1. Ruin. cons. 117. num. 3. & seqq. lib. 4. & cons. 111. num. 9. vers. & propterea lib. 5.

9 Nec dubium est, quin in Sacris Canonibus, & sanctionibus supradictis sermo sit de oneribus non merè realibus,

sed

sed mixtis, quæ Ecclesiasticis personis pro eorum bonis imponuntur. Siquidem in illis mentio fit de collectis, quas esse onera mixta personis pro reb. imposita, docent in specie Bart. in Rep l.placet num.29. & in Ias.in 2.lect. num.5.C.de sacros. Eccles. Idem Bart. cons. 180. num. 3. vers. præterea collecta, Abb. in alleg. cap.non minus, num.17.vers.tertium iuxta Bellon. cons.40. num.3. Bero. cons. 31. num. 16. lib. 1. Ruin. d. cons.111. numer.9.lib.4. Alexand. cons. 68. num. 1. lib.2.

10 Item quia in eisdem sermo est de datijs, quæ pariter sunt onera mixta, personis pro rebus imposita, Bart.in d.Repet. l. placet, num.29

11 Rursus quia loquuntur de pedagijs, quæ similiter imponuntur personis pro rebus; & consequenter non sunt onera merè realia, sed mixta, Bart. in l.1.nu.1.ff.de publican. Ruin. d.cons.117.nu.9. vers. Nam per hoc, lib.4. & d. cons.11.nu. 12. vers. nec obstat ratio lib.5.

12 Ad secundam, vtrum scilicet hæc immunitas procedat, etiam in illis bonis, quæ Ecclesiæ acquisiuerũt titulo emptionis à laicis, maximè dato per easdem Ecclesias fideiussore laico de dictis oneribus, ex causa talium bonorum persoluendis.

13 Respondendum est procedere, quoniam ex veriore, ac receptione opinione bonis, quæ à laicis in Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas quocumq; titulo, etiam emptionis transferuntur, non potest postquam ad illas deuenerunt; onus aliquod imponi, Bart. in d.repert. l.placet num.35. vers. sed postquam, illicq; etiam Bald. num. 11. vers. ego dico, Castr. num.8. & Francisc. Aretin. num.3. vers. pone ergo, C.de sacros. Eccles. Idem Bart. in alleg. cons. 180. num. 3. & in fin. Speculat. in tit. de Cleric. coniugat. num.10. vers. ad huius autem, cum duobus numeris seqq. Abb. in cap.fin.num. 12. vers. tertia opinio de vit. & honest. cleric. Felin. in c.Ecclesia S.Mariæ num. 26. vers. sed contra, de Constit. Angel. cons. 24. vers. sed pro collectis; Idem Abb. in d.cons. 13. num.2. vers. Quinimò lib.2. Bellam. d. cons.45. num.1. vers. Item

tertio, & num. 4. verſ. Imò plus. Oliuer. Maligemma inter conſ. eiuſdem Bellam. d. conſ.47. in fin. verſ. Ipſarumq; Ecclesiarum, Hippol Rimin.25. num.13. Lancell.Gallia.conſ. 59. num.29. verſ. Etſi dicatur, cum multis num. ſeqq.Rom. in d. l. ſi public. §. de rebus num. 6. ff. de Publican. Ruin. d. conſ. 117. num.4.verſ. Baldus etiam & infra per totum lib.4. & d. conſ. 111. num.9. verſ. Per quam dixi, & verſ. & vltra cum, Bellon. d.conſ.40. num. 3. Theſ. d.deciſ. 234. nu.24.& 7. Syluan. conſ.32. num. 1. 7. 8. 11. 12.& ſeqq.& videtur eſſe de hoc textus in terminis in alleg. cap. 1. de Immunitate Eccleſ. in 6.

14 Nec cautela dandi fideiuſſorem laicum de ſoluendis huiuſmodi oneribus nullo modo excuſare poteſt imponentes, vel exigentes à pœnis in ſupradictis ſacris canonibus,& Bulla Cænæ inflictis, quia illa, & ſimiles tanquã adinuentę in fraudem, ac præiuditium Immunitatis Eccleſiaſticæ cõmuniter reprobantur, Abb. in d.cap.fin. num.13.de vit.& honeſt.cleric. Felyn. in d.cap. Eccleſia S.Mariæ, num.76. verſ.ſed contra, de conſtitut. Bald. in d.l. placet,num.10.& ibi quoq; Caſtrenſis num.7. & Iaſ. in 1.lect. nu.17. verſ. breuiter Sene.C. de ſacroſ. Eccleſ. Idem Bald. in l.omnes, num. 12. in fin. C. ſine cenſu, vel reliquis Rom. in d.l. ſi Publicanus §. de rebus num.7. ff.de public. Guido Pap.d. conſ.331. num. 1. verſ. & credo, quod benè, Addent. ad Theſaur. d. deciſ. 234. circa fin. verſ. vtrum iſta cautela, Syluan. d.conſ.32. num.11. Nauar. conſ.1. verſ. cuius tamen dictum, Mandell. d. conſil. 8. num.4.

15 Ad tertiam nẽpe, An attentis dictis litteris Benedicti XII. necnon litteris fælic. pariter recordationis Innocentij VIII. (in quibus Communitatẽ, & homines Ciuitatis Cremonenſis,ac eorum ſingulos à cenſuris,& pœnis Eccleſ. per eos antea incurſis ob impoſitionem collectarum,& gabellarum factam Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis abſolui mandauit ſub conditione, quòd huiuſmodi cenſuræ, & pœnæ firmæ remanerent, ſi in poſterum gabellas ab Eccleſijs,& Eccleſiaſticis perſonis exegiſſent, vel illas eis impoſuiſſent) An inquam

quam licuerit dictæ Ciuitati supplicare Excellentissimo Senatui Mediolanensi, prout Anno 1602. supplicauit. Respondendum est, non licuisse, quia supplicantes pro obseruatione, & exequutione statutorum, vel decretorum, quę libertati Ecclesiast. aduersantur, sunt excommunicati C. nouerit, de sent. excom. Clar. in §. fin. q. 77. num. 28. vers. facientes seruari, Lancell. Gallia cons. 59. num. 86. sicq; etiam expressè disponitur in d. Bulla Cœnæ Domini § 18. ibi, necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta fecere, exe-
16 qui, vel procurare non verentur. Nec dubitari potest, quin decretum ab Excellentissimo Senatu reportatum Ecclesiæ libertati aduersetur; si illud intelligatur eo modo, quo à Ciuitate Cremonensi vsu receptum fuit, cum Ecclesiasticæ libertati aduersari censeantur decreta omnia, & statuta laicorum, per quæ Ecclesijs, aut Ecclesiasticis personis directè, vel indirectè tolluntur Immunitates, ipsis de iure, aut ex priuilegio competentes, Bart. in l. filiusfam. §. Diui. num. 12. de leg. 1. Abb. cons. 43. ante numerum primum lib. 1. Dec. in Auth. cassa, & irrita, num. 17. ad fin. cum num. seqq. C. de sacrosan. Eccles. Mandell. dicto cons. 8. numer. 3. Clar. in allegat. §. fin. q. 77. num. 127. vers. suis autem Lancell. Gallia d. cons. 59. num. 85. & in spetie de his decretis loquens Carolus à Basilica Petri Episcopus Nouariensis in c. conuenior. 23. q. 8. nu. 24.

7 Ad quartam vtrum s. Ciuitas Cremonēsis possit memoratum decretum ita in praxi recipere, vt exigat onera non merè realia à fideiussoribus datis per Ecclesias, aut personas
3 Ecclesiasticas. Respondendum est non posse, quoniam hic esset modus indirectè exigendi collectas, & onera non merè realia ab ipsis Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis, Ias. in d. l. placet in 1. lect. num. 17. vers. breuiter tene. Felyn. in alleg. c. Ecclesia S. Mariæ num. 76. vers. 2. quia de consti. Rom. in alleg. l. si Publicanus §. de rebus num. 7. vers. Præterea, hoc esset dare cum vers. seq. ff. de publican. Bald. in d. l. omnes nu. 13. C. sine cens. vel reliq. Mandell. d. cons. 8. numer. 20. vers. est quidem. Carolus à Basilica Petri Episc. Nouar. in alleg. c.

conuenior. 23. q. 8. nu. 24. cum alijs per Brunor. à Sole in compendio proposit. Iur. verb. statuentes, il primo, qui qui-
19 dem modus omni Iure improbatur c. quanto, de priuileg. c. cum quid vna via, de reg. iur. in 6. & cap. statutum il 1. de hæretic. eodem lib. Mandell. d. cons. 8. num. 3. & expressè etiam damnatur, tam in dictis litteris Bened. XII. ibi, directè vel indirectè, publicè, vel occultè, quàm in allegata Bulla Cœnæ Domini §. 18. ibi, diuersis etiam exquisitis modis, & ibi, directè, vel indirectè.

Et ita. &c. Saluo tamen, &c.

# Celeberrimi, ac Eruditissimi V. I. Consulti Primarijq; Sacræ Theologiæ Doctoris

## P. A. M.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

Communi omnium Theologorum, Canonistarum, Sumistarum, ac Legistarum, voto, & consensu approbatum.

*Pro Ecclesiastica Libertate, & Immunitate canonicè pro munere catholico, patrocinanda.*

Loco

# LOCO ARGVMENTI,

## SEV EPITOME.

EST constitutio Dominij Mediolanensis, qua prohibetur alienatio in personas non subditas eidẽ Dominio, etiam per vltimam voluntatem, sub poena amissionis rei alienatæ. Et imponitur poena Notarijs, si instrumenta alienationum confecerint, & additur, quòd si contingat in hoc dispensari per Principem, vel Senat. dispensatio registrari debeat, &c. & vt latiùs in dicta constitutione tit. de poenis. §. Collegijs.

Vt postea introductum est, vt quando dispensatio petitur, petens priùs cogatur fideiussorem dare de oneribus soluendis, & non declinando foro: & qui vult acquirere, soluat dimidiam centesimæ partis pretij, & hoc etiam si sit Ecclesiasticus.

Ciuitas quædam cupiens bona, quæ in posterum acquirerentur ab Ecclesiasticis obligari ad soluẽda onera ad sublevationem suã, narrauit Senatui, constitutionem memoratam non seruari: supplicauitq; mandari Prætori ipsius Ciuitatis, vt moneret Notarios, ne Instrumenta eiusmodi facerent alienationum de supposito in non suppositum iurisdictioni Regiæ (sic enim mutatum verba constitutionis) sub poena statuta: & facerent dictam fideiussionem præstari apud Referendariũ Ciuitatis eiusdem: Senatus nomine Regis dedit litteras, vt petitum fuit; & Prætor monuit, vt iussus est; licèt autem neq; in supplicatione, neque in litteris Senatus nominata sit Ecclesia, neq; personæ Ecclesiasticæ, ciues tamẽ vocẽ euulgarũt, per personas nõ subditas intelligi etiã Ecclesiasticas, & in summa declarauerunt mentem suam, quod hoc fieret ad cogendos Ecclesiasticos ad onera. Quare Notarij territi ex tali voce recusant Instrumenta conficere talium alienationum; & etiam vltimarum voluntatum ad fauorem Ecclesiæ. Si Ecclesia petit dispensationem, seu licen-

nitate imminentia pericula depulissent.

Vno etiam omnium consensu cōstitutum fuit impetrandam esse à Summo Pontifice solemnem benedictionem Illustrissimo Episcopo nostro speciali diplomate demandandam, vt hæc Ciuitas iamdiù maximis calamitatibus percussa, & afflicta, Deo adiutore,& Summi Pontificis benedictione, quasi huic cadenti patriæ dexteram porrigentis, ab hoc mœrore, ad lætitiam;àb afflicta fortuna, ad florentem aliam deuolare valeat.

Dat. mense Ianuario anni 1599.

# Celeberrimi, ac Primarij in Curia Romana V. I. Consulti, & Aduocati IOAN. DOMINICI PERVSIAE V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

***Super perpetua obseruantia iurata pro libertate, & immunitate Ecclesiasticorum bonorum, maximè à Rectoribus, Ciuitatis, & Agri Cremonensis, iuxta illis præscriptum in Bullis Fel. Record. Benedicti XII. & Innocentij VIII. Sum. Pontificum, ac aliorum, vt supra, &c.***

## EPITOME.

Nullæ omninò Collectæ, neq; aliqua onera mixta imponi possunt Ecclesijs, aut eorū bonis, & si de nouo acquisitis, allibratis, & catastratis; & quæ in dies acquiruntur, idq; singulariter in Agro Cremonensi; nedum de iure ciuili, & Canonico, verum ex singulari præscripto supra dictarum Bullarum, & ex Cremonensium accurata iurata su-

u pra-

præscriptis Pontificibus promissione, bis, ter, quaterq; instrumentaliter promissa, & exhibita.

## SVMMARIVM.

1 Promissio Ciuitatis, & Comitatus Cremonen. facta, & iurata Sum. Pontif. Benedicto XII. & Innocentio VIII. quod datia, gabellas, & collectas non imponent, nec imponi facient, vel permittent Ecclesijs siue personis, & bonis Ecclesiasticis.
2 Gabellas huiusmodi Impositas non exigent, nec imponentibus dabunt auxilium.
3 Imò positas reuocabunt, & exactas restituent.
4 Non impedient Iudices Ecclesiasticos, quo minus contra huiusmodi imponentes, & exigentes libere procedant.
5 Quid Sacri Canones, & Canonicæ Sanctiones disponant in materia imponendi onera supradicta.
6 Expenduntur textus c. non minus, & c. aduersus de Immun. Eccles. & c. 1. eod. tit. in 6.
7 Expenditur §. 18. Bulla Cœnæ Domini, vbi excommunicantur imponentes, & exigentes d. onera.
8 Huiusmodi pœna contra Consules, & Rectores Ciuitatum habent locum, etiam finito offitio, ac etiam contra illorum successores.
9 Canones prædicti loquuntur de oneribus mixtis, quæ personis pro bonis Ecclesiasticis imponuntur.
10 Datia sunt onera mixta.
11 Pedagia sunt onera mixta.
12 Immunitas, quæ competit personis, & bonis Ecclesiasticis ex dd. Sacris Canonibus procedit, etiam in illis bonis, quæ Ecclesiæ acquisiuerunt à laicis tit. emptionis.
13 Etiam dato per easdem Ecclesias fideiussore de oneribus, soluendis ex causa dictorum bonorum.
14 Cautela dandi fideiussorem laicum de soluendis oneribus non excusat exigentes gabellas à censuris.
15 An attentis d. Bullis Benedicti XII. & Innocentij VIII. Licuerit Ciuitati supplicare Senatui Anno 1602.
16 Decretum à Senatu reportatum, est contra libertatē Ecclesiasticam

17 Ch

*17 Ciuitas non potest dictum decretum recipere, & collectas exigere sine incursu censurarum.*
*18 Quia esset modus indirectè exigendi collectas, & onera non merè realia ab Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis.*
*19 Improbatus, & damnatus à iure.*

VErba litterarum fel. rec. Benedicti XII. explicatione non egent. Clarissima namque est relata in eis promissio Ciuitatis Cremo-
1 nensis, quòd ipsius Ciuitatis, nec non Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum, Comitatus, & districtus, Communia, & Homines, Datia, Gabellas, & Collectas, siue pedagia, vel alia onera per se, vel alium, siue alios non imponent, vel imponi facient, vel permittent Ecclesijs, siue Ecclesiasticis locis, & personis Ciuitatis prædictæ, nec non Castrorum, Villarum, Terrarum, & Locorũ, Comitatus, & districtus prædictorum, nec eadem pedagia, gabellas, collectas, & alia onera ab eisdem Ecclesijs, locis, & personis Ecclesiasticis hu-
2 iusmodi, vel eorum bonis exigent, vel exigi facient, aut permittent contra canonicas sanctiones directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, nec illa imponentibus, aut exigentibus, dabunt auxilium, consilium, vel fauorem, quin immo Ecclesias, & Ecclesiasticas personas prædictas, in suis bonis, iuribus, & libertatibus conseruabunt, & quòd Præsidẽtes Regiminibus Ciuitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, Locorum Comitatus, & districtus prædicti, quatenus ad eos tanquam ipsorum Rectores spectabit teneantur, si secus fieret, ipsis Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis de impositionibus, seu exactionibus huiusmodi conquerentibus exacta restituere, seu restitui facere, ac impositiones factas etiam
3 reuocare, seu reuocari facere, celeriter, summariè, sine strepitu, & figura iudicij, alioquin pœnas incurrant super ijs à sacris Canonibus promulgatas, quódq; ipsi Præsidentes, & Communia, ac singulares personæ ipsorum, Iudices Ecclesiasticos non impedient, quominùs contra imponentes, &

exigentes huiusmodi libère procedere valeāt ad publicationem dictarum pœnarum, & aliàs iuxtà Canonica Instituta.

Quò circa reliquum est, vt ad cæteras propositas dubitationes respondeamus.

5 Et quod attinet ad primam, in qua quæritur, quid Sacri Canones, & canonicæ Sanctiones disponant in hac materia imponendi onera non merè realia, sed mixta Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis pro eorum bonis; Breuiter respōdendum est, in illis expressè constitui, ne huiusmodi onera Ecclesijs, aut Ecclesiasticis Personis imponantur; vel imposita exigantur.

6 Sic n. expressè decernitur in cap. non minus, & in ca. Aduersùs, de Immunit. Eccles. & in cap. 1. eod. tit. in 6. in quibus sub pœna excommunicationis interdicitur laicis, ne taleas, seù collectas, aliàsue exactiones clericis, vel Ecclesijs imponant, & in c. quamquam de censibus in 6 in Clem. præsenti, eodem titulo, vbi exigentes ab Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis pedagia, vel guidagia, si personæ fuerint singulares, excommunicationis, si autem Collegium, vel Vniuersitas Ciuitatis, Castri, seu loci alterius cuiuscunq; ipsa Ciuitas, Castrum, seu locus Interdicti sententijs ipso facto subijciantur; eo etiam adiecto, vt nec ab excōmunicatione huiusmodi absolutionē, nec interdicti relaxationem obtinere valeant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter. Præcipiturq; locorum diœcesanis, vt contra eos, qui ab Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis huiusmodi pedagia, vel guidagia suo, vel alieno nomine exigūt, vel extorquent, excommunicationis, & interdicti sententias à Iure prolatas, postquam de his ipsis constiterit, omninò publicent, vel à suis subditis tamdiù faciant publicari, donec illi sic exacta restituerint, & de trāsgressione huiusmodi competenter satisfecerint.

Et ita pariter expressè constituitur in Bulla Cœnæ Domini §. 18. vbi excommunicantur omnes, qui collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum Mona-

flerioium,& aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus absq; Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt,& diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunq; sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, vel Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Pontentatus quicumque, etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo, Præsidentes, & Consiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innouanturq; decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quàm alijs concilis generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.

8 Quæ pœnæ locum habent aduersus Consules, & Rectores Ciuitatum, vel aliorum locorum, etiam finito, aut dimisso officio, necnon illorum in officio successores, nisi intra mensem satisfecerint cōpetenter, d.c. aduersus, §. cæterum; vbi Abbas, & alij de Immunitate Ecclesiarum, Bartol. in l. insuper stipulantem, §. sacram; in fine ff. de verb. obligat. Gig. cons. 71. num. 12.

Sicque prædictorum Iurium authoritate tradunt Abb. cons. 13. num. 1. & per tot. lib. 2. Gem. cons. 116. numer. 7. Bellamer. cons. 45. numer. 1. & 4. Oliuer. Maligemma inter cons. eiusdem Bellamer. cons. 47. in fine vers. videtur dicendum. Curt. Iun. cons. 42. num. 3. Rom. in l. 1. §. 1. in fin. & in l. si publicanus, §. de reb. numer. 6. ff. de publican. Mandell. cons. 8. num. 1. & 2. Euerard. cons. 42. num. 59. Guid. Pap. decis. 381. nu. 1. vers. sed postea, Thes. decis. 116. num. 1. & decis. 134. num. 1. Ruin. cons. 117. num. 3. & seqq. lib. 4. & cons. 111. num. 9. vers. & propterea lib. 5.

9 Nec dubium est, quin in Sacris Canonibus, & sanctionibus supradictis sermo sit de oneribus non merè realibus,

sed mixtis, quæ Ecclesiasticis personis pro eorum bonis imponuntur. Siquidem in illis mentio fit de collectis, quas esse onera mixta personis pro reb. imposita, docent in specie Bart. in Rep. l. placet num. 29. & in Ias. in 2. lect. num. 5. C. de sacros. Eccles. Idem Bart. cons. 180. num. 3. vers. præterea collecta, Abb. in alleg. cap. non minus, num. 17. vers. tertium iuxta Bellon. cons. 40. num. 3. Bero. cons. 31. num. 16. lib. 1. Ruin. d. cons. 111. numer. 9. lib. 4. Alexand. cons. 68. num. 1. lib. 2.

10 Item quia in eisdem sermo est de datijs, quæ pariter sunt onera mixta, personis pro rebus imposita, Bart. in d. Repet. l. placet, num. 29

11 Rursus quia loquuntur de pedagijs, quæ similiter imponuntur personis pro rebus, & consequenter non sunt onera merè realia, sed mixta, Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de publican. Ruin. d. cons. 117. nu. 9. vers. Nam per hoc, lib. 4. & d. cons. 11. nu. 12. vers. nec obstat ratio lib. 5.

12 Ad secundam, vtrum scilicet hæc immunitas procedat, etiam in illis bonis, quæ Ecclesiæ acquisiuerũt titulo emptionis à laicis, maximè dato per easdem Ecclesias fideiussore laico de dictis oneribus, ex causa talium bonorum persoluendis.

13 Respondendum est procedere, quoniam ex veriore, ac receptione opinione bonis, quæ à laicis in Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas quocumq; titulo, etiam emptionis transferuntur, non potest postquam ad illas deuenerunt; onus aliquod imponi, Bart. in d. repert. l. placet num. 35. vers. sed postquam, illicq; etiam Bald. num. 11. vers. ego dico, Castr. num. 8. & Francisc. Aretin. num. 3. vers. pone ergo, C. de sacros. Eccles. Idem Bart. in alleg. cons. 180. num. 3. & in fin. Speculat. in tit. de Cleric. coniugat. num. 10. vers. ad huius autem, cum duobus numeris seqq. Abb. in cap. fin. num. 12. vers. tertia opinio de vit. & honest. cleric. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 26. vers. sed contra, de Constit. Angel. cons. 24. vers. sed pro collectis; Idem Abb. in d. cons. 13. num. 2. vers. Quinimò lib. 2. Bellam. d. cons. 45. num. 1. vers. Item

tertio, & num. 4. verſ. Imò plus. Oliuer. Maligemima inter conſ. eiuſdem Bellam. d. conſ. 47. in fin. verſ. Ipſarumq; Eccleſiarum, Hippol Rimin. 25. num. 13. Lancell. Gallia. conſ. 59. num. 29. verſ. Etſi dicatur, cum multis num. ſeqq. Rom. in d. l. ſi public. §. de rebus num. 6. ff. de Publican. Ruin. d. conſ. 117. num. 4. verſ. Baldus etiam & infra per totum lib. 4. & d. conſ. 111. num. 9. verſ. Per quam dixi, & verſ. & vltra eum, Bellon. d. conſ. 40. num. 3. Theſ. d. deciſ. 234. nu. 2. 4. & 7. Syluan. conſ. 32. num. 1. 7. 8. 11. 12. & ſeqq. & videtur eſſe de hoc textus in terminis in alleg. cap. 1. de Immunitate Eccleſ. in 6.

14 Nec cautela dandi fideiuſſorem laicum de ſoluendis huiuſmodi oneribus nullo modo excuſare poteſt imponentes, vel exigentes à pœnis in ſupradictis ſacris canonibus, & Bulla Cænæ inflictis, quia illa, & ſimiles tanquã adinuentę in fraudem, ac præiuditium Immunitatis Eccleſiaſticæ cõmuniter reprobantur, Abb. in d. cap. fin. num. 13. de vit. & honeſt. cleric. Felyn. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 76. verſ. ſed contra, de conſtitut. Bald. in d. l. placet, num. 10. & ibi quoq; Caſtrenſis num. 7. & Iaſ. in 1. lect. nu. 17. verſ. breuiter Sene. C. de ſacroſ. Eccleſ. Idem Bald. in l. omnes, num. 12. in fin. C. ſine cenſu, vel reliquis Rom. in d. l. ſi Publicanus §. de rebus num. 7. ff. de public. Guido Pap. d. conſ. 331. num. 1. verſ. & credo, quod benè, Addent. ad Theſaur. d. deciſ. 234. circa fin. verſ. vtrum iſta cautela, Syluan. d. conſ. 32. num. 11. Nauar. conſ. 1. verſ. cuius tamen dictum, Mandell. d. conſil. 8. num. 4.

15 Ad tertiam nẽpe, An attentis dictis litteris Benedicti XII. necnon litteris fæliç. pariter recordationis Innocentij VIII. (in quibus Communitatẽ, & homines Ciuitatis Cremonenſis, ac eorum ſingulos à cenſuris, & pœnis Eccleſ. per eos antea incurſis ob impoſitionem collectarum, & gabellarum factam Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis abſolui mandauit ſub conditione, quòd huiuſmodi cenſuræ, & pœnæ firmæ remanerent, ſi in poſterum gabellas ab Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis exegiſſent, vel illas eis impoſuiſſent) An inquam

quam licuerit dictæ Ciuitati supplicare Excellentissimo Senatui Mediolanensi, prout Anno 1602. supplicauit. Respondendum est, non licuisse, quia supplicantes pro obseruatione, & exequutione statutorum, vel decretorum, quę libertati Ecclesiast. aduersantur, sunt excommunicati C. nouerit, de sent. excom. Clar. in §. fin. q. 77. num. 28. vers. facientes for-tiari, Lancell. Gallia cons. 59. num. 86. sicq; etiam expressè disponitur in d. Bulla Coenæ Domini § 18. ibi, necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta fouere, exe-
16 qui, vel procurare non verentur. Nec dubitari potest, quin decretum ab Excellentissimo Senatu reportatum Ecclesiæ libertati aduersetur; si illud intelligatur eo modo, quo à Ciuitate Cremonensi vsu receptum fuit, cum Ecclesiasticæ libertati aduersari censeantur decreta omnia, & statuta laicorum, per quæ Ecclesijs, aut Ecclesiasticis personis directè, vel indirectè tolluntur Immunitates, ipsis de iure, aut ex priuilegio competentes, Bart. in l. filiusfam. §. Diui. num. 12. de leg. 1. Abb. cons. 43. ante numerum primum lib. 1. Dec. in Auth. cassa, & irrita, num. 17. ad fin. cum num. seqq. C. de sacrosan. Eccles. Mandell. dicto cons. 8. numero 3. Clar. in allegat. §. fin. q. 77. num. 127. vers. suis autem Lancell. Gallia d. cons. 59. num. 85. & in specie de his decretis loquens Carolus à Basilica Petri Episcopus Nouariensis in c. conuenior. 23. q. 8. nu. 24.

17 Ad quartam vtrum s. Ciuitas Cremonēsis possit memoratum decretum ita in praxi recipere, vt exigat onera non merè realia à fideiussoribus datis per Ecclesias, aut personas
18 Ecclesiasticas. Respondendum est non posse, quoniam hic esset modus indirectè exigendi collectas, & onera non merè realia ab ipsis Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis, Ias. in d. l. placet in 1. lect. num. 17. vers. breuiter tene. Felyn. in alleg. c. Ecclesia S. Mariæ num. 76. vers. 2. quia de consti. Rom. in alleg. l. si Publicanus §. de rebus num. 7. vers. Præterea, hoc esset dare cum vers. seq. ff. de publican. Bald. in d. l. omnes nu. 13. C. de cens. vel reliq. Mandell. d. cons. 8. numer. 20. vers. est quidem. Carolus à Basilica Petri Episc. Nouar. in alleg. c.

conuenior. 23. q. 8. nu. 24. cum alijs per Brunor. à Sole in compendio proposit. Iur. verb. statuentes, il primo, qui qui:
19 dem modus omni Iure improbatur c. quanto, de priuileg. c. cum quid vna via, de reg. iur. in 6. & cap. statutum il 1. de hæretic. eodem lib. Mandell. d. consi. 8. num. 3. & expressè etiam damnatur, tam in dictis litteris Bened. XIII. ibi, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, quam in allegata Bulla Cœnæ Domini §. 18. ibi, diuersis etiam exquisitis modis, & ibi, directè, vel indirectè.

Et ita. &c. Saluo tamen, &c.

# Celeberrimi, ac Eruditissimi V. I. Consulti Primarijq; Sacræ Theologiæ Doctoris

## P. A. M.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

Communi omnium Theologorum, Canonistarum, Sumistarum, ac Legistarum, voto, & consensu approbatum.

*Pro Ecclesiastica Libertate, & Immunitate canonicè pro munere catholico, patrocinanda.*

Loco

# LOCO ARGVMENTI,

## SEV EPITOME.

EST constitutio Dominij Mediolanensis, qua prohibetur alienatio in personas non subditas eidē Dominio, etiam per vltimam voluntatem, sub pœna amissionis rei alienatæ. Et imponitur pœna Notarijs, si instrumenta alienationum confecerint, & additur, quòd si contingat in hoc dispensari per Principem, vel Senat. dispensatio registrari debeat, &c. & vlatiùs in dicta constitutione tit. de pœnis. §. Collegijs.

Vsu postea introductum est, vt quando dispensatio petitur, petens priùs cogatur fideiussorem dare de oneribus soluendis, & nō declinando foro: & qui vult acquirere, soluat dimidiam centesimæ partis pretij, & hoc etiam si sit Ecclesiasticus.

Ciuitas quædam cupiens bona, quæ in posterum acquirerentur ab Ecclesiasticis obligari ad soluēda onera ad sublevationem suā, narrauit Senatui, constitutionem memoratam non seruari; supplicauitq; mandari Prætori ipsius Ciuitatis, vt moneret Notarios, ne Instrumenta eiusmodi facerent alienationum de supposito in non suppositum iurisdictioni Regiæ (sic enim mutarunt verba constitutionis) sub pœna statuta: & facerent dictam fideiussionem præstari apud Referendariū Ciuitatis eiusdem: Senatus nomine Regis dedit litteras, vt petitum fuit, & Prætor monuit, vt iussus est; licèt autem neq; in supplicatione, neque in litteris Senatus nominata sit Ecclesia, neq; personæ Ecclesiasticæ, ciues tamē voce euulgarūt, per personas nō subditas intelligi etiā Ecclesiasticas, & in summa declarauerunt mentem suam, quod hoc fieret ad cogendos Ecclesiasticos ad onera. Quare Notarij territi ex tali voce recusant Instrumenta conficere talium alienationum, & etiam vltimarum voluntatum ad fauorem Ecclesiæ. Si Ecclesia petit dispensationem, seù licen-

licentiam acquirendi, Senatus recusat concedere, nisi detur dicta fideiussio, & soluatur dicta pars pretij.

Quæritur. An Senatores concedentes, & ciues vtentes tali concessione, & Prætor edicens, seu mouens, & qui rem tacem curarunt, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnę Domini latam, in statuentes contra libertatem Ecclesiasticam, directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè: & in promulgantes talia statuta; seu decreta; & in eos, qui vtuntur illis, vt apparet in ipsius Bullæ cap. 15. an incurrant alias excommunicationes sacrorum Canonum.

**S V M M A R I V M.**

1 *Episcopus cogere potest Magistratus laicos ad declarandum, nunquid in eorum constitutionibus, decretis, & statutis comprehendere m e. ligant Ecclesiam, seù Ecclesiasticas personas, vti exempli gratia, in constitutione Mediolanens. tit. de oneribus & oneribus & in Statuto eiusdem Ciuitatis lib. 2. c. ca. 484. tit. de pœnis; §. collegijs, & alijs similibus, &c. cum sint contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam.*

2 *Statuta quæq; contra libertatem Ecclesiasticam, vt sunt supradicta comprehendentes personas Ecclesiasticas, quòd sint peruersa, ac anathematizata; probatur ex communiori Doctorum opinione.*

3 *Statuta contra libertatem Ecclesiasticam, vt sunt supradicta, si notoria sint, & publica; mandare Episcopus, vt minimè obseruentur.*

4 *Auctoritatibus quadraginta præstantissimorum Doctorum probatur supradicta Statuta Mediolanij, ac constitutiones, nullo modo posse Ecclesiam comprehendere, nec afficere; quod si declaretur comprehendi, Legislatores, Iudices exequentes, ac quicumq; alij ministri in bonis sunt indubiè excommunicati, vti contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam: Inter ipsos autem Doctores pro hac doctrina est primarius aduersantium clipeus, puta Feder. de Senis in consil. in ordine 45. Imò idemmet Excellentissimus Senatus Mediolanēsis in eius rescripto decisiuo firmiter san-

*sancito de Anno 1551. sub die 3. Iulij, quod habetur relatum in primo Tomo fol. 138. & fol. 146. & fol. 571. & fol. 705. & fol. 725. 26. & 27. & in hoc 2. Tomo fol. 214.*

5 *Nulli clerici laicorum legibus ligantur.*

6 *Insolubili ratione probatur inualiditas decretorum Mediolanensium contra libertatem Ecclesiasticam.*

7 *Ecclesia liberè à quocunque acquirere potest.*

8 *Libertas acquirendi competit Ecclesiæ de iure communi clauso in corpore iuris, nedum ex priuilegio.*

9 *Libertas acquirendi competit Ecclesiæ de iure Diuino, humano, ciuili, canonico, ac omni alio.*

10 *Decreta supradicta Mediolanensia sunt contra Canones, & Bullam in Cœna Domini, quia officiunt libertati, & immunitati Ecclesiasticæ.*

11 *Constitutio, & statutum impediens Ecclesiæ successionem, est inuallidum, & pœna imposita notarijs, est nulla.*

12 *Omnes comprehensi in hac legislatione, ac eius executione sunt excommunicati.*

13 *Proponuntur rationes, & argumenta pro parte contra Ecclesiæ libertatem, & immunitatem facientia, & diluuntur.*

14 *Quomodo sint excommunicati statuentes, & exequêtes contra Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem.*

15 *Quomodo ad plenariam restitutionem, ac damnorum emendationem omnes statuentes, & executores teneantur.*

16 *Coguntur, se declarare statuentes aliquod, quod illis ligare non intelligunt, nec in aliqua modo comprehendere Ecclesiam, nec Ecclesiasticas personas.*

Duas

DVas mihi cōtinere difficultates videtur propositus casus. Prima est, An constitutione, siue statuto, de quo agitur; cum loquatur in genere tantùm, clerici comprehendantur & Ecclesia. Secunda difficultas, An posito, quod Ecclesia comprehendatur, siue sit ex vi verborum dictæ constitutionis, siue quia de facto in vsu, & praxi extendatur, sit contra libertatem Ecclesiæ, ac propterea excommunicati sint, qui ea contra Ecclesiam vtantur, & qui rescripto iusserunt, aliauè ratione opem, auxiliumq; tulerunt, feruntque.

Quoad primam difficultatem, facilis est, & expedita resolutio; nam vel volunt ciues, qui procurarunt, & publicus ordo, qui rescripsit, præfata constitutione comprehēdi Ecclesiam, & ita cùm secunda difficultate hæc prima coincidit, ibiq; examinabitur, An sit contra libertatem Ecclesiæ. Vel nolunt, laici dicta constitutione Ecclesiasticas personas adstringi, & sic non esset vlterius instandum, vt rectè monet Albe. de Rosate. de sta. p. 2. q. 2. sub nu. 19. Ex quo enim clericos, & Ecclesiam non comprehendit, non potest dici contra Ecclesię libertatem.

Verùm, cum in vsu, & praxim dictæ constitutionis, videantur laici velle Ecclesiam quoq; adstringi, vnde Notarij 1 pęna eiusmodi constitutionis territi, adduci non possit, vt Instrumenta conficiant, quibus vel donatione, vel emptione, alioue contractu, siue etiam vltima voluntate bonorum laicorum immobilium dominium in Ecclesiam transferatur, cogere potest Episcopus, & verè etiam debet, Magistratus laicos, vt declarent dicta cōstitutione non comprehendi Ecclesiam: Ita docent commun. consensu Theologi, Canonistæ, Summistæ, & Legistæ.

Theologi, Pet. de Palud. 4. dist. 18. q. 3. art. 3. cas. 14.
Martin. Ledesm. in 2. p. 4. q. 26. art. 2. §. 3.
S. Antoninus 3. p. tit. 24. cap. 18.
Franciscus Tolet. in institutione Sacerd. lib. 1. cap. 27. versic. Aduerte similiter.

Gre-

Gregorius Sayrus in Thesauro, cas. conscien. lib. 3. cap. 24. num. 17.

Canonistæ in cap. Eos qui, de immun. Eccles. lib. 6.

Io. Andr. num. 4.

Petrus Anch. num. 1. vers. Subdit tamen, qui etiam docet Idem in cons. 155. num. 8. in fine.

Dominicus à S. Gemin. num. 4. vers. Imò non esset.

Francus num. 2.

Et in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. vbi Felin. num. 75. 81. & 107. latè.

Anton. de Butr. in cap. 1. de consuet. & cons. 40. num. 2.

Cardin. repet. cap. perpendimus, de sent. excom. nu. 13. col. 4. & cons. 144. num. 2. vbi allegat tex. in cap. statutum, de hæret. lib. 6.

Summistę, Astens. 2. p. sum. lib. 7. tit. 2. casu 43.

Syluester verbo excommunicatio, 9. num. 50.

Angelus de Clauasio eo. 7. casu 26. num. 1.

Io. Tabien. eod. 5. casu, num. 5. ad 4. argum. 20.

Summa Rosella eod. excommunicat. 33. num. 3.

Iacobus de Graffis lib. 4. decis. aurear. cap. 18. num. 133. in pri. par.

Demum in eadem sentētia sunt legum ciuilium interpretes, Bald. in l. statuimus, Cod. de Episcosp. & cler. num. 5. citans Bart. & in l. iubemus, la prima, num. 2. C. de sacrosanct. Eccles.

Capra concl. 15. num. 38.

Gabriel. cons. 37. num. 3. vol. 2.

Io. Petrus Surd. post alios omnes cons. 301. num. 45. volum. 3. Et ad hoc optimus tex. in cap. peruenit, de arbitr. quem notandum diligenter monet Anchar. d. cap. eos, qui, num. 1.

Ex quibus patet, sentire etiam Doctores hos prædictam constitutionem iniquam esse, si ad Ecclesiam extendatur, &
2 contra libertatem ecclesiasticam, alioquin esse non posset in Episcopo talis facultas, quam inesse volunt ad cogendos laicos Magistratus, vt declarent eam cōstitutionem non extendi

DVas mihi cōtinere difficultates videtur propositus casus. Prima est, An constitutione, siue statuto, de quo agitur; cùm loquatur in genere tantùm, clerici comprehendantur, & Ecclesia. Secunda difficultas, An posito, quod Ecclesia comprehendatur, siue sit ex vi verborum dictæ constitutionis, siue quia de facto in vsu, & praxi extendatur, sit contra libertatem Ecclesiæ, ac propterea excommunicati sint, qui ea contra Ecclesiam vtantur, & qui rescripto iusserunt, aliauè ratione opem, auxiliumq; tulerunt, feruntque.

Quoad primam difficultatem, facilis est, & expedita resolutio; nam vel volunt ciues, qui procurarunt, & publicus ordo, qui rescripsit, præfata constitutione comprehēdi Ecclesiam, & ita cùm secunda difficultate hæc prima coincidit, ibiq; examinabitur, An sit contra libertatem Ecclesiæ. Vel nolunt, laici dicta constitutione Ecclesiasticas personas adstringi, & sic non esset vlterius instandum, vt rectè monet Albe. de Rosate. de sta. p. 2. q. 2. sub nu. 19. Ex quo enim clericos, & Ecclesiam non comprehendit, non potest dici contra Ecclesię libertatem.

Verùm, cum in vsu, & praxim dictæ constitutionis, videantur laici velle Ecclesiam quoq; adstringi, vnde Notarij
1 pęna eiusmodi constitutionis territi, adduci non possit, vt Instrumenta conficiant, quibus vel donatione, vel emptione, alioue contractu, siue etiam vltima voluntate bonorum laicorum immobilium dominium in Ecclesiam transferatur, cogere potest Episcopus, & verè etiam debet, Magistratus laicos, vt declarent dicta cōstitutione non comprehendi Ecclesiam: Ita docent commun. consensu Theologi, Canonistæ, Summistæ, & Legistæ.

Theologi, Pet. de Palud. 4. dist. 18. q. 3. art. 3. cas. 14.

Martin. Ledesm. in 2. p. 4. q. 26. art. 2. §. 35.

S. Antoninus 3. p. tit. 24. cap. 18.

Franciscus Tolet. in institutione Sacerd. lib. 1. cap. 27. versic. Aduerte similiter.

Gre-

Gregorius Sayrus in Thesauro, cas. conscien. lib. 3. cap. 10. §. 24. num. 17.

Canonistæ in cap. Eos qui, de immun. Eccles. lib. 6.

Io. Andr. num. 4.

Petrus Anch. num. 1. vers. Subdit tamen, qui etiam docet idem in cons. 155. num. 8. in fine.

Dominicus à S. Gemin. num. 4. vers. Imò non esset.

Francus num. 2.

Et in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. vbi Felin. num. 75. 81. & 107. latè.

Anton. de Butr. in cap. 1. de consuet. & cons. 40. num. 2.

Cardin. repet. cap. perpendimus, de sent. excom. nu. 13. col. 4. & cons. 144. num. 2. vbi allegat tex. in cap. statutum, de hæret. lib. 6.

Summistę, Astens. 2. p. sum. lib. 7. tit. 2. casu 43.

Syluester verbo excommunicatio, 9. num. 50.

Angelus de Clauasio eo. 7. casu 26. num. 1.

Io. Tabien. eod. 5. casu, num. 5. ad 4. argum. 20.

Summa Rosella eod. excommunicat. 33. num. 3.

Iacobus de Graffis lib. 4. decis. aurear. cap. 18. num. 13. in pri. par.

Demum in eadem sentētia sunt legum ciuilium interprętes, Bald. in l. statuimus, Cod. de Episcosp. & cler. num. 5. citans Bart. & in l. iubemus, la prima, num. 2. C. de sacrosanct. Eccles.

Capra concl. 15. num. 38.

Gabriel. cons. 37. num. 3. vol. 2.

Io. Petrus Surd. post alios omnes cons. 301. num. 45. volum. 3. Et ad hoc optimus tex. in cap. peruenit, de arbitr. quem notandum diligenter monet Anchar. d. cap. eos, qui, num. 1.

Ex quibus patet, sentire etiam Doctores hos prædictam constitutionem iniquam esse, si ad Ecclesiam extendatur, &
2 contra libertatem ecclesiasticam, alioquin esse non posset in Episcopo talis facultas, quam inesse volunt ad cogendos laicos Magistratus, vt declarent eam cōstitutionem non ex-

tendi

3 tendi ad Ecclesiam. Quod si notorium esset, statutum esse contra libertatem Ecclesiæ, Episcopus illud tollere posset, vel mandare, vt non obseruetur, & decernere, vt non teneat etiam nullo citato. Ita Franciscus Tol. d. cap. 37. excom. 7. vers. Aduerte etiam, ex Anch. & Gemin. & ratio est, inquit, quia eo casu clarum est, defensionem non competere, quod ante docuerat Felin. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 110.

Quoad secundam difficultatem, An præfata constitutio, & rescriptum sint contra Ecclesiæ libertatem; si Ecclesiam comprehendant, rem vniuersam vnica conclusione, cum duabus illationibus conabor declarare.

Cõclusio. Statutum, quo prohibetur alienatio rei immobilis in non subditum, Ecclesiam clericosue, nõ comprehendit, quod si etiam ad Ecclesiam extendatur, est manifestè contra Ecclesiæ libertatem.

Primò, probatur auctoritate Doct. qui sanè cõclus. disertis verbis tenuerunt, & in specie de statuto laicorum alienationem prohibente loquuntur, ij verò sunt numero quadraginta.

1 Bart. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 12. vers. Secũdum dubium, ff. de leg. 1. & in l. vt inter diuinũ, nu. 19. C. de Sum. Trinit. vbi etiam Oldradum citat.

2 Alexa. in d. §. Diui, latè num. 11. & 12. & in cons. 211. volum. 2.

3 Ias. ibidem in prima lectura num. 72. & 83. & in 2. lectura num. 107.

4 Io. Baptista Crottus in d. §. Diui, num. 80. cum seq.

5 Io. Baptista Ripa in d. §. Diui, num. 81. & lib. 1. Resp. 2. num. 4. & 5.

6 Paulus de Castro cons. 89. num. 1. vol. 2.

7 Fabianus de Monte tract. de empt. & vẽdit. 3. p. in princip. num. 45.

8 Albertus Brunus tract. super constit. in verbo forensis, vers. Forensis clericus.

9 Tiraquellus in tract. Cõnub. glos. 8. De son Mari, nu. 74.

10 Bossius in praxi criminal. tit. de Principe, & eius priuileg. nu. 339. & tit. de poenis, nu. 43. vers. In hac tamen Ciuitate. vbi affirmat, se nunquam vidisse infringi alienationem rei immobilis factam in personā ecclesiasticam, etiam sine dispensatione Senatus.

11 Gabriel Sayran. ad Matthesilaum singul. 110. nu. 33.

12 Didacus à Couarruu. relect. in reg. possessor malæ fidei, 2. par. relect. §. quartus, numer. 9. versic. Hoc ipsum fulcitur.

13 Albericus de Rosate de statut. par. 2. lib. 2. cap. 2. præsertim in fine.

14 Iulius Clarus in sua praxi criminal. §. fin. quæst. 82. stat. 5. nu. 3. vers. Sed quæro, nunquid, vbi dicit communem.

15 Michael Crassus in suis communib. lib. 2. vers. statutum, quæst. 12.

16 Carpanus Com. Nouar. const. §. Collegijs, tit. de poenis, nu. 66. agens de hoc ipso statuto, de quo sermo est.

17 Io. Franciscus Leones in Thesaur. for. ecclesiast. p. 1. c. 15. nu. 38. & 39. vbi dicit communem, à qua nec in consulendo, nec in iudicando recedendum esset.

18 Bald. cons. 13. lib. 3. per cap. nouerit, de sent. excom. & in l. iubemus, la prima, C. de sacros. Eccles. num. 2. planè, in nostris terminis, quia sit contra libertatem Ecclesiæ, & in l. vt inter diuinum, numer. 12. quo loco hanc ait esse veritatem.

19 Federicus de Senis cons. 45.

20 Abb. Panormit. cons. 26. per totum, in prima par.

21 Decius cons. 114. Diuino, colum. penult.

22 Bursatus cons. 93. num. 23. lib. 1.

23 Socinus Senior cons. 14. lib. 4. num. 1.

24 Barbatia cons. 47. num. 10. lib. 3.

25 Hippolyt. Riminald. cons. 15. nu. 73. & seq. vol. 1.

26 Iacobus Mandellus, qui vulgò appellatur Alba, cons. 8. conclus. 6. num. 6.

27 Ioan. Baptista Plottus cons. 19. num. 11. & 12. vbi latè, & erudite.

28 Ioan.

28 Ioan. Petrus Surdus consl.3. num. 34. lib. 1. & multo copiosiùs consl.301. per totum.

29 Ioan. Andreas in cap. eos, qui, de immunit. Eccles. lib. 6. nu. 3. vers. Item, si intelligatur.

30 Francus in d. cap. eos, qui, num. 2.

31 Petrus Anchiaranus in d. cap. eos, qui, numer. 2. & in repetit. cap. Canonum, de constitut. numer. 165. & 166. & consl. 61.

32 Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ, nu. 8. & 86.

33 Archidiac. 2. q. 1. c. Lotharius.

34 Siluester Prier. in sum. verbo excommunicatio 4. nu. 5. vers. Sed primò nota.

35 Angelus de Clauas in sum. eod. 7. cas. 36. num.

36 Iacobus Vngarellus in additionibus ad Angel. ibid. lit. F. vbi egregiè loquitur.

37 Summa Rosella verbo excom. 63. num. 2.

38 S. Antoninus in sum. 3. par. tit. 24. cap. 18.

39 Summa Tabiena excommunicat. 5. cas. 20. nu. 5. ad 4. argumen.

40 Postremò locò tandem fit is, qui non vnius Doctoris, sed Legislatoris vim habet, & pondus, Senatus Mediolani Excellentiss. à quo ita declaratum fuisse Anno 1551. die 3. Iulij, in causa emptionis factæ per quendam Io. Ambrosium Præpositum Papiensem, refert Carpanus in dict. §. Collegijs, sub num. 151.

Confirmari potest primò, auctoritate etiam eorum omnium, qui prima difficultate adducti affirmant, Episcopi ius esse cogendi laicos Magistratus, vt declarent, statuta Ecclesiã non comprehendere, quando dubitatio suboriri potest, an ad eam extendantur, vt ibi diximus.

5 Secundò, auctoritate item eorum, qui in vniuersum docent, nullis laicorũ legibus, siuè statutis ligari clericos quos autores collegit Carpanus, & refert Comment. in Statutis Mediol. in prælud. numer. 563. & Surd. dicto. consl. 301. numer. 12. & seq. vbi ait, hanc esse non minus communiter appprobatam, quàm notam omnibus conclusionem, eamq;

firmis, solidisq; rationibus confirmat, & omnibus quæcunque contra obijci possent, acutè & eruditè respondet.

6 Tertiò probatur nostra conclusio ratione, qua vtitur Bar. in d. §. Diui, num. 12. quam meritò appellat insolubilem Siluester in summa verbo statutum, quæst 2. vers. Octauum: Nam qui priuilegium aliquod tollit, minuituè Ecclesiæ concessum, vel à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, lædit is Ecclesiæ libertatem: prohibens Ecclesiam acquirere, vel contractu inter viuentes, vel vltima voluntate, tollit eiusmodi priuilegium, ergo lædit Ecclesiæ libertatem. Maior argumenti propositio pro communi axiomatè habetur à Doctor. tùm in capitul. Nouerit, de sentent. excommunic. Innocen. num. 2. Hostien. num. 2. Io. Andr. num. 1. Abb. nu. 2. vbi communem attestatur, Anchar. num. 16. Butr. nu. 9. alijsq; tum in cap. eos, de Eccles. immun. lib. 6. Ioan. Andr. num. 4. Dom. vers. Cum ergo, Ancha. num. 3. vers. Quæro. Idem Ancha. in repetit. capituli Canonum. nu. 162. de constit. Consentiunt iuris Cæsarei interpretes, Bart. d. §. Diui, num. 12. l. cunctos populos, C. de Sum. Trinit. q. 5. vbi Bald. Paulus Castr. & alij Theologi quoque idem fatentur, & Summistæ S. Ant. 3. par. tit. 25. cap. 27. Gaietan. in summa, verbo excommunicatio, cap. 31. vers. Quinto nota. Angelus eod. 7. casu 12. num. 1. Siluester eod. 9. nu. 31. excommunicat. 10. vers. 1. Ioan. Tabien. d. casu 10. §. primo. Nau. in Manual. cap. 27. num. 119. vers. Quòd libertas. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 37. excommunic. 7. versic. Libertas autem. Greg. Sayr. Thesaur. casuum conscien. lib. 3. cap. 19. nu. 9. Minor verò propositio, quòd priuilegium auferat concessum Ecclesiæ, qui prohibet rem immobilem alienari in Ecclesiam vel contractu inter viuos, vel vltima voluntate probatur; nam ab Imperatoribus, & Pontificib. ius hoc habet, & priuilegium Ecclesia, vt acquirere possit; & primò, de vltima voluntate patet euidenter ex rescripto Constantini Imperat. pijssimi in l. habeat, C. de sacros. Eccl. *Habeat*, inquit Imperat. *vnusquisq; licentiam sanctissimo, Catholico, venerabilique consilio decedens bonorum, quod optauerit, relinquere*,

*quere*. Idem statuunt Imperatores Leo, & Anthemius in l. iubemus; C.eod. vt adnotauit Io. Andr. in cap. cum laicis, de solution.& in l.Generali, C eod. Idem rescribunt Imper. Valent. & Martian. in l. vt inter diuinum, de l. ǽred. legato, & fideicommisso relict. De contractu inter viuos, siue donatione, siue emptione in d. l. iubemus, ibi; *Aut certè inter viuentes habita largitate, siue contractu venditionis, siue donatione, siue alio quocunq; titulo*; & in l. illud, eod. & in Authen de non alienan. aut permut §. non igitur, & §. si nimis; *optimam*, ait Iustin. *esse mensurã in Ecclesijs donatarum eis rerum immensitatem*, per quem textum probari docet Turrecrem. in cap si quis in atrio, 17. q. 7. nu. 8. & seq. donari posse in infinitum Ecclesiæ absque vlla insinuatione; & in d l. vt inter diuinum, quam ad hoc probandum adducit Bart. in d §. Diui, nu. 12. in qua ex priuilegio cōceditur Ecclesiæ, vt ex soloTitulo dominium transferatur, quod vidit Bart. d. nu. 12. Castr. d. l. vt inter diuinum, nu. 5. Cardin. Turrecrem. d. c. si quis in atrio, nu. 9. & est communis, at ruet hoc priuilegium, vt patet, si nullo modo acquirere potest.

Idem etiam priuilegium habet Ecclesia à iure Canonico, vt possit acquirere, tex in c. sunt qui opes, 17. q. 2. & in Clem. Religiosi, de decimis, per quos textus postilla Bartoli ad l. illud, C. de sacros. Eccles. lit. D. probari docet posse Ecclesiæ relinqui siue donatione inter viuos, siue vltima voluntate, sine limitatione. Hoc idem confirmat tex. in cap. sacrilegium, 17. quæst. 4. ex Sanct. Gregor. & in cap. 1. de immunitat. Eccles. lib. 6. ibi; *Siue pro prædijs in posterum acquirendis.*

7 Ex his omnibus liquet, manifestè concessum esse, tū à Papa, tum ab Imperatore, vt Ecclesia liberè à quocunque possit acquirere. Atq; dictionis huius, liberè, ea vis est, vt potestatem tribuat faciendi actum sua sponte alterius voluntate minimè requisita, vt tradit ex Aretino, Socino, Barbatia, Decio, Curtio iuniore, & Gozadino, Do. Menoch. lib. 1. de arbit. quæst. 7, nu. 34. & Abba. d. consi. 8. num. 27. lædunt argo potestatem, & libertatem Ecclesiæ, qui alienatione rei immobilis in Ecclesiam prohibent, nisi de licentia Senatus, poe-

na

na etiam apposita Notarijs, qui instrumenta confecerint. Quæ sanè pœna nulla est; nam si iura volunt, vt probatū est, quod laici possint liberè in clericos alienare, nullam pœnam vel grauamen pati debet, qui id facit, quod iure potest, leg. Gracchus, C. de adult. nam si talis pœna locum habere posset, re vera eluderentur iura omnia supra citata, & præsertim dispositio d. cap. eos, qui, ita planè Alba. d. consil. 8. numer. 16.

Huic rationi firmissimè conatus est, sed frustra, respondere Signorolus cons. 21. vers. Emptionem, aitq; lædi libertatem Ecclesiæ solùm, cum statuitur super ijs, quæ clericis concessa sunt in priuilegium, non autem si de his statuatur, quæ iure communi Ecclesiæ, & clericis competunt, sicut reliquis ciuibus, qui nullo gaudent priuilegio, cuiusmodi sunt, emere, vel donatione, aut testamento acquirere; hæc enim nullo priuilegio, sed iure communi omnibus conceduntur: Idem docere visus est Bart. in l. cunctos populos, q. 5. nu. 29. c. de Sum. Trinit. sed Bart. refellit, & meritò Paul. Castr. in l. vt inter diuinum, nu. 5. C. de sacrosan. Eccles. & Bald. in l. statuimus, num. 5. C. de Episc. & cler. citatq; pro se Bartolum sibi contrarium, & Bartoli sententiam communiter reprobari affirmat Felin. in d. c. Eccles. & S. Mariæ, de constit. nu. 81. & ratione manifesta conuinci potest, nam si tollere clericis, quæ ex priuilegio concessa sunt, est lædere libertatem ecclesiasticam, vt Bart. & Signorolus affirmant, ergo à fortiori, minuet Ecclesiæ libertatem, qui beneficium iuris communis tollet. Ita arguunt Alberic. de Rosate d. q. 2. num 6. Albert. Brun. tract. de stat. excludente fœminam à success. art. 6. princip. q. 2. num. 33. vers. Et si dicitur; facilius enim tollitur, quod de iure speciali competit, quam quod de iure communi per tex. in l eius militis, ff. de testam. milit. Felin. in d. nu. 81. & deterioris cōditionis redderetur Ecclesia, quam quiuis de fece populi, contra tex. in l. sunt personæ, ff. de relig. & sumptib. fun. Paulus Castr. d. l. vt inter diuinum, nu. 5. & cōuincitur planæ hæc respōsio ex d. c. eos, qui in quo prohibentes subditis emere, coquere, & cætera eiusmodi, quæ

de iure communi competunt, excõmunicationi subijciuntur, tanquam rei læsæ libertatis ecclesiasticæ. Quare meritò Gaiet. d. c.3 1. vers. Quintò nota, quem sequitur Greg. Sayr. d.c.20. num. 9. docet libertatem Ecclesiæ comprehendere omne id, in quo Ecclesia non subijcitur; siuè illud cōueniat Ecclesiæ de iure communi, siuè ex priuilegio sequitur etiam Alba d. cons.8. nu.3. & nu. 10.

2 Responderi etiam secundò potest, quamuis rei natura dumtaxat inspecta, Ecclesiæ competat de iure cōmuni, iuxta tex, in l. ex hoc iure, ff. de iust.& iure, acquirere, vel cōtractu, vel vltima voluntate, tamen si Ecclesiastici euoluantur annales, eorumque temporum memoria repetatur, quibus rerum potiebantur Imperatores Ethnici, quos Ecclesia hostes habuit infensissimos, & à quibus non modo prohibita est acquirere, sed etiam acquisitis, est spoliata, constabit posteriorum Imperatorum Christianorum rescriptis, ac priuilegijs facultatem Ecclesiæ datā liberè acquirendi, vt quòd olim iure solùm communi, nunc etiam priuilegio competat, quòd acutè vidit glos. marginal. in d. l. habeat, C. de sacrosan. Eccles. Etenim, inquit, nondum licebat eo tempore, testamento, scilicet, Ecclesiæ relinquere, quòd in ea lege fas esse cuique ait Imper. Constantinus. Hinc etiam manarunt plurima rescripta Imperatorum, quibus restitui Ecclesijs iubebatur, quicquid antea fuerat ablatum: Refert Euseb. lib. 10. Hist. cap. 1. in hanc sententiam rescriptum Constantini Imperatoris ad Anolinum, Africæ Proconsulem: qua de re pluribus agit Eminentiss. Card. Baron. tomo 3. Annal. Eccles. Ann.312. Subsecuta deinde sunt cæterorum Imperatorum Valentiniani, Martiani, Leonis, & Iustiniani rescripta in fauorem Ecclesiæ, vt planè etiam verum sit ex priuilegio habere Ecclesiam, vt possit acquirere, atq; adeo priuilegia ab Imperatoribus concessa, tollere, qui prohibent bona laicorum in Ecclesiam transferri.

Tertiò, probatur ex definitione libertatis; nam libertas est naturalis facultas faciendi, quòd alicui libet, nisi iure prohibeatur, tex. in l. libertas. ff. de stat. hom. ergo libertatē minuit,

niuit, qui alicui tollit, vel impedit, quod nullo iure illi est prohibitum, euidens est consequentia à definitione ad defini-
9 tum. Sed Ecclesia nullo iure, nec diuino, nec humano prohibetur acquirere, vel contractu, vel vltima voluntate, quinimò id iure, tàm Canonico, quàm ciuili liberè conceditur, vt probatum est; minuit ergo, & lædit Ecclesiæ libertatem, qui eam vetat acquirere bona immobilia, ita Felin. in d. capit. nouerit, de sent. excom. in fine, quem sequitur Tabien. excom. 5. casu 20. nu. 2. in fine, Greg. Sayr. d. cap. 20. lib. 3. nu. 9. qui addit, & benè non solum esse contra Ecclesiæ libertatem statutum laicorum, per quod prohibetur personis Ecclesiasticis, quod nullo iure eis est prohibitum, sed etiam cum iniūgitur, quod nullo prædictorum iurium præceptū est, vt in casu nostro; coguntur .n. clerici licentiam acquirēdi bona immobilia petere à Sēnatu persoluto dimidio pro centenario pro facultate impetranda, quod tamen nullo iure clericis est impositum.

Neque dici potest, si quod est præiudicium Ecclesiæ, id modicum esse, atque adeo non curandum, neq; inde posse dici infringi libertatem Ecclesiæ, vt ait Gabr. in cons. 37. nu. 4. vol. 2. Octau. Vulpell. in tract. de libert. Eccl. p. 3. nu. 12. & 16. quæ fuit doctrina Card. Zabarell. in repetit. cap. perpendimus, de sent. excom. nam respondetur, non posse dici modicum, cum Ecclesiæ omnes in re tanti momenti lædantur; & si detur semel statutum esse validum, erit in facultate laicorum licentiam prorsus negare Ecclesiæ acquirendi. Qua in re quis modicum dicat esse præiudicium, cum inde sequatur, non posse amplificari diuinum cultum? Deinde idē est iudiciū de minimo, quod de magno, cum eadem proportionabiliter ratio est, vt probat egregiè Surd. dicto cons. 301. nu. 90. in fine, & nu. 91. & quando læsio respicit personas, & parit contemptum, tunc etiam modica læsio eundem parit effectum, quem magna, vt doctè confirmat Surd. omninò videndus in dicto cons.

10 Sed rem hanc extra controuersiam, ponunt verba Bullæ Cœnæ Domini in §. 15. vbi contra libertatem Ecclesiæ id

esse definitur, vnde ecclesiastica libertas tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quo vis modo restringitur. Quid clarius? negari.n.non potest ex vsu, & praxi statuti libertatem Ecclesiæ restringi, cum propter onera alia, de quibus supra dictum est, cogatur Ecclesia fideiussorem laicum exhibere, qui onera futura ratione bonorum acquisitorũ soluere promittat nomine suo, casumq; Ecclesiæ, vt aiunt, proprium faciens.

Quartò, paria sunt directè, vel indirectè, prohibita attentare tex. expressus in l. qui dum captas, ff. si quis ali. test. prohib. in qua lege rescribit Ad. Imp. denegandas esse actiones ei, qui Notariũ prohibuit intrare ad ægrotum testamentum mutare volentem; & hæreditatem Fisci applicandã. Quòd idem respondit Paulus in l. seq. de eo, qui testes ingredi vetuit; nimirum, quia prohibens intrare Notarium, & testes ad ægrotum, testari volentem, testamentum prohibuisse dicendus est, non quidem directè, sed indirectè, & in l. veteres, ff. de itin. actuq; priu. Qui adportari non patitur ea, sine quibus iter nõ potest refici, vim facere videtur, quo minus reficiatur. affirmat Venuleius. Quare Prætoris edictum, de quo ibi agitur, aduersus eos, qui itineris refectionem impedierim, locum etiã habere ait aduersus eos, qui necessaria adportari vetuerunt, quos tamen cõstat non nisi indirectè impedijsse refectionem, & eãdem pœnam incurri, cum illicita attentãtur, siue id directè, siue indirectè fiat, probat tex. expressus in l. Athletas, §. ait Prætor, ff. de ijs, qui not. infam. quandoquidẽ quæri non oportet, cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, inquit Papin. in l. cum pater, §. donationis, de leg. 2. Anch. in cons. 13.

11 At si in statuto expressa mentio fieret Ecclesiæ; certum esset omnium sententia, statutum nullũ esse, & inualidum, & cum libertate Ecclesiæ pugnare, cap. nouerit, de sent. excom. cap. eos qui, de immun. Eccles. lib. 6. remq; planã esse dicit Abb. in cap. diligenti, de foro compet. nu. 54. vers. Ipse verò dicit, Felin. in d. cap. Eccles. S. Mariæ, nu. 79. & commu-

nem

nem Ioan. Azorius inst. moral. lib. 5. cap. 12. q. 3. & contrarium asserenti, obstare omnium Doctorum turbam, Surd. dicto cons. 301. num. 42. in fine, & non minus communiter approbatam, quam omnibus notam conclusionem numer. 12.

Pari etiam modo licet nulla mentio expresse habeatur clericorum in statuto; cum tamen effectus eius ad clericos extenditur, & sic indirecte eos afficiat, eorumq; libertatem infringat, nullum esse dicendum est, & contra Ecclesiæ libertatem, tex. in c. quanto, de priuileg. in quo statuit Pontif. pœnam, quæ personis ecclesiasticis imponi nō potest, nō etiam posse imponi laicis subditis statuentium, si contrahant cum Ecclesiasticis. Non potuit ergo pœna imponi Notarijs, si instrumenta confecerint, nec venditoribus laicis, si bona Ecclesiæ vendiderint, & pœna omnis apposita nulla est. Abbas d. cons. 8. nu. 16. Et demum communis est conclusio, lædi Ecclesiæ libertatem, etiam si indirecte contra Ecclesiam statuatur. Io. Andr. Anchar. & alij in d. cap. eos qui. Lapus al- leg. 92. nu. 3. Tol. lib. 1. instruct. sacerd. c. 37. Alba d. cons. 8. nu. 3. 8. & 20. Io. Monach. in c. Clerici, de immun. Eccl. lib. 6. Lapus, Abbas ibid. num. 1. per d. c. quanto de priuileg. Ex quo infert Io. Monachus non posse collectari homines Ecclesiæ; nam sic indirecte Ecclesia collectaretur, quod non licet, & præfatam conclusionem de indirecta læsione libertatis Ecclesiasticæ tenuerunt Bursat. cons. 42. nu. 17. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. §. 10. nu. 63. Surd. d. cons. 301. nu. 77. omnino videndus. Et quidem, stante Bulla in Cœna Domini, nullus est relictus dubitandi locus; cum §. 15. excommunicationi subijciatur, qui directè, tacitè, vel expressè Ecclesiæ libertatem restringit.

12 Quintò, & vltimò, pondero tex. in d. §. 15. Bullæ, in quo Pontifex excommunicationem fert in eos; qui statuta quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis, vsi fuerint, vnde Ecclesiæ libertas tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs, quouismodo restringitur, directè, vel indirectè. Ac circumscriptis iuribus

omnibus, ac rationibus hactenus adductis, negari nō potest, licèt Magistratus, & præfati Ciues nullum statutum fecerint, quin facto, tamen, vnde libertas Ecclesiæ restringitur, negari igitur etiam non potest, quin in excommunicationis sententiam incurrerint, & quod sic in Bulla statuatur, iuri etiam antiquo consonum esse patet, ex d. c. quanto, de priuileg. & c. statutum, de hæret. in 6. Siluest. verbo excommunicatio 9. num. 50. loquens in specie de statuti extensione, siue vsu contra Ecclesiam, Nau. in Man. c. 27. nu. 130.

Demum non modo contra Ecclesiæ libertatem est prohibitio alienandi bona, non nisi de licentia Senatus, sed etiam onus soluendi dimidium pro centenario pro facultate obtinenda. Nam onus est, & gabellæ species, clericis imposita, contra iura expressa, c. non minus, c. aduersus, de immunit. Eccl. c. quamquam, de censibus, c. quia nonnulli, de immun. lib. 6. Bulla Cenæ, c. 18. vbi videndus Nauar. Tol. & alij. Nam vel hoc onus, siuè gabella clericis est imposita, & sic nullus est dubitationi locus, quin sit contra d. §. 18. Bullæ: vel laicis, & tunc indirectè erit contra clericos, etenim carius res vendentur à laicis, quo maiorem gabellam ipsi cogētur soluere. Quare totum onus tandem in clericos, & Ecclesiam recidet. Ita Alber. d. tract. de stat. p. 2. q. 2. in fine, & si laici liberè in Ecclesiam alienare possunt, vt patet iuribus citatis, nullum grauamen pati debent, vt supra dictum est in fine primi argumenti.

His ad hunc modum confirmatis, dissoluenda sunt, quæ in contrarium possent obijci, ex quibus patebit, nullum esse excusationi locum.

13 Primò, non obstat, quod aliqui Doctores voluerint statutum prohibens alienationem, etiam si ad Ecclesiam extendatur, non esse contra libertatem Ecclesiæ, vt Signorol. cōs. 21. art. 2. Bald. in c. clerici, de iud. num. 2. Dec. in c. Eccle. S. Mariæ, numer. 55. in fine, de constit. Iacob. de Graf. decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. nu. 133. atque adeo censeri posse illam sententiam satis probabilem, quam tuta conscientia quis sequi possit; nam probabilem sententiam teneri posse sine pec-

cato, etiam ommissa probabiliore, communiter docet Theologi recentiores Comm. in S. Tho. 1. 2. q. 19. art. 6. Bartholomæus Medina, Gregorius de Valentia, Gabriel Vasquis, & Io. Azorius Init. moral. lib. 2. c. 16. vers. His igitur positis, & vers. Tertiò, quæritur. Cum ergo tuta conscientia hæc sententia, vt potè probabilis teneri possit, non est cur timeatur excommunicatio, quæ non nisi ob peccatum mortale incurritur, vt communis est theorica Theologorum 4. dist. 18. Canonistarum in rub. de sent. excom Summistarum verbo excõmunicatio, quos refert, & sequitur Greg. Sayr. lib. 1. Thesau. cas. consc. cap. 9. nu. 4.

Verum respondetur primò, antiquorum Theologorum, & Canonistarum commune esse axioma. Quando plures sunt opiniones, & tutiorem, & probabiliorem sequendam esse, siuè quæ subtiliori, & meliori nititur ratione, vt loquitur tex. in c. Capellanus, de fer. docet hoc glos. magist. ibid. in princ. Panorm. nu. 3. Butr. nu. 6. & alij, Feli. in c. Canonum statuta, num. 54. de constit. & S. Thom. quodl. 8. art. 14. de eo loquens, qui plures habet præbendas, inquit, si ex contrarietate opinionum inducitur in dubitationem, & manente tali dubitatione, plures præbendas habet, periculo se exponit, & sic peccat. Alex. verò de Ales. vltra doctrinam S. Thom. in sua sum. Theolog. p. 2. q. 112. m. 8. cas. vlt. agens de eo, qui dubitat, an aliquis contractus sit simoniacus ex eo, quod quidam Iuris periti affirmant, alij negent, docet huic abstinendum esse ab eiusmodi contractu, ne cõmittat se discrimini, nam qui amat periculum (vt ait Sapiens) peribit in illo, Eccles. cap. 3. Et peccati reum esse, qui se periculo peccandi obijcit, cõmunis est sententia Theologorum 4. dist. 17. Canonistarum in c. fin. de pœn. d. 7. vbi Nau. num. 57. & 81. & in Sum. cap. 14. num. 26. A fortiori igitur abstinendum erit ab hoc statuto, quod cum Ecclesiæ libertate pugnare communis Doctorum sententia probat, & firmissime rationes cum S. Thom. & Alex. consentiunt. Henricus de Gandauo antiquissimus Theologus, quodl. 4. q. 3. Ioan. Maior. 4. sent. q. 2. prolog. Adrian. quodl. 2. art. 1. S.

Anton. p. 1. tit. 5. c. 2. §. 9. in fin. Dom. Soto lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 5. ad 4. præsertim in rebus, quæ spectant ad ius tertij, vt in casu nostro; Ang. verbo opinio, nu. 2. Siluest. eod. §. 2. Tabien. eod. nu. 3. vers. Quarto quæritur, vbi cum Angelo, & Siluestro docet opinionem communiorem sequendam, aut si non apparet, quæ communis sit, sequendam, quę firmiorib. rationibus nititur, aut quæ benignior est, eam autem censendam benigniorem, quæ piæ causæ, & Religioni fauet. Sequitur Nanar. in Manual. cap. 27. nu. 285. & seq. & nu. 288. in foro exteriori hoc esse certum. Eadem est sententia Gaiet. in sum. verbo opinio, Armill. eod. nu. 2. Cordub. in sum. q. 9. Idem quò ad forum exterius, docet Io. Azorius, lib. 2. instit. moral. c. 15. Et Iudici sequendam communem opinionem vno consensu docent, Bart. Angel. Panor. Anch. Butr. Geminian. quos refert, & sequitur Felin. in d. c. Canonum statuta, nu. 54. Tabien. verbo opinio, num. 3. & si aliter faciat, puniendum esse, nec excusari, nisi quando communis opinio rationabiliter conuinci potest, quod falsa sit. Hostien. in c. Canonum statuta, nu. 14. de const. Ioa. Andr. nu. 26. Deci. num. 29. in prima lectura, Gemin. in cap. fidei, de Sum. Trinit. l. 6. versi. Nota argumentum. Aut cum discerni non potest, propter Doctorum varietatem, quæ sit verior, & magis recepta opinio, Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 349. nu. 19. At in casu nostro, communis est opinio, statutum esse contra Ecclesiæ libertatem, si clericos comprehendat, eadem est benignior, non potuit ergo in foro exteriori à supremo Magistratu rescriptum edi, vt statutum seruaretur, ex quo libertas læditur Ecclesiæ, nec à publico consilio Ciuitatis impetrari, aut impetratum seruari in præiudicium Ecclesiæ, cuius libertatis læsionem peccatum esse mortale nemo, credo, inficiabitur, atq; adeo excommunicationem incurri.

Secundò respondetur, admissa etiam citra veri, rectiq; præiudicium, opinione illa Medinæ, & aliorum, quod liceat tuta conscientia probabiliori opinione ommissa, sequi probabilem, adhuc nihil suffragatur hæc ratio, nam opinio illa, quod

quod statuto prohiberi possit, ne Ecclesia bona immobilia acquirat sine facultate Senatus, nō est probabilis; Nam Dec. citato loco disputatiue loquitur, quandoquidem vtriusque partis argumenta conatur soluere ad acuēdum potius ingenium, quam ad decidēdum, Iacob. de Graffijs nulla ratione mouetur, sed tantum Baldi auctoritate, Baldus verò potius pro nobis stare dicendus est, quam contra nos; nam si semel in dicto cap. clerici, contra Ecclesiam dixit, sustineri statutum, ter pro Ecclesia docuit esse contra Ecclesiæ libertatem, nimirum in d. cons. 132. lib. 3, in d. l. iubemus, & in d. l. vt inter diuinum, relinquitur ergo in hac opinione contra Ecclesiam vnus Signorolus; cuius rationes accuratè dissoluit, & refellit Albet. de Rosate d. tracta. de statut. part. 2. quæst. 2. & esse cōtra expressum textum in c. eos qui, de immun. Eccles. tradit Alba cons. 8. num. 10. & corruere omnes ex vno principio, quod Ecclesiæ libertas lædatur, etiam cum ea auferuntur, quæ solum de iure communi competunt Ecclesiæ, quod à nobis supra demonstratum est in primo argumento. Reliqui Authores, qui pro opinione contra Ecclesiam citantur à Carpano in d. §. collegijs, non loquuntur in casu nostro, vt legenti fiet manifestum. Cum ergo hæc opinio vno Signorolo nitatur, nec vllam habeat rationē firmam dici non potest probabilis, nā opinio probabilis illa est, quam viri sapientes, & in ea reperiri asserunt, & optima argumenta confirmāt, vt docet Arist. lib. 1. Top. cap. 1. & lib. 1. Ethic. cap. 4. Greg. Sayr, Thesaur. cas. conscien. in Claue Regia, lib. 1. cap. 5. num. 4. & Michael Salon com. S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 4. controu. 2. cōcl. 4. vers. Est hic autem, vbi rectè monet non esse satis, vt opinio sit probabilis, & secura, quod illā teneat vnus, vel alius Doctor, & eam opinionem, à qua paucissimi recedunt, & quæ communis est, relinquere, & torrenti Doctorum se apponere, propter vnius, vel alterius dictum, etiam si grauium Doctorum certè periculosum esse. Adde Signorolum loquutum esse ante Bullam in Cœna, ita saltem amplificatam, sicuti nūc habemus, cuius textus nullam admittit tergiuersationem. Quare si opinio etiam, quæ ali-

aliquando fuit cõis, vbi contra illam noua constitutio emanauit tanquam falsa reijcitur, vt probat Gregorius Sayrus in clau. regul. lib. 1. cap. 6. nu. 6. & sexcentis exemplis confirmari posset; quanto magis tanquam falsa reijcienda erit opinio vnius Doctoris: Et quamuis liceat aliquando vnius, aut alterius Doctoris sententiam sequi per tex. & ibi Scribentes in l. 1. §. sed neque, C. de vet. iur. enucleat. Felin. in d. cap. Canonum, nu 54. vers. Hoc limitatur: Id tamen fauore piæ causæ verum est, & cum illa opinio vnius, vel alterius Doctoris non habeat contra se textum, & optimis sit fulsulta rationibus. Ita limitat, & optimè Præpos. cap. si vir. de cognat. spir. nu. 2. Alex. de Neuo, nu. 3. Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 18. nu. 7. multos allegans. At opinio, quod statutum valeat, textum habet expressum sibi repugnantem in d. §. 15. & 18. Bullæ Cœnæ, & piæ causæ aduersatur, & nullam habet firmam rationem, ideoque propterea non probabilis, sed omnino falsa censenda sit.

Secundò, non obstat, quod salua Ecclesiæ libertate, liceat pacto priuato prohibere bonorum alienationem extra familiam, vt in fideicõissis, vel sine cõsensu Domini, vt in emphyteusi, & feudo, quæ in Ecclesiam transferri non possunt, vt patet, ergo idem statuto fieri poterit, nam valet argumentum à pacto ad statutum, l. fin. C. de fideicom. vbi glos. Bart. Bald. & alij DD. Euerard. loc. 89. Menoch. cons. 4. num. 32. Surd. cons. 383. nu. 17. vol. 3. Atq; hoc argumento maximè nititur Bald. in d. c. clerici. Nam respondetur argumentum à pacto ad statutum non procedere, vbi est ratio differẽtiæ, vt in casu nostro, ita Deci. in d. cap. Eccl. S. Mariæ, num. 55. vers. Non obstat, Felin. nu. 89. vers. Quibus non obstantibus, de sententia Imolæ, Dominici, & Panormitani. ratio autem diuersitatis est; nam pactum fit de ea re, cuius proprietas est ipsius paciscentis, sine vllo præiudicio libertatis Ecclesiæ: pactis enim priuatis quotidie obligari Ecclesiam videmus, quæ omnia statuto non conueniunt; nam qui statuit proprietatem non habet earum rerum, super quibus statuit; nec statuto laicorum ligari bona immobilia possunt in præiudiciũ

Eccle-

Ecclesiæ; indirectè enim Ecclesia ipsa grauatur, quod fieri nequit, vt probatum est in tertio argum. Ita Card. Alban. in tract. de immunit. Eccles. nu. 85.

Tertiò, non obstat; quòd prohibitio alienandi bona non fit in odium Ecclesiæ, sed solum ob bonũ publicum, ne minuantur onera necessaria ad status conseruationem; cum enim Ecclesia se immunem prædicet ab oneribus, & in dies magis, magisq; acquirat, verendũ esset, nisi opportuno remedio prouideretur, ne, vel publici redditus minuerentur in maximum publici damnum, vel laicorum bona supra vires grauarentur, quo casu statuto continente commune bonum, ligari etiam clericos multis allegatis, probat D. Menochius consf. 800. & consf. 1000.

Sed respondetur cum Surd. d. consf. 301. nu. 26. quòd honesta causa, vel vtilis, siue commune bonum nequit concedere facultatem statuentibus, quam non habent, nam ad legem, quæ iniqua non sit, non solum requiritur finis, quòd est bonum publicũ, sed causa etiam efficiens, quæ est Princeps Iurisdictionem habens, at nullus laicus iurisdictionem habet in clericos, Ecclesiamuè, nec directè, nec indirectè, cum clerici omnes exempti sit à iurisdictione laicorum: quare notabiliter dixit Bal. in l. cunctos populos, nu. 10. statuto quodã, de quo ibi agitur, non ligari clericos, quamuis statutum æquum sit, quia per hoc, inquit, non datur auctoritas statuenti. sequitur Felyn. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, nu. 81. vers. Nec obstat, & alij, quos citat Surd. d. consf. 301. num. 27. & seq. vbi acutè dixit, si boni publici ratio satis esset ad hoc, vt laicorũ legibus ligarentur clerici, fatendum esset, omnibus legibus ligari; quandoquidem nulla lex est, quæ bonum publicũ non respiciat. facit tex. in c. aduersus, de immun. Eccl. in quo licet de communi vtilitate agatur, nullam vult Pontifex laicis in clericos esse potestatem, sed ab Episcopo cogẽdos esse ad contribuendum, consulto tamen prius Romano Pontifice. Addo non licere ad bonum finem obtinendum malo, ac vetito medio vti, nam tunc ex circunstantia mala medij, actio omnis peruersa redderetur; bonum.n. ex integra causa, in-

quit

quit Dion. Areopagita de diu.nom. cap. 4. malum ex singulis defectibus non secus, ac si quis, vt eleemosynam faceret, furaretur, quem apertè non eleemosynarium, sed furem esse patet, ex Arist.doctrina 5.Ethic. & sic lex omnis iniqua esset, & iniusta, quæ ius Ecclesiæ sibi vsurparet contra sacrorum Canonum sanctiones, S.Thom. 1.2.q.18. art.4. & ibi Gaietanus.

## PRIMA ILLATIO.

14 Hinc infertur in excommunicationem incidisse, qui rescriptum ediderunt; aut si fortè bona fide excusari possunt in foro conscientiæ, quòd in animo nunquam habuerint contra Ecclesiæ libertatem facere, nunc cum edocti sint, quo loco stent, nisi rescriptum reuocauerint. Item incidit in eandem excommunicationem Consilium Ciuitatis, quòd rescriptum procurauit, & eo vtitur; nam licet Communitas, vel Collegium excommunicari non possit, c.Romana, §. Vniuersitatem, & Theologi in 4. d. 18. quos refert Greg. Sayr. lib.1. Thesau. cas. consc. cap. 18. nu.1. tamen si lata sit excommunicatio à iure eam incurrunt quicunq; ex Collegio culpam contraxerunt, cui annexa est excommunicatio, casus est in c. significauit, de exception. Siluester verbo excommunicatio 1. nu. 10. vers. Secus excommunicādo. Tab. eod. 5. cas. 20. nu. 4. Greg. Sayr. d. c. 18. nu. 8. Demum omnes qui auxilium, consilium, fauorem dederūt ad prædicta. patet ex Bulla Cœnæ §. 18. ibi, *Necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur*, vbi videndus Franc. Tol. lib. 1. instruct. Sacerd. c. 29. vers. Aduerte etiam.

## SECVNDA ILLATIO.

15 Infertur secundò, prædictos, qui in excōmunicationem inciderunt, vt possint ab ea absolui, debere ius vsurpatum restituere Ecclesiæ, quòd patet ex communi doctrina

de

de restitutione; non.n. remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, c.peccatum; de reg.iur. lib.6. ibiq; Scribentes Couar. in pr i.par.relect. S.Thom. 2.2. q.62. & reliqui Theologi 4.distin. 15. Eodemq; iure tum naturali, & Diuino, tum Canonico restituere Ecclesiæ tenentur quicquid damni passa est ob extensionem eiusmodi statuti; nimirum quicquid ad licentiam impetrandam solutum est, quicquid ex dato fideiussore exactum est nomine onerum extraordinariorum, ad quæ Ecclesiam non teneri pro bonis etiam de nouo acquisitis, etiam in æstimo descriptis, tradit communis sententia, vt testatur Osasc. decis. Pedem. 136. nu. 1 Ant.Thesaur. decis.Pedem. 274. nu.7. Io.Azorius lib.5. instit. moral. cap.13. q.5. nam horum damnorum in causa fuere cõtra ius, & fas, & non modo contra Religionem, sed etiam cõtra iustitiam peccarunt, Ecclesiam iure suo spoliantes, atq; adeò restitutioni sunt obnoxij, & iuris, & damnorum, quæ inde sequuta sunt, tradit ex communi Pet.Nauar. de restit. lib.2.c.1. nu.10. & seq. Greg.Sayr.tom.2. lib.10. tract.2. cap.1. Clau Reg Sacerd. Nec solum ex positiuo actu restituere tenẽtur Iudices, publiciq; Magistratus, sed etiam ex omissione, si cum possent damno Ecclesiæ obuiare, id facere neglexerunt, cum ex officio tenerentur. Pet.Nauar. lib.3. cap.4. num. 126. Sayr. d. tract.2. cap.13. nu.1.

16 Ad hæc tenentur declarare, nec rescripto, nec statuto cõprehendi Ecclesiam, argum.d.c.nouerit, de excom. ita enim extensione statuti abolita Ecclesiæ sua libertas reddetur, & resarciet restitutio, quod læsio abstulit, l.quod si minor, §.restitutio, ff.de minor. Bart.in l.qui proprio, ff.de procur.& sanè si in statuto mentio expressa Ecclesiæ facta fuisset, statutũ de capitularibus omninò deleri deberet, d.c. nouerit. Nec enim sufficeret illo statuto nõ vti, nam in d. c. nouerit duæ continentur excommunicationes, sine.n. obseruent etiam, si deleant, siue non deleant statuta, quamuis non obseruent, nihilominus incurrunt, ita Astens.p.2.lib.7.tit.2.cas.12. Ang. verbo excom.7.cas.12. Palud.4.dist.18 q.3.art.3. §.quintus. Martin.Ledesm.in 4.p.2.q.26.art.2. & alij, quos refert, & sequitur

quitur Greg. Sayr. lib. 3. Thesau. consc. c. 34. nu. 5. & accedit Fran. Suarez in 3. p. S. Thom. tom. 5. disp. 21. sect. 2. vers. Quia verò, & communis est, quicquid sine ratione voluerit in cõtrarium Gaiet. d. c. 31. quem sequitur Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 119. §. decima, cum verò præfatum statutum expressam Ecclesiæ mentionem non faciat, & si de solis laicis intelligatur validum sit, solum erit declarãdum modo prædicto, ne in praxi aliquid fiat illius occasione contra Ecclesiam.

Addit Hostiẽs. teneri præfatos, de quibus loquitur d. c. nouerit, officia relinquere, quibus funguntur, si aliter statuta contra libertatem Ecclesiæ abrogandi non habent potestatem. sequitur Card. Zabarel. in d. c. nouerit, num. 4. de mente Innoc. Boich. nu. 6. Siluest. excom. 9. num. 32. Tab. excom. 5. cas. 20. nu. 4. ex communi Doctorum sententia.

Videant ergo, & maturè prospiciant conscientiæ suæ, qui in præfatas censuras incidere, & si fortè specie publici boni allecti in has angustias se coniecere, restituta Ecclesiæ sua libertate, ab ijsdem se curent quantocius expedire.

## Celeberrimi, Eruditissimi, ac Illustrissimi V. I. Consulti,

# CAROLI A BASILICA PETRI MEDIOLANENSIS Episcopi Nouariensis.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est quæstio octaua comment. in cap. conuenior. 23.*

AR-

# ARGVMENTVM.

Quod Ecclesia sit immunis ab omnibus oneribus etiam ordinarijs: Canonesq; qui in hoc genere extant, declarantur.

## SVMMARIVM.

1 *Immunitas quid.*
2 *Onerum diuisio.*
3 *A quibus oneribus clerici sint liberi veterum Imperatorum legibus.*
4 *Canonica illatio, quæ.*
5 *Patres veteres an censerent ab Ecclesia soluendum esse tributum.*
6 *Euangelij locus de statere explicatur.*
7 *Euangelij locus, Reddite, quæ sunt Cæsaris, &c. explicatur.*
8 *Posterioribus sæculis, quæ immunitas cleri.*
9 *Et 12. Mansus quid.*
10 *Mancipia.*
11 *Redhibitio quid.*
13 *Doctrina Gratiani inconstans.*
14 *Pontifices Romani quid de immunitate statuerint.*
15 *Fridericus Imperator pro immunitate ecclesiastica decreuit.*
16 *Onera imposita bonis ecclesiasticis, dum acquirerentur.*
17 *Libertas, & immunitas Ecclesiæ.*
18 *Scabini qui.*
19 *Immunitas ex consuetudine.*
20 *Italia an, & quando immunis.*
21 *Immunitas ecclesiastica de iure diuino.*
22 *Immunitas ecclesiastica de iure naturæ.*
23 *An bona transeant ad Ecclesiam cum onere suo, & detestatis, & ordinationibus, quæ ad id fiunt. item Ecclesiã non teneri ad onera ordinaria.*
24 *Prohibitio alienationis in non subditum an comprehendat Ecclesiam.*
25 *Quæ bona nunc Ecclesia acquirat.*

26 Quod

26 *Quod immunis soluere deberet imputandum esse Principi.*

27 *Decimas si soluerentur maiores esse, quam omnes redditus ecclesiastici.*

28 *Onera ecclesiasticorum ab eorum superioribus.*

AGit Gratianus in additione sua ad capitulum superius, & his quinque proximis capitulis de immunitate clericorũ, & bonorum ecclesiasticorum, de qua etiam agit in c.iuxta, & seq. 16.q.1. & in c.si tributum,& seq. 11.q.1.

Verum cum hæc capitula varia decernant; Gratianus ipse alia alijs locis ab officio suo concordiæ aliena scripserit; constitutiones Imperatoriæ,& canones maximè recentiores diuersa, atque contraria contineant: cumque mihi quidem videantur Doctores hoc genus tractantes (quod pace omnium dictum velim)non satis Canones, & leges perpendisse, earumuè sententiam ea, qua opus erat diligentia, & sinceritate inuestigasse;tempora non distinxisse,neque quid cui derogaret attendisse:quæstionem latè sanè patentem, ac multiplicem plenè tractandam non suscepisse; omninò autẽ plerosq; causis suis, seu clientibus, aut populis, qui immunitatem ecclesiasticã ægrè ferebant studiosè, & cupidè inseruiisse: hic statui singulos Canones,legesq;temporibus,& circunstantijs notatis, examinare, argumenta ponderare, ita vt veritas appareat sincerè quærenti.

Atque primò, si agamus de eo tempore, quod ante Constantini Imperatoris conuersionem fuit: nihil est, quod quæramus: nam priuilegia non solum cleri, sed Christianorum tunc erant equlei, & secures. Imperatore autem Christiano effecto, immunitas Ecclesijs, & clero tribui cœpit.

Immunitas Ecclesiastica est prærogatiua, quà ecclesiasticæ personæ, aut res liberè sunt ab oneribus(vtar hoc generali nomine cum recentioribus.) Onera ità distinguemus ex veteribus Iurisconsultis, vt alia sint munera, seu functiones, quę vel personę laborem, seù animi solicitudinem postulãt: vel

vel sumptum patrimonij requirunt; sicut Iurisconf. docet in l. 1. ff. de muner. & honor. Alia verò sunt tributa; & eodem modo diuiduntur, vt alia capitis sint, seù personæ; alia verò rei, seu patrimonij, vt habetur in l. 3. ff. de censib. sed posteriores hęc omnia videtur generatim distinxisse in onera personalia, & realia, & mixta. item in ordinaria, & extraordinaria: quæ quidem omnia varijs præterea nominibus generalibus in ipsis Imperatorum legibus appellantur, hoc est necessitatum, collationum, exactionum, molestiarum, & eiusmodi Personalia onera definias, licèt ex d. l. 1. ff. de muner. & honor. Realia sunt, rei ipsi affixa. Mixta, quæ partim personæ, partim rei incumbunt; veluti quæ personis imponuntur, habita tamen ratione rerum, quas possident. Ordinaria verò, & extraordinaria ita distinguuntur, vt illa certum, & continuatum cursum, seu vsum, ordinemuè habeant; hæc verò pro variorum euentuum necessitate extra ordinem inducantur; ita vt hæc distinctio in vnumquodque genus onerum ex tribus numeratis cadere possit, hoc est, vt personalia onera ordinaria sint, & extraordinaria; & ita reliqua: quod etiam Ioan. Andreas sentit in cap. non minus, de immunit. in 6.

3 A muneribus igitur sordidis primò, clericos liberos esse iussit Constantinus, vt in l. 2. Cod. de Episc. & cleric. deinde Honorius cum Theodosio, vt in l. placet, C. de sacros. Eccles. relata in c. placet, 16. q. 1. A lucratiuis immunes pronunciauit Iustinianus, vt in l. sancimus, C. de sacros. Eccles. relata in hanc causam, & quæstionem, in qua gloss. interpretatur, quæ sint lucratiua: de quo tamen vide l. 1. tit. 35. C. lib. 10. A personalibus omnibus liberos esse voluit Constantinus Primò, vt apparet in eius litteris descriptis apud Eusebium lib. 10. hist. c. 7. *Ab omnibus, inquit, ministerijs communibus, & ciuilibus immunes, &c.* Postea Constantinus in l. 16. & 26. C. Theodos. lib. 16. tit. 2. quæ relatæ sunt in hanc causam, & quæstionem, c. in qualibet, vbi etiam glo. 1. ita interpretatur. Valentinianus item in l. Præsbyteros, Cod. de Episc. & cler. *Præsbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atq; Exorcistas, & Lectores, Ho-*

*stiarios, & Acholitos personalium munerum expertes esse præcipimus.* Iustinian. quoq; in l. generaliter, 2. C. de Episc. & cler. cum Auth. seq.

Ab extraordinarijs oneribus omnibus immunes clericos, & Ecclesias declarauit Cõstantinus, vt in l. 1. & 2. C. de Epis. & cler. quã l. 1. Grat. ille retulit in c. iux. & c. placet 16. q. 1. Honorius, cum Theodosio in d. l. placet, C. de sacros. Eccles. ibidem à Gratiano relata, decernentes demum, vt ad solam canonicam illationem clerici, & Ecclesiæ tenerẽtur, quã etiam nomine Fiscalium puto intelligi in l. de ijs, eod. tit. de Episc. & cler. sic S. Ambros. in c. 13. ep. ad Rom. Et præterea etiam tenerentur ad instructiones itinerum, & pontium, vt in l. ad instructiones, eod. tit. de sacros. Eccles. & ad necessitatem aduentitiam Principis, vt in d. l. placet, & in l. neminem, C. de sacros. Eccles. hoc est ad eam necessitatem, quam affert aduentus Principis repentinus, cuius causa angariæ, & perangariæ imponebantur, quæ quidem sunt iumẽtorum, & plaustrorum præstationes: angariæ quidem, qua cursus publicus dispositus est; perangariæ verò aliò versum, vt docet Cuiac. in l. 11. C. eod. tit. 10. in fine, & lib. 12. tit. 56. qui etiam angariæ nomen ad naues, & operas trahi dixit in tit. de Fabricensibus, l. vlt. C. lib. 11. Naues autem quædam expressè quoq; exceptæ sunt ab immunitate in l. iubemus, C. de sacros. Eccles. tempore embolæ, vel transuectionis publicarum specierum; de qua embola, seu transuectione in Aegyptum Iustinianus agit in edict. 13. c. 22. 23. & 24. (embolam) autem illationem appellat interpres edicti.

Imperatores igitur veteres ab omnibus extraordinarijs clericos, & Ecclesias immunes declararunt, exceptis quæ modò memorata sunt: *Nihil extraordinarium*, inquit Imperator in d. l. placet, *superindictum flagitetur, nulla translationum sollicitudo signetur: postremò nihil præter canonicam illationem, &c.* Superindictum est augumentum indictionis, quã indicebantur onera extraordinaria. Est tit. 18. lib. 10. C. de superindicto, ibi Cuiac. in l. Translationum, immunitatem glossa ibi ita intelligit, vt ab Eccles. in fiscum non possint prædia transferri,

licet

licèt tributum non soluatur; Doctores quidem affirmant, verum est: gloss. quoque affirmat in c. si tributum, 11. q. 1. sed potiùs intelligendum puto, vt Ecclesia non teneatur ad translationem professionis, de qua in l. omnes, tit. sine censu, &c. cum ad censum persoluendum dominus agri, qui eum adeptus est, professionem census transferre iubetur; cumque Eccl. non teneatur ad onus præstandum, neque tenetur ad huiusmodi translationem: quando autem tenetur ad onus, etiam tenetur ad translationem, vt in l. de ijs, C. de Episc. & cler. ex quo
4 glossæ primæ illius quæstionem potest soluere. Canonica autem illatio ordinaria pensitatio est, de qua Cuiac. in l. 5. & 7. C. de annonis, & trib. lib. 10; canon, & canonicum nomen ordinariam præstationem indicat; lib. 1. C. de indictionibus lib. 10. Hinc apparet vnde ortum habuerit opinio Doctorum, Ecclesiam, & clerū teneri ad onera ordinaria, hoc est ex legibus Imperatorū veterum: nam de alijs postea agemus. Qua in re considerandum est, pios Imperatores vidisse quidem, quòd ratio ipsa docet. *Placet rationabilis Consilij tenore perpenso,* ait Honorius in d. l. placet, *homines, & res Deo dicatas humano seruitio, aut imperio nō decere esse obnoxias: & quæ Domini essent, non debere seruō subesse.* Sed minus integrè id præstitit, sicuti postea apparebit. Omninò autem hæ vti leges laicæ potestatis, neque contra Ecclesiam, & ecclesiasticos vim habent: & per legem Federici, de qua postea agemus; tum verò per sacros Canones sunt correctæ, probatur in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. in c. 1. de nou. oper. nunciat. cum gloss. optimè docet Abb. in c. non minus, de immun. Eccles. num. 17. & 20. qui non semel affert dictum Io. Andr. nullam legem Digestorum, aut Codicis, vel Authenticorum posse in hoc genere cogere Ecclesias; vt mirandum sit nihilominus has leges adeo frequenter citari, quod idem Doctor affirmat in c. peruenit, de immun. Eccl. ex decreto Gratiani.
Quid verò tunc Pontifices? Constitutiones ne ederent de integra ecclesiastica immunitate? satis tunc habebant sacra dogmata, & Dei cultum constituere: bona ipsa ecclesiastica conseruare, & Imperatorum gratiam retinere; maximè Pa-

 ganis,

5 ganis, & Hæreticis passim plurima turbantibus. At dicat aliquis, senserunt tamē Sacerdotes eius temporis tributum ex bonis Ecclesiæ soluendum esse, vt in c. tributum huius quæ-
6 stionis, quod Vrbano Papæ tribuitur: de quo tamē titulo dubitari potest. Sed quisquis auctor fuerit capituli tributū, nititur facto saluatoris de statere in ore pisci inuēto, & per Petrū soluto Matth. 17. & ideò interpretationem eam accipere debet, quam S. Euangelij locus: de qua mox agemus. Est etiam hac de re S. Ambrosij sententia in hoc c. cōuenior ex eius ep. 33. & in c. si tributum, 11. q. 1. ex oratione de tradendis Basilicis post ep. 32. Et præterea in c. magnum, eadem quæst. ex comment. in Lucam lib. 4. c. penult. in quo de eodem facto Saluatoris tangit. Videamus igitur quo pacto factum illud Saluatoris accipiendum sit; postea quid S. Ambrosius senserit, dicemus. Atq; Saluator ita illud exemplum tributi soluendi præbuit, vt simul etiam iudicauerit, tùm iniustè exigi, tùm à se solui, nè homines suæ conditionis ignaros, scandalizaret: ergo, inquit Saluator apud Matth. in d. c. 17. Liberi sunt filij. quod verbum filij, videtur acceptum non solùm pro vero filio, qualis erat IESVS Summi Regis Dei filius; sed etiam pro alijs, qui ad ipsum Regem pertinebant, qualis erat Petrus Apostolus; quemadmodum cum dictum est, filij sponsi apud Matth. 9. & alibi sæpè Hæbraica phrasi, sicut etiam S. Hieron. accipit in loco infra notato, quod .n. Dominus dixit: Da eis pro me, & te; ipsum quoq; Petrum in filijs numerauit; quamquam etiam dici potest, quod licèt Dominus de se tantùm vero filio sensisset, suam tamen familiam eodem priuilegio iure cōtineri voluisset; cuius caput Petrus erat: & ideo etiam pro illo voluisse dari tributum. Itaq; omnino se, & familiam liberam esse pronunciauit; quæ clerum, & omnes ecclesiasticos futuros repræsentabat. Pronunciauit ergo Dominus non dèberi tributum. Causa verò cur tamen soluerit, scandalum fuit, quod exactoribus illis allatum esset; quæ quidem causa tunc valebat, quia homines illi Dominum non nouerant; neque expediebat, vt tantum mysteriū ijs patefieret tributi causa, quod etiam illi resisterēt: nam

quod

quod ad alios attinet, qui Ecclesiam, & clerum, & eius merita norunt; si tributa exigant, scandali ratio non valet, quia ex malitia peccant; & ita eorum scandalum negligēdum est: sicuti etiā Dominus, Matth. 15. cum discipuli eius dixissent, scis, quia Pharisęi audito verbo hoc scādalizati sunt, respondit; *Sinite illos caeci sunt, &c.* Ita apparet factum Saluatoris propositum in dicto c. tributum, &c. magnum, habere eas conditiones, quæ exactoribus tributorum minimè fauent; & ex quibus interpretari necesse est hæc capitula, quæ ab eo facto Saluatoris pendent. Neque etiam aliter illud explicat S.
4 Hieron. Matth. cap. 17. exponens: licèt Domini commēdet humilitatem: qui cum non deberet, tributum soluere non recusauit; nosq; excitet ad ea facienda, quæ priuilegio, & immunitate nobis concessa, digna sint. Immò testimonium ibi affert immunitatis clericorum illius temporis: *Nos, inquit, pro illius honore tributa non reddimus: & quasi filij Regis à vectigalibus immunes sumus.* Et licèt S. Ambrosius, vt postea dicetur, affirmet Ecclesiam soluere tributum ex bonis, intelligitur secundùm ea, quæ ex legibus Imperatorum superiùs enarrauimus. Hoc autem tributum ā Saluatore persolutum, de quo S. Hieronym. erat personæ. Hæc de facto Domini, quod à Matth. refertur in cap. 17. quo nititur cap. tributum: de quo etiam glos. ait, locū habere, cum Episcopus ita voluerit cum consilio clericorum; aliàs non ita.

Nunc de dictis S. Ambrosij. De eo, quod ait in dicto cap. magnū, ex facto memorato Saluatoris, satis dictum est. & ita glossa eius capituli in verbo, soluit, hæc addit. *Non ex debito, sed ne scandalizaret alios.* quamquam, & illud verum est, S. Ambrosium ibi loqui non ad clericos, & ad Christianos generatim; *Est, inquit, speciale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti.* At in hoc cap. ait. *Tributum Cæsaris est? non negatur.* Et in d. cap. si tributum, ait. *Si tributum petit Imperator, non ei negamus; agri Ecclesiæ soluunt tributum.* Sed respondetur, quòd non concedit S. Doctor, tributum deberi, sed tantùm ait, se non negare, nimirum quædā sacra sibi ita defendenda esse tunc statuerat, vt etiam

ea de re pugnaret vsque ad sanguinis effusionem veluti Ecclesiæ: quædam alia non concedenda quidē, sed neq; etiam neganda pro conditione temporum, veluti tributum. Quòd autem tributum non censeret deberi Imperatori, licet non negaret; illud quoque argumentum est, quòd de agris item dicit, & tamen nemo dixerit, agros Ecclesiæ deberi Imperatori, vel à quoquam posse occupari, absque sacrilegio: *Si agros desiderat Imperator*, inquit; *potestatem habet vindicandorum, tollat eos, si libitum est. Imperatori non dono, sed non nego*: vt satis appareat locutionem Sancti viri nōn esse iudicantis id deberi; sed existimantis tunc quidem non expedire negari. Atque ita etiam glossæ ibi clarè interpretātur, in verbo, potestatem, *De facto*, inquit, *sed non de iure*; sacrilegiumq; dicit, qui res Ecclesiæ detinet, si de legitima auctoritate neq posse vindicari prædia Ecclesiæ; licèt cessent à tributo, & in verbo; Non nego, addit; *Corporaliter me opponendo, quia, &c.* Quod quidem capitulum licet huiusmodi sensum habeat, & ita à glossis explicetur; videmus tamen passim allegari contra immunitatem, licèt autem sententia S. Ambrosij ita se haberet; nō omnes tamen eius temporis Sacerdotes eodem modo cedebāt, aut dissimulabant, sicuti ostendit dictum recitatum S. Hieronym. *Nos pro illius honore tributa nō reddimus, & quasi plus Regis à vectigalibus immunes sumus.* Quod etiam ostendit Valentinianus, & Valens in epistola, quæ est apud Theodor. hist. lib. 4. c. 7. in qua conqueruntur de Episcopis Diæcesis Asianæ, Phrigiæ, Cataphrygiæ, & Pontianæ, quia recusabant vectigalia pensitare ad præscriptum legum: quod non recusabant alij boni Episcopi, vt ipsi dicebant: allegantes etiam id esse contra Euangelicum præceptum, *Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*: Inter quos Episcop. videri potest S. Basilius fuisse, cum in cap. 92. de instit. Monachorum dicere videatur ex eodem loco Euāgelij, fiscalia esse soluenda ab eo, qui inter fratres recipitur: quam ad rem cum citat Alciatus in d. l; placet. Sed videtur loqui S. Basilius de debitis fiscalibus, quibus obnoxius esset is, antequam reciperetur: alioqui n. qui ad Monasticam vitam sese conuertebant, præ-

dia

dia relinquere oportebat, vt eod. lib. c.5. & 6.

7 Atque illud Saluatoris dictum, Matth.21. vt hoc obiter dicamus, haud aptè allegari videtur, vt frequenter fit, ad defensionem profanæ potestatis, siuè in tributis, siuè in alijs à clero, & ab Ecclesia exigendis. Adhuc .n. quærere, quis poterat à memoratis Imperatoribus, vtrum personæ, & res ecclesiasticæ, fructusq; earum essent Dei, vel Cæsaris. Et quidem Dei esse videntur, cum Deo sint ea omnia dicata, & consecrata, & dicuntur patrimonium Christi, c.cum ex eo, 34. de elect. in 6. & in c.1. sess. 25. Concil. Trid. res ecclesiasticæ Dei esse dicũtur, nõ est ergo Cæsari ius in illis: dictum ergo Saluatoris contra Principes meliùs allegaretur, qui Saluator, cum illud de tributo à Iudæis soluendo pronunciauit, de populo ipso intelligebat, cuius bona non erant Deo dicata; non autem de Sacerdotibus. Præterea de Cæsare loquebatur, qui Deum verum nesciebat: vt erubescant Christiani Principes hoc dictum pro se allegare, quasi contra Deum se constituant, & cum eo bona velint diuidere; & quasi non ipsi quoque cum bonis omnibus Dei sint. distincta quidem esse debent sacra à profanis: sed ita, vt Christiani Cæsaris reuerentia erga res sacras, & diuinas semper appareat. Sed vt redeamus ad Ambrosium; ne putemus sanctissimum, & doctissimum virum, aut alios Episcopos ignorasse quid naturale ius, seù gentium, & scriptura sancta demonstraret de immunitate rerum ecclesiasticarum: de quo inferiùs à nobis explicabitur; sed tunc, quidem cessisse tempori.

8 Cum ita se habuisset immunitas huiusmodi primis illis Ecclesiæ sæculis circiter quinque, non est, quòd tempore proximè insequenti de ea magnoperè quæramus, cum .n. Occidentis imperium occidisset; & Italia cum Europæ Regionibus à Longobardis, & alijs Barbaris occupata esset; priuilegium Ecclesiarum, & Episcoporum insigne ferè fuit nõ spoliari ijs, quæ tenebant, aut tyrannicè non vexari; donec tandem Franci ob pietatem suam in Ecclesiã auctoritate Summi Pontificis Romani ad Imperium vocati sunt; quorum Principem Carolum Magnum Imperatorem declaratum,

qui tanta Ecclesijs restituit, & donauit; immunitatem quoq; reddidisse non dubitamus; maximè si eius, & Ludouici filij, & successoris capitularia spectemus; de quib⁹ mox agemus. Ludouici certè constitutione, præter canonũ auctoritatem nititur cap. secundùm canonicam huius quæstionis, qđ cum ex Concilio Parisiensi allatum inscriptio Gratiani ostendat; reperitur tamen inter capitula Concilij Meldensis, 63. Verùm, vt ex proemio ipsorum capitulorum apparet, Concilium Episcoporum Franciæ, seù Galliarum in Meldensi Ecclesia primò coactum est, ex consensu Caroli iunioris Regis, anno 845. vbi ea decreta constituta sunt, sed cum varia impedimenta extitissent, quibus vel monitiones opportunæ ad eorum executionem fieri, vel omninò negocium perfici non potuerit: rursus anno 846. Parisijs conuenerunt, remq; perfecerunt. ita tum Meldense, tum Parisiense Concilium dici potest. Ex Parisiensi citat Iuo par. 3. cap. 175. iisdem verbis, quibus Gratianus. Ex Meldensi verò cap. 8. idem Iuo in eadem parte, ca. 56. quibusdam mutatis: & eodem modo Burchardus lib. 3. cap. 53. Videamus nunc de canonis interpretatione.

*Cap. Secundùm Canonicam auctoritatem.*) Hinc cernitur iam antea sacrorum canonum auctoritate immunitatem rerum ecclesiasticarum firmatam esse; licèt canones eiusmodi antiquiores non extent: nisi forte canonem minimè scriptum, seu traditionem intelligamus iuxta ea, quæ alibi de canonis nomine scripsimus, sed in huiusmodi decretum, quod citatur ex Concilio Meldensi apud memoratos collectores loco horum verborum, ea sunt, iuxta synodalia præcepta: vt intelligamus in synodis iam antea id fuisse decretum.

*Et constitutionem Domini Imperatoris Ludouici.*) Vide immunitatem vtraque potestate confirmari. sed neque hæc constitutio extat. In capitularibus sunt certè de immunitate capitula. in lib. 1. capitulorum, quæ sunt Caroli Magni, est cap. sequens sancitum, cap. 91. In lib. autem 6. ex ijs, quæ Benedictus Leuita addidit, siuè Pipini, siuè Caroli, siuè Ludouici, quæ non potuit suis certis Auctoribus adscribere, est cap.

107.

107. huiusmodi: *Possessiones ad Religiosa loca pertinentes, nullam descriptionem agnoscant, nisi ad constitutionem viarum, vel pontium, si tamen intra eadem loca habuerint possessiones: In alijs verò omnibus habeant integram immunitatem.* Descriptionem, dixit, quia ad exigenda onera descriptione opus est. Et quod ad personalia attinet, est eodem lib. cap. 116. huiusmodi. *Consecratio Episcopos, & reliquos Domini Sacerdotes, tam à seruilibusq; quàm & à cæteris adscriptis conditionibus, semper liberos facit. Idcircò præcipimus, vt nullus ab eis alia, nisi diuina requirat seruitia.* Cognouerunt pij Principes, Sacerdotes ex consecratione, liberos esse à seruitijs humanis; non autem ex priuilegio suo: Sed licèt hæc capitula faueant Ecclesiæ, nullum tamen eorum intelligi videtur esse constitutionem Ludouici, quæ hoc canone memoratur, cum ea integram immunitatem videatur continuisse.

*De Ecclesiastico agro, &c.*) Enumerantur omnia Ecclesiæ bona, seù emolumenta; vt intelligamus integram deberi immunitatem, ager, mansus, mancipia, locus sepulturæ, decimæ, oblationes.

Agrum intelligas licèt pro possessionibus, vt in recitato c. 107. vt nomen sit generis ad omnes, vt ita dicam, terras Ecclesiæ accommodatum.

9 Mansus, seù mansum, possessio, seù fundus, in quo terræ; varij generis ædificia, aquæ, & huiusmodi continentur: vnde massa, & apud nostros massaria, & massarij, cuius verò mensuræ, seù magnitudinis fuerit, non satis liquet: alij, quem colere possunt Boues duo: alij duodecim iugerum; alij ex quo ali possit rusticus cum familia sua, de hoc glos. hic, & in c. 1. de cens. quanquam temerè videntur interpretari. incertæ quantitatis arbitror fuisse, sicut nunc possessio, seù massaria: nam & cum dicitur in cap. seque. vnicuique Ecclesiæ mansum attribui, scimus Ecclesias omnes pari reditu, seù dote, vt loquimur, esse non debere.

10 Mancipia, quæ ipse (Ludouicus) suis capitulis constit. mancipia serui Ecclesiarum, qui à iudicibus, seù exactoribus fatigari prohibentur, etiam in c. Ecclesiarum, 12. q. 2,

quæ

quæ etiam in mansis, seu villis erant vtriusque sexus; vt in glossario capitularium in verbo, Mansus, exprimitur ex priuilegio quodam Henrici; quemadmodum & ex alijs similibus priuilegijs obseruare licet. hi igitur quoque in bonis, & redditu erant Ecclesiarum. Quid autem sibi velint ea verba, Quæ ipse in suis capitulis constituit, non satis percipio, nisi Ludouicum de his cōstituisse in suis capitulis intelligamus: nam de mansis, & mancipijs Ecclesiæ capitula habemus, veluti lib. 5. c. 45. & 132. præter c. sequens, quod etiam habetur lib. 1. cap. 91.

Locus sepulturæ. vt omnia comprehenderet, ne agros quidem, seu areas ad sepelienda corpora assignatas prætermisit.

Decimæ autem, & oblationes antiqui sunt Ecclesiæ redditus. Omnia igitur, quæ Ecclesiæ sunt, immunia esse debent ex hoc capitulo: vt cuiquam non liceat aliquem censum, aut reddibitionem temporalem ex ijs exigere. Ergo neq; ordinarium, contra quam veteres Imperatores vellent.
11 Reddibitio aliud est veteribus Iurisconsultis, aliud Imperatoribus transalpinis, in quorum priuilegijs legitur; & videtur esse, præstatio, seu solutio tributaria.

Capitulum sequens, Sancitum, minus comprehendit, est decretum Synodi Vormatiensis 50. celebratæ Anno Domini 868. habetur etiam in capitularibus lib. 1. cap. 91. & ex decreto translatum est in c. 1. ext. de cens. sed extractum
12 traduut I. C. Galli ex lib. 1. c. 85. legum Franciæ. Quod in eo habetur, mansus integer; integritatem accipio non certæ mensuræ, quam incertam fuisse puto, sed integritatem eius quantitatis, & qualitatis, quæ sufficiat ad victum, cultumque Ecclesiæ, & Ministrorum. nam alioqui, vt diximus, certa mensura non potuit assignari omnibus Ecclesijs: aliæ enim vnum habent Sacerdotem; aliæ plures; aliæ multos; aliæ alij maiore sumptu opus habent. Pro atrijs, in Decretalibus legitur, areis. Pro maioribus, libri alij, in quibus capitulum esse diximus, habent, senioribus, hoc est dominis. Proprius hic est modus immunitatis.

tatis; vt seruitium impendatur ex ijs bonis tantùm, quæ supersunt sumptui Ministrorum, & Ecclesiæ. Sed prius esset videndum, an mansus talis singulis Ecclesijs sit attributus; & postea de seruitio agendum. Non videtur statuere capitulum hoc de dote assignanda Ecclesiæ, cum fundatur, vti Doctores videntur intelligere; sed de immunitate, quæ permitti posse videbatur conditoribus huius legis, quam Francicam fuisse diximus: quod si verum esset, cessarent quædam disputationes, quæ huic capitulo adiunguntur. Verum vsus huius capituli non satis percipitur, nisi de assignatione accipiamus Ecclesiarū fundādarū. Capitulum autem superius, & alia capitula, de quibus postea dicemus, huiusmodi difficultates de seruitijs tollunt, & de hoc ipso etiam inferiùs tangemus.

13 Ita capitula Decreti, quæ de oneribus, seù de immunitate sunt ecclesiastica, tractauimus, quātū pro proposito opus fuit: vnde apparet, puto, non posse auctoritate Decreti confici ex eis certa doctrina; putà quænā immunitas, non dicam personis, quarū immunitas videtur ab omnibus confirmata, sed bonis Ecclesiasticis debeatur. Nam capitula cernimus varia, immo contraria, vt valde mirer Doctores nihilominus has leges hic, vt aiunt, canonizatas; & alia capitula ita allegare, vt si sola essent, immo etiam contra verum eorum sensum etiam à glossis indicatum, sed oportet an in quoque capitulo respicere: nimirum quælibet sanctio Decreti ita accipienda est, vt si contrariam non habeat, pro lege, seù canone generali habeatur, vt alibi probauimus. Si verò contrariæ sint sanctiones, cum eadem vis omnibus sit, nulla pro lege habenda est; nisi collectoris, seù concordantis auctoritate, & consensu Doctorum, distinctione inter eas adhibita, doctrina certa stabiliatur: & hoc ex auctoritate Decreti, nam alioqui sanctiones, quæ sunt in Decreto, sicuti vim acquirunt, quam non habebant; ita eam non amittunt, quam alioqui habebant. In proposita igitur quæstione pugnant capitula inter se: cap. Placet, 16. q. 1. Eccl. sit obnoxia canonicæ, hoc est ordinariæ exactioni. per cap. secundum canonicam,

cam,liberatur ab omnibus,per cap.sancitum,ab iis tantùm, quæ de manso Ecclesiæ necessariò exigi aliàs posset. Concordator item horum canonum varia, & pugnantia loquitur post c.32. 11. q. 1. ait, clericos ex possessionib. Imperat. esse obnoxios, allegans cap. 1. d. 8. quod tamen aliter intelligendum ibi ostendimus, post cap. tributum huius quæstionis, affirmat diuinam esse sententiam, quòd Sacerdotes in omni gente liberi sint; liberi, inquam, etiam quod attinet ad bona; quia in Aegypto bona Sacerdotum immunia esse voluit Ioseph, & Pharao. post cap. sancitum, ait bona illa esse immunia, quæ Ecclesia Imperiali beneficio, seu sepulturæ causa adepta est. Quæ verò emerit, aut donatione viuorum acceperit, ea vult obsequijs, & tributis cõsuetis Principum esse obligata,ita vt neq; à militia immunia sint;in quo tamen consensum requirit Romani Pontificis; hoc est, vt quidam intelligunt, in his omnibus præstandis? qua in re Gratiani sententiam secutum est Concilium in c.aduersus,de immunit. In qua opinionum Gratiani repugnantia;hæc postrema, non video, qua ratione constare possit. nam primò imperfecta diuisio est, neque omnia comprehendit. præterea non satis apparet ratio diuersitatis inter ea, quæ accipit Ecclesia beneficio Imperiali, aut aliorum causa mortis;& ea,quę donatione inter viuos. Cum igitur nihil certi habeamus ex his sanctionibus simul in Decreto iunctis; singulæ sunt ponderandæ. Illud certè vtile fuit, sanctiones sacras, & profanas distinxisse, priores, & posteriores, easq; explicasse, vt quid, & quo tempore de immunitate statutum fuerit, appareat. Vidimus, quid veteres Imperatores statuerint, quid sancti viri in hoc genere senserint: quid Concilia quædam sanxerint,quid Imperatores posteriores, hoc est Franci constituerunt. Imperatores illi imperfectam esse voluerũt immunitatem. Sancti viri partim immunitatem conseruarunt, partim pro ea pugnare recusarunt pro temporum conditione: quorum tamen auctoritatem sacris canonibus post habendam, etiam si contraria esset immunitati, alibi ostendimus.

Illud

Illud verò obseruãdum est, quod superiùs innuebatur, & ab alijs prætermissum est, in cap. secundum, probari integram immunitatem auctoritate generali sacra, & profana confirmatam: & ita derogari legibus illis Imperatorum, etiam si aliàs valerent. licet .n. capitulũ ipsum non sit Concilij Generalis, sed nationis Gallicæ tantùm: tamen testatur Concilium, id fieri secundum auctoritatem canonicam; quæ generalem auctoritatem indicat: & secundũ constitutionem Ludouici Imperatoris, quæ sine dubio ad omnes pertinet. At si duobus, vel tribus testibus credendum est; multò magis tot Episcopis simul cõgregatis ita testantibus. etiam si tales canones, & constitutiones non extent. Adde, quod capitula Francorum Imperatorum superiùs recitata idem ferè confirmant.

14 Hæc cum ita se haberent; ac nihilominus Ciuitatũ Prouintiarum Rectores in multis locis Ecclesias varijs exactoribus vexarēt: Pontifices Romani, & sacra Concilia cum Ecclesiastico iuri cõsulere liberiùs posteriori tẽpore potuerũt; constitutiones pro immunitate clericorum, & Ecclesiarum ediderunt. Talis fuit, quam in Concilia Lateranensi cap. 19. promulgauit Alexander III. anno 1180. & habemus in cap. non minus, de immun. Eccles. quam repetens deinde Innoc. III. in alio Concil. Lateranensi cap. 46. anno 1215. auxit, & est cap. aduersus eod. tit. Prohibuit Alexander onera Ecclesijs imponi, & Prelatorum iurisdictionem vsurpari, proposita excommunicationis pœna, quam contrafacientes, & fautores subeant, si admoniti desistere noluerint. permittentes tamen, vt Episcopus & clerus, si viderint necessitatem, aut vtilitatem sumptus faciendi, & facultates laicorum non sufficere; subsidium Ecclesijs indicere possint; quod ipsi conferant, non autem laici exigant. Innocentius verò illud adiecit; vt Romanus Pontifex prius consulatur: & sententias, quæ contra Eccles. in hoc genere latæ fuerint, nullas declarauit. addidit quoque, vt licèt Rector regimen dimittat, debeat tamen satisfacere; & eius item successor intra mẽsem, alioqui censura teneatur. quæ quidem definitio valde notanda

tanda

tanda est. Et hæc capitula ex communi Doctorum sententia confirmantur quotannis in censura 18. Bullæ Cœnæ Domini.

Hæ constitutiones vniuersam immunitatem Ecclesiasticam continere, & confirmare videntur; nam licèt exempla certa tantùm immunitatis afferantur, fossarum, & expeditionum; additur tamen generale verbum; & alioqui etiam exempla non angustant decretum, & ita sensit glo. g. Abb. Host. & alij in c. non minus; licèt angustent ipsi, in glos. excipientes, bona onerata antequam Ecclesię fierent, & alia quędam. Agamus nunc de aliqua explicatione horum capitulorum.

*Onera frequenter imponunt.*) Onera, generale nomen posterioris temporis ad omnia, quæ publicè imponebantur, aut exigebantur.

*Angarijs.*) Quæ hęc sint propriè, superiùs ex Cuiacio ostendimus: quidquid glos. hic subijciat sine auctoritate. videtur tamen nunc accipi non propriè, sed pro generali ferè nomine eorum.

*De bonis Ecclesiarum, &c.*) Tuetur Pontifex non solùm clericorum, & Ecclesiarum bona, sed ea quoque, quæ pauperum vsibus destinata sunt: pauperum, inquam, qui nō sunt Religiosi, vt Io. Andr.

*Iurisdictionem etiam, &c.*) Non solùm de immunitate bonorum, sed de iurisdictione quoq; Episcopali agit, & excommunicat eos, qui iurisdictionem Episcopalem vsurpant, aut impediunt. Verùm non puto hoc intelligendum de iurisdictione Episcopali generaliter, sed de iurisdictione in homines Ecclesiæ, hoc est seruos, & colonos. hos .n. vexabant Rectores illi, dum ad fossata, & expeditiones, vt hic dicitur, eos cogebant. Homines; tum seruos, tum liberos, puta actores, procuratores, & similes dici, ait Cuiacius in procemio feudorum, obserua Pontificem agere de immunitate bonorum & hominum Ecclesiæ; & onera his, & illis prohibere imponi. frustra igitur Doctores disputant, quę munera ex legibus ciuilibus excipiantur ab hac prohibitione, cum generalis sit

fieri

*fieri de cætero*, inquit, *talia prohibemus*; & ita leges corriguntur; quia canon contra statuit expresse: immò dicimus, quod leges illæ, cum statuant de rebus sacris, in quibus non habent potestatem, neque sint ab Ecclesia probatæ, non valēt, etiam si canones non contradicerent cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de const. Abb. in cap. non minus, numer. 20. vt verè Ioan. Andr. hic in fine, licet aliud superius sentire videatur, dicat se nescire, quomodo lege aliqua Ecclesiæ possint ad hæc obligari.

*Absque vlla exactione.*) Subsidia huiusmodi vetat exigi, Innocentius verò vult etiam à laicis recipi humiliter, & deuotè; & cum gratiarum actione, tantum abest, vt cogi debeant clerici à laicis.

*Subiacere.*) Verbum notat excommunicationis latam sententiam, vt glos. interpretatur; & sequentia textus verba declarant, & verba quoq; cap. aduersus. Quæ scripsit Innoc. in hoc c. non satis, explicata sunt, aut verò confusa, & inuoluta, vt Abb. liberè conqueritur. illud mirandum in hoc Doctore, non satis aduertisse, quid leges in Ecclesiam possint, & quid canones contra leges. Quidquid autem dixerit, in fine addit, in oneribus persoluendis necessariam esse auctoritatem Papæ, ex c. aduersus, notandum verò non potuisse Innocentium videre cap. 1. Sexti de immunit. cum ante Alexandrum fuerit, ex quo minus mirum est, eum non omninò agnouisse immunitatem Ecclesiæ.

Hæc cum decreuit Pontifex, & Concilium; videas tamen Doctores adhuc allegantes leges veterum Principum, vt Eccles. obligetur ad munera in aduentu Principis, emboliæ causa, & eiusmodi, quasi ijs possint Eccles. grauari, aut communes non præcellant, ideò inter Doctores, quasi inter ciues, refert, quid dicat is, qui prælat.

Cum autem postea Bonifacius VIII. videret Prælatos, & Ecclesiasticas personas memorata facultate eis ab Alexādro permissa nimis facilè vti, & Principibus obtemperare in oneribus ferendis; facultatem eiusmodi sustulit, iussitque pœna excommunicationis imposita, ne soluerent, & Principibus,

ac Magistratibus ne reciperent absq; auctoritate Sedis Apostolicæ, & vt in c. Clericis, de immunit in 6. Bened. verò XI. per extrau vn. de immun. constitutionem Bonifacij ita temperauit, vt talem excommunicationem non incurrerent, nisi exigentes, & adiuuantes, iussitq; Prælatos, & alios clericos obseruare, quæ ea de re in Concilio Lateranensi præscripta sunt. At Clemens V. in Clemen. vn. eod. tit. constitutiones Bonifacij, & Benedicti sustulit, iussitq; eiusdem Concil. Lateranen. decreta tantùm seruari, quæ tamen Bonifacij, non dicam constitutio, sed ea quæ in ea præcipuè decreta sunt, à Leone X. renouata fuere in Concil. Lateranen. vt inferius referemus.

In hac collectione Gregoriana Decretalium aliud capitulum nō habemus de immunitate, de qua agimus: nisi vnum, c. 1. de censibus, quod est c. illud Sancitum, de quo superiùs egimus: quod cum in hac collectione sit receptum, tāquam generalis constitutio habenda est. Et ita consentire videtur Pontifex, quòd Ecclesia seruitia debita senioribus impendat, ex eo, quod ei superest à manso integro, decimis, oblationibus, domibus, areis, & hortis, iuxta Eccles. positis. Id autem videtur contra duo cap. allegata duorum Pontificū, & Conciliorum, quibus prohibentur exigi talia seruitia ab hominibus Ecclesiæ, nisi Episcopus, vnà cum clero volens exhibeat, vt ibi. Quoniam verò non censetur Pontifex, qui collectionem edidit, voluisse statuere contraria illis capitulis, maximè tantæ grauitatis; dicendum hoc loco ita impendenda esse talia seruitia, si Episcopus, & clerus voluerit, vt in ijs habetur. seruitia hæc erant obsequia, seu ministeria, quæ homines Ecclesiæ senioribus, hoc est, vt etiam vulgari sermone, exprimitur, Dominis locorum exhibere debebant; & ita agitur hoc loco tantùm de muneribus personarum ijs bonis Ecclesiæ inseruientium, quæ erant vltra mansum.

15 Post modo memoratos duos canones Fridericus Imperator edidit constitutionem circiter annum D. 122. quæ post librum fæudorum descripta est cum subscriptione Honorij III. Sum. Pontif. cuius pars prohibens imponi onera Ecclesijs, rela-

relata est in C. Iustiniani, tit. de Episc. & Cleric. Item nulla. quemadmodum & altera pars, quæ irrita pronunciat statuta contra libertatem Eccles. Relatæ hæ partes sunt in Codicem Iustiniani, credo à glossatore Accursio ad studiosorum commodū, neque tamen ita habendæ sunt, vt si simul cum alijs legibus editæ, cū eis concordandæ essent: quæ quidem post editum Codicem annis circiter 600. sunt promulgatæ: immò sine dubio hæc lex antiquas leges correxit Iustiniani Codicis, Pontifice Honorio, ita, vt verisimile est; & Alciatus notauit, postulante, cum ei coronam Imperij tradidit. de quo Sigonius sub anno 1221. qui Honorius eodem tempore constitutionem edidit contra violatores ecclesiasticæ libertatis: quæ est c. nouerit, de sent. excom. Prohibet hæc constitutio cōmunitatibus, & personis publicis, & priuatis, hoc est omnibus; imponere Ecclesijs, locis pijs, & personis ecclesiasticis collectas, exactiones, angarias, & perangarias. Igitur Ecclesias liberas esse vult nō solùm ab oneribus reliquis omnibus; sed etiam à realibus ipsis. ita .n. exprimit non solùm nomine collectarum, & c. sed etiam nomine exactionum generali. & cum lex posterior tollat priorem contrariam, c. 1. de cognat. spir. sequitur, quòd etiam hæc constitutio sustulerit, l. ad instructiones, & l. iubemus, & l. neminem, C. de sacros. Eccles. & si quæ sunt similes, quatenus statuebant Ecclesiam non excusari à muneribus, seù oneribus in eis contentis: vt mirum sit etiam propter hanc constitutionē, adhuc à nonnullis eas leges contra Ecclesiam allegari: nam & glos. in l. placet, verbo, canonicam, C. de sacros. Eccles. sentit, legem ipsam corrigi ab hac constitutione, etiam in illatione canonica: hoc est in ordinarijs oneribus, quem glos. sensum Bart. & Bald. retulerunt in ipsius legis cōmentarijs. ita etiam glos. vltima in l. de his, C. de Episc. & cler. ex qua Bar. in cons. 180. disertè affirmauit, quidquid alibi dixerit, Ecclesiam ad nulla onera teneri, ex l. Federici, & tamen non desunt Doctores, qui huic constitutioni generaliter, & indistinctè decernenti distinctiones quasdam, seù exceptiones assingant. At sicuti diximus, exactio generale nomē est, & omnia com-

ac Magistratibus ne reciperent absq; auctoritate Sedis Apostolicæ, & vt in c. Clericis, de immunit in 6. Bened. verò XI. per extrau vn. de immun. constitutionem Bonifacij ita temperauit, vt talem excommunicationem non incurrerent, nisi exigentes, & adiuuantes, iussitq; Prælatos, & alios clericos obseruare, quæ ea de re in Concilio Lateranensi præscripta sunt. At Clemens V. in Clemen. vn. eod. tit. constitutiones Bonifacij, & Benedicti sustulit, iussitq; eiusdem Concil. Lateranen. decreta tantùm seruari, quæ tamen Bonifacij, non dicam constitutio, sed ea quæ in ea præcipuè decreta sunt, à Leone X. renouata fuere in Concil. Lateranen. vt inferiùs referemus.

In hac collectione Gregoriana Decretalium aliud capitulum nō habemus de immunitate, de qua agimus: nisi vnum, c. 1. de censibus, quod est c. illud Sancitum, de quo superiùs egimus: quod cum in hac collectione sit receptum, tāquam generalis constitutio habenda est. Et ita consentire videtur Pontifex, quòd Ecclesia seruitia debita senioribus impendat, ex eo, quod ei supereſt à manso integro, decimis, oblationibus, domibus, areis, & hortis, iuxta Eccles. positis. Id autem videtur contra duo cap. allegata duorum Pontificū, & Conciliorum, quibus prohibentur exigi talia seruitia ab hominibus Ecclesiæ, nisi Episcopus, vnà cum clero volens exhibeat, vt ibi. Quoniam verò non censetur Pontifex, qui collectionem edidit, voluisse statuere contraria illis capitulis, maximè tantæ grauitatis, dicendum hoc loco ita impendenda esse talia seruitia, si Episcopus, & clerus voluerit, vt in ijs habetur. seruitia hæc erant obsequia, seu ministeria, quæ homines Ecclesiæ senioribus, hoc est, vt etiam vulgari sermone, exprimitur, Dominis locorum exhibere debebant; & ita agitur hoc loco tantùm de muneribus personarum ijs bonis Ecclesiæ inseruientium, quæ erant vltra mansum.

15 Post modo memoratos duos canones Fridericus Imperator edidit constitutionem circiter annum D. 122. quæ post librum feudorum descripta est cum subscriptione Honorij III. Sum. Pontif. eius pars prohibens imponi onera Ecclesijs,

rela-

relata est in C. Iustiniani, tit. de Episc. & Cleric. Item nulla. quemadmodum & altera pars, quæ irrita pronunciat statuta contra libertatem Eccles. Relatæ hæ partes sunt in Codicem Iustiniani, credo à glossatore Accursio ad studiosorum commodũ, neque tamen ita habendæ sunt, vt si simul cum alijs legibus editæ, cũ eis concordandæ essent: quæ quidem post editum Codicem annis circiter 600. sunt promulgatæ: immò sine dubio hæc lex antiquas leges correxit Iustiniani Codicis, Pontifice Honorio, ita, vt verisimile est; & Alciatus notauit, postulante, cum ei coronam Imperij tradidit. de quo Sigonius sub anno 1221. qui Honorius eodem tempore constitutionem edidit contra violatores ecclesiasticæ libertatis: quæ est c. nouerit, de sent. excom. Prohibet hæc constitutio cõmunitatibus, & personis publicis, & priuatis, hoc est omnibus; imponere Ecclesijs, locis pijs, & personis ecclesiasticis collectas, exactiones, angarias, & perangarias. Igitur Ecclesias liberas esse vult nõ solùm ab oneribus reliquis omnibus; sed etiam à realibus ipsis. ita .n. exprimit non solùm nomine collectarum, & c. sed etiam nomine exactionum generali. & cum lex posterior tollat priorem contrariam, c. 1. de cognat. spir. sequitur, quòd etiam hæc constitutio sustulerit, l. ad instructiones, & l. iubemus, & l. neminem, C. de sacros. Eccles. & si quæ sunt similes, quatenus statuebant Ecclesiam non excusari à muneribus, seu oneribus in eis contentis: vt mirum sit etiam propter hanc constitutionẽ, adhuc à nonnullis eas leges contra Ecclesiam allegari: nam & glos. in l. placet, verbo, canonicam, C. de sacros. Eccles. sentit, legem ipsam corrigi ab hac constitutione, etiam in illatione canonica: hoc est in ordinarijs oneribus, quem glos. sensum Bart. & Bald. retulerunt in ipsius legis cõmentarijs. ita etiam glos. vltima in l. de his, C. de Episc. & cler. ex qua Bar. in cons. 180. disertè affirmauit, quidquid alibi dixerit, Ecclesiam ad nulla onera teneri, ex l. Federici, & tamen non desunt Doctores, qui huic constitutioni generaliter, & indistinctè decernenti distinctiones quasdam, seu exceptiones assingant. At sicuti diximus, exactio generale nomẽ est, & omnia com-

prehendit; dicit .n.Imperator, quòd non imponant exactiones; ac si diceret, nihil velle exigi: alioqui, vt in suis legibus alij Imperatores, excepisset illationem canonicam, seu ordinariam, aut si aliud voluisset. Fridericus in eadem constitutione, vt dicebamus; grauissimis pœnis adiectis, irrita pronunciauit omnia statuta, & consuetudines, quæ contra libertatem Ecclesiæ, & personarũ Ecclesiasticarum essent introductæ, & nullas decreuit, quæ in posterum fierent. quod caput relatum est in Cod. post l. 12. de sacros. Eccl. *Cassa, irrita, &c.* Alia item addidit ad fauorem ecclesiasticorum hominum, presertim verò ad Catholicam Fidem conseruandam, & hæreses perdendas. Nam per ea sæcula post Caroli, & posterorum imperium, & humana, & diuina valdè perturbata sunt, dum Principes, & Tyranni ex Longobardis reliqui contra Imperatores Germanos sibi imperia quærunt: Ciuitates, seu communitates Italiæ, tùm inter se crudeliter pugnant, tùm Imperatori, aut Summo Pontifici repugnant: Imperatoresq; ipsi tùm Pōtifici aduersantur, tùm ius Imperij contra contumaces populos vindicāt. vt meritò Honorius contra tantas perturbationes, etiam imperatoriam legem edendam curauerit; dum Imperator ille adhuc Sedi Apostolicæ obsequeretur. Honorio autem successit Gregorius IX. qui Decretalium collectionem edidit.

Sanctionem igitur generalē pro integra immunitate personarum, & bonorum ecclesiasticorum, habemus primò in cap. secundum canonicam, deinde in hac Friderici constitutione, & ex sexto lib. Decretal.

16 Sed immunitas ecclesiastica adhuc violabatur; nam hoc saltem cōmunia, seu Rectores laici efficiebant; vt si Ecclesia bona acquireret, vel onera prò eis sustineret, vel bona ipsa alienaret, seu extra manum poneret, vt ipsi onera, seu pēsitationes ab aliena manu exigerent. quod Alex. IV. post annos circiter 40. prohibuit, vt in c. 1. de immun. in 6. habetur. ad eam .n. pręcipuè corruptelam tollendam eam constitutionem videtur fecisse, cuius interpretationem nunc per singulas partes prosequemur.

*Liber-*

17 *Libertatem, & immunitatem.*) Significat esse diuersa, vt ecclesiastici non minus liberi sint, ac cęteri; ac immunes præter reliquos.

18 *In Regno Franciæ.*) Notat glossa non propterea constitutionem ad hęc loca restrictam esse, verùm esse generalem, licèt hæc loca causam dederint.

*Scabini*) Iudices. idem nomen in cap.2. de alien.iud.mut.

*Prætextu bonorum, quæ acquisiuerunt.*) Molestia præcipuè exhiberi Ecclesijs videbatur ob bona, quæ acquirebant, non ob ea, quæ iam antea erant acquisita: & fieri ob regulā, quòd res transiret cum onere suo. vt mirum sit glossam contra mentem canonis regulam ipsam quasi exceptionem canoni addere voluisse, quam canon excludere potiùs voluit nam alioqui capitula à glossa citata nihil probant contra generalem, & integram immunitatem. ea .n. vel ciuiles sanctiones correctas continent; vel decimarum ius, quod ab oneribus laicis differt. Quod autem ex Ioanne Mon. adnotatum est, inferiùs ostendemus ad rem non facere.

*Extra manum suam ponant.*) Latiorem significationem habet hæc locutio, quàm alienandi, vel distrahendi: nam ideò inferius alienandi verbum ei additur. vide Io. Andr. hìc, qui commodantem, & deponentem extra manum ponere dicit. Obseruauimus in constitutione quadam Papiniani Episcopi Nouariensis, editam anno 1297. huiusmodi locutionem, *Reuocamus ad manum capituli omnes domos claustri, &c.* ea.n. videbantur alijs assignatæ.

*Taleas, vel collectas, seu exactiones quascunque.*) Omnia onera prohibet: nam exactiones, etiam ad canonica, seu ordinaria, atque realia referuntur. & dictio, *quascunque*, cuncta comprehendit, cap. solitæ, de maiorit. & obedient. in fine, cum glos.

*Imponere, vel exigere.*) Imponere ad noua, exigere ad imposita, priusquam ad Ecclesiam venirent, referas.

*Ecclesijs, personis Ecclesiasticis pro domibus, prædijs, possessionibus quibuscunque acquisitis, & acquirendis.*) Vt onera personalia, realia, & mixta, & bona, seu oneranda, seu iam onerata

libera esse intelligamus; nulla adhibita distinctione, quæ non est adhibenda, cum lex non adhibet, l. 3. ff. de off. Præf. neque verò necesse erat, vt Pontifex bona acquirenda exprimeret, si tantùm voluisset nouas indictiones prohibere, & nisi voluisset excludere eam rationem laicorum, quòd bona iam essent obligata, & onerata, antequam ad Eccles. peruenirēt: sed videtur omninò voluisse prohibere, ne quidquam auctoritate laica ab Ecclesia exigerent.

Post hanc Alexandri IV. constitutionem commemoranda esset Bonifacij constitutio, hoc est c. clericis, de immunit. in 6. sed eam diximus à Clem. V. abolitam, cuius tamen loco referemus Bullam Leonis X. quæ incipit, Supernæ, quam in Conc. Lateranen. promulgauit, sess. 9. Non dicam eum restituisse constitutionem Bonifacij, sed innouasse; quæ in eā præcipuè decreta sunt, additis etiā seuerioribus quibusdam; nam verbum, innouare, quo Leo vtitur, non trahitur ad ea, quæ sublata sunt, restituenda; sed ad vetera renouanda, & confirmanda, c. quia intentionis, de priuileg. cum similibus Soc. in cap. 10. parte 1. num. 10. de priuil. & confirmatio generalis non porrigitur ad abrogata, Bar. in l. si quis priore, ff. ad Trebell. nominatim autē ea constitutio restituenda fuisset; & ad vitam, vt ita dicam, reuocanda. Si quis autem petat, cur ea constitutio Bonifacij relicta est in corpore iuris; dicam, quia etiam lex abrogata aliquo modo potest allegari, vt docet Abb. in c. nouit, de iud. num. 23. Leo igitur X. in dicta Bulla, §. & cum à iure, rursus prohibuit Principibus, & Communitatibus, ne onera clericis imponant, neuè ab eis exigant, neque à spontè dantibus, recipiant; & ne quis ad id auxilium ferat, pœna excom. latæ sententiæ in quolibet capite adiecta, & interdicti vniuersitatibus, adiecitq; pœnā eandem Prælatis consentientibus; & præterea depositionem, & vt sint intestabiles, & inhabiles ad omnes actus legitimos: cuius Bullæ hæc verba sunt.

*Et cum in Lateranensi pariter, ac Concilijs generalibus sub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij Potentatus quicunque Regnis,*

Pro-

*Prouinciis, Ciuitatibus, ac Terris quoquo modo præsidentes, collectas, decimas, & alia huiusmodi onera clericis, Prælatis, & aliis quibuscunque personis Eccles. imponant, exigantq; neuè à sponte etiam dantibus, & consentientibus, etiam recipiant; atque in præmissis auxilium, fauorem, consiliumuè palàm, vel occultè præstantes, in excom latæ sententiæ pœnam eo ipso incidant. & ipsæ quoq; Respublicæ, ac Communitates, & vniuersitates, circa hoc quomodolibet delinquentes, Eccl. eo ipso subijciantur interdicto. Prælati, etiam præmissis absq; Rom. Pont. expressa licentia vltrò consentientes, excommunicationis, & depositionis pœnam ipso facto incurrant, statuimus, & ordinamus, vt de cætero talia præsumentes, etiam si (vt præfertur) qualificati fuerint, vltra supradictas pœnas, quas contrauenicndo eo ipso incurrere volumus, & innouamus, quòd ad omnes actus legitimos inhabiles, & intestabiles habeantur.*

Canonem memoratum Alex. adeo apertum pro integra immunitate Ecclesiæ non potuit videre Innocen. vt superius diximus, Eundem puto nō vidisse Bartolum, neque Baldum, vt inferius dicemus; vt minùs mirum sit, eos Doctores pro integra immunitate liberiùs non fuisse locutos. mirum verò & indicium graue est eius mentis, quam quidam ad quæstionem immunitatis attulerunt, hunc canonem citari à quibusdam veluti à Calder. conf.7. de const. ad probandum, quòd bona facta tributaria per statutum, transeant ad Eccles. cum onere tributi: hoc est ad ad probandum illud, quod non solum Pontifex non decernit, sed potiùs prohibet.

19 Ad ea, quæ superius allata sunt pro integra Ecclesiæ immunitate, consuetudinem Prouinciæ huius addimus, quæ consuetudo pro priuilegio esse debet, c. super quibusdam §. præterea, extr. de verb. signif. cum glos. & citatis in ea. Et ita interpretatur Bald. in l. omnes, num. 3. C. sine cens. & reliq. nam ex nullis bonis Ecclesiarum, vel locorum piorum, vt omnes norūt, tributum, aliudue, onus hic præstatur, nisi fortè ex aliquibus per hoc tempus acquisitis, quo Eccl. iurisdictione, & immunitate oppugnata, administratores, aut Prælati non potuerunt, aut ausi non sunt eam tueri. Cum igitur nullum onus Eccles. sustineat ex bonis, quæ iamdiu possidet:

apparet maiores nostros nulla onera ab Ecclesijs, nec ob id quidem exegisse; quòd iam imposita essent, antequã ad Ecclesias peruenirẽt;& cum onere suo transire deberent; nam bona ipsa, & priùs in potestate laicorum, & onerata fuisse, dubitari non potest; siuè oneribus illis perpetuis realibus, siuè alijs, quæ nunc contra Ecclesiam inducuntur. Quòd si quis dicat, Italiam immunem fuisse à tributis, ficuti indicat Vulpianus in lib. 1. ff de cens.& propterea prædia sine onere ad Ecclesiam ab initio transijsse: leges autem, quæ de oneribus canonicis, seu Fiscalibus, hoc est ordinarijs mentionem habent, de Ecclesijs Prouincialibus agere, quemadmodum 20 in l.de ijs, C.de Episc. & cler.apparet. Primò, dicimus, Italiam non fuisse prorsus immunem,& quasdam Italiæ Regiones minus etiam immunes, quod ex Sigonio lib. 1. de antiqu. iur. Ital. cap. 21. in fine apparet: maximè autem regio hæc nostra immunitatem non habuit, quæ Italia non continebatur, sed Gallia citerior appellata, Prouincia facta fuit: de quo idem Sigonius eod. libro, capite 24.& 26. Quòd si etiã Italia, & hæc omnis regio fuisset immunis antiquitùs; tamen postquam Gothi, & alij Barbari, maximè Longobardi, eam occuparunt, & tennerũt; quis dubitet eam tributis, & exactionibus crudeliter esse vexatam? contra quam glos. affirmat in l.omnes, C.sine cens. & c.quod idem, de posteris temporibus est affirmandum, quo ea à varijs Principibus possessa fuit, seu sub proprijs Ciuitatum imperijs, earumuè Ducibus, ac Tyrannis iacuit: quorum omnium bellis, varijsq; sumptibus plurima suppeditare,& pensitare necesse erat, & propterea onera varia cuiuscunque generis imponere, & ita eius etiam generis, quæ nunc ab Ecclesia poscuntur. Bona autem, quæ nunc pœnitùs immunia Ecclesia possidet, saltem maxima ex parte, post memoratã Italiæ occupationem in Ecclesiam deuenisse cognoscet, qui fundationes Ecclesiarum inuestigabit. Ex quo fatendum est, bona cum ad Ecclesias peruenerunt, onus suum reliquisse, neque aliud eis indictum fuisse. Cum igitur bona, quæ nunc ab Ecclesijs possidentur, ex Barbarorum, Tyrannorum, ac aliorum domina-

tas immunia cuaserint, nimis indignū profectò est hoc tempore sub pijs Principibus, onerari. Nam quòd nimis nunc augeātur bona Ecclesiastica, inferiùs videbimus verum non esse; preterquam quòd non sufficit talis causa ad immunitatem vi, aut fraude lædendam.

11 Memoratæ sanctiones omnes, earumq; quas attulimus, germanæ interpretationes, & argumenta ad integram Ecclesiæ immunitatem constituendam, atque adeò stabiliendam magis confirmantur, quòd huiusmodi immunitas diuinis litteris, diuinorumq; hominum exemplis, ac documentis; ac demum iure ipso diuino confirmatur. Narratur Gen. 47. quòd cum Aegypti Prouincia; fame ita oppressa esset, vt nihil incolis super esset, præter corpora, & terram, Ioseph Prouinciæ illius administrator pro Rege Pharaone, emit à singulis possessiones, ita vt Aegyptum vniuersam Regi acquisiuerit: cumque eam colēdam incolis postea tradidisset, quintam partem frugum Regi iussit dari. In quo tamen excepti sunt Sacerdotes, quibus, ne cogerentur suam terram vendere, cibaria ex horreis publicis præberi voluit: & cum vniuersa Prouincia quintā partem etiam posteris temporibus Regi persolueret; terra Sacerdotum libera mansit, ac immunis, tantùm abest, vt tributis, vel oneribus terram Sacerdotum presserit; vt neque eam alienari voluerit necessitatis tempore; neque quintam partem fructuum acquirere, sed potius eis alimenta de publico præbuerit. Narratur etiam lib. 1. Esdræ c. 7. Artaxersem Regem Persarum, cui seruiebat Populus Israel, edixisse, ne vectigal, tributum, aut annona imponeretur Sacerdotibus, Leuitis, Cantoribus, Ianitoribus, Nathinæis, aut Ministris domus Dei. Quæ quidem licèt præcepta Diuina nō sint; haud tamen sine causa, & mysterio talia exēpla, & testimonia in scripturas sanctas relata esse credimus, vt ideo non immeritò dicta sit immunitas ecclesiastica esse iuris Diuini. Eamq; fuisse Domini sententiam Gratianus affirmare veritus non est, dum post capit. tributum huius quęstionis, facto illo Iosephi, & Pharaonis commemorato; *Domino, inquit, ex tunc pronunciante Sacerdotes in omni gente*

*liberos esse oppòrtere.* Atque ita Deo placuisse illud indicat, quod per Iosephum sanctissimum Patriarcham, & Esdræ optimi Sacerdotis, & Scribæ officio ea immunitas decreta est. Et valdè absurdum esset, vt Ecclesia nunc minus libera esset, quàm fuerint Sacerdotes, & Ministri Domini sub Pharaone, & sub Rege Artaxerse. Quòd si quis requirat hac in re præceptum Domini, id non potuit in scriptura sancta haberi; quia sub Principibus à Domino constitutis nullum tributum Dominus decreuit, seu approbauit, vt ex eo posset excipere Sacerdotes, eorumuè bona. Sed tributum tantummodo permisit in populos exteros subiugatos, vti legitur Deuteronom. cap. 20. & alibi. Et si quid munerum, seu onerum in veteri lege apparet, Sacerdotes, & Leuitæ immunes, quoq; declarati sunt. Nam videmus Num. cap. 1. numerari viros omnes reliquarum Tribuum militiæ aptos: excipi autem Leuitas, tanquam à militia immunes, & sacris addictos. *Tribum Leui*, ait Dominus, *noli numerare, neque pones summam eorũ cum filijs Israel: sed constitue eos super Tabernaculum testimonij, & cuncta vasa eius; & quidquid ad cæremonias pertinent, &c.* Illud etiam satis immunitatem significat, quod cap. 3. dicit Dominus. *Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito, eruntq; Leuitæ mei.* Si suos appellat Dominus Leuitas præ cæteris; vultq; eos in sacris rebus, & operibus occupatos, intelligimus etiam eos velle à cæteris immunes. Quidam, quia Dominus noluit Leuitas habere partem in terra cum filijs Israel; sed decimas & primitias tantum, Num. cap. 18. arguunt debere ab ecclesiasticis tributa solui; aiunt. n. possessiones Ecclesiæ præterea datas, vti non debitas, oneribus debere subijci. Abb. in c. 1. de constit. sed non video quo modo id sequatur. Primò, licèt Leuitæ partem non habuerint, vt aliæ Tribus, habuerunt quadraginta octo Vrbes, cum Suburbanis; & ita partem aliò modo habuerunt, Num. cap. 35. Iosu. 21. Deinde si bona Ecclesia possidere potest, vt Catholici omnes sentiunt; ea omninò, vti Domino consecrata, immunia esse debent. Assignatio quoque decimarũ immunitatem potius indicat, cum ea sine opere, ac labore percipiantur. Adde, quòd, quia

hodie

hodie decimæ non soluuntur, nisi ex modica parte, & possessiones loco decimarum Ecclesia habet, meritò possessiones eorum immunes esse debent: quas etiam non inuiti traderet clerici, si eis decimæ restituerentur. Sed Diuini iuris esse hanc immunitatem postea liberè pronunciauit Bonifacius VIII. de oneribus agens in c. quamquam, de censibus in 6. *Cum igitur Ecclesia, ecclesiasticaq; personæ, ac res ipsarum non solum iure humano, quinimmò, & Diuino à secularium personarum exactionibus sint immunes, &c.* Quod tamen glos. ad memorata diuinorum librorum exempla refert. Ante illum Alex. III. idem videtur affirmasse in c. non minus, de immun. Eccles. dum ait; *Deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videtur, quam sub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat.* Ergo ex legis Diuinæ notitia immunitas sacerdotio datur, & eius rebus, qui canon ad hoc citatur etiam ab Archid. in c. quamquam, de censib. Concilium quoq; Coloniense idem præclarè pronunciauit, par. 9. cap. 20. Immunitas. *Eccl. vetustissima res est, iure pariter diuino, & humano introducta; quæ in duobus potissimum sita est primum, vt clerici illorumq; possessiones, & bona à vectigalibus, & tributis, alysq; muneribus laicis libera sint, &c.* Quod Concilium licèt sit Prouinciale; quantæ tamen auctoritatis sit tot Patrum in Dei nomine congregatorum sententia, facilè omnes vident. Sed & Concilium Generale Lateranen. sub Leone X. idem confirmat sess. 6. in Bulla, quæ incipit, Supernæ, §. cum & fructuum, vbi pronunciat Pontifex cum Concilio bonorum ecclesiasticorum administrationem ad ipsum, & ad eos, qui ea possident, pertinere: Principes autem sæculares, etiam Diuino iure prohibente, sese in eis intromittere non debere. Postremò autem sacrum Oecumenicum Concil. Trident. sess. 25. cap. 20. dum Principes ad Ecclesiæ iura tuenda monet, tùm sacros canones, & Apostolicas sanctiones in fauorem Ecclesiasticæ immunitatis, & contra violatores editas innouat; tum Ecclesiæ, & personarum ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus cōstitutam dicit, in qua quidē etiam bonorum ecclesiasticorum immunitatem contineri dubium

bium

bium non videtur, maximè si totius decreti verba legantur: & ita ostendit eadem loquendi ratio in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. nimirum cum dicimus Ecclesiarum immunitatem, etiam eius bonorum intelligi: hanc immunitatem esse iuris Diuini, Doctores quoq; affirmarunt in dicto cap. quamquam, de censibus in 6. Archid. Anchar. Gemin. Francus, Abb. quoq; in c. non minus, de immun.

Ad hoc confirmandum valet illud argumentum, quòd quidquid Deo cōsecratum est, sanctum sanctorum est Domini, Leuit. 27. Num. 28. quòd refertur in c. nulli, 12. q. 2. & etiam ex legibus ciuilibus diuini iuris sunt, & nullius in bonis res sacræ, l. 1. ff. de rer. diuis. talia sunt bona Ecclesiæ, ergo diuini iuris sunt, & libera à potestate laicorum. Scimus esse Catholicos Doctores, qui negent immunitatem hanc esse iuris diuini: canonici quidem iuris Doctores communi sententia affirmant: Theologi verò nonnulli negant; quibus satis respondet Bellarm. controuers. tom. 2. lib. 1. de cler. cap. vlt. & Azor. in 1. par. Instit. lib. 5. cap. 12. quos Lector videre ne grauetur, vt hic repetitione earum disputationum supersedeamus.

22 At naturali quoq; iure eandem immunitatem niti, id suadet, quòd ea verè apud omnes ferè gentes, vt Gratianus interpretatur, videtur obseruata. nā præter memorata exempla Pharaonis, & Regis Persarum, qui naturali instinctu ad ita iubendum, seu consentiendū moti videntur; extat exemplum veterum Gallorum; *Quorum Druides sacrificijs, & religioni præfecti* (ait Cæsar lib. 6. belli Gallici) *à bello abesse consueuerunt, neq; tributa vna cum reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem.* Eorumq; disciplinam idem ait ex Britannia translatam: vt intelligamus etiam Britānos talem immunitatem conseruasse. Commemorat etiam Plutarchus in Marcello, legem Romanam fuisse, vt Sacerdotes à militia essent immunes: dū ait ex nimio timore Gallorum exceptionem apposuisse legi; vt in tumultu Gallorū immunitas cessaret. quam immunitatem in cæteris quoq; habuisse credibile est, licèt leges non extent, quas plurimas perijsse

docti

docti viri sæpè quæruntur; neq; verisimile est, populum humanitati, ac religioni præ cæteris deditum in hoc humanitatis, ac religioni officio à Barbaris esse superatum. Ex quo apparet Principes non tàm concessisse clericis, & Ecclesiis, seu donasse immunitatem; quàm persoluisse, licèt cum imminutione, quòd ijs debebatur, vti consentaneum iuri naturali. Et certè quo lumine cuncti homines supremũ numen, & diuinam potestatem agnoscunt supra omnia terrena, eo quoq; intelligunt, Ministros, & Sacerdotes eiusdem numinis, & bona, quæ ad eos alendos, & ad Templa numinis ipsius conseruanda, & eius cultum procurandum necessaria sunt, immunitatem ab humana potestate meritò poscere.

Cum ita se habeat bonorum Ecclesiasticorum immunitas humano, & diuino iure communita; Doctoresq; omnes fateantur, nullum esse ius potestati laicæ in eis, vt oneribus grauari possint. Doctores tamen cupientes bona ecclesiastica aliquo modo subijcere oneribus, quorum certè mirabile studium in hoc genere apparet; rationem inierunt, vt ea saltem obnoxia oneribus facerent, antequam ad Ecclesiam peruenirent, vt ita postea tenerentur, postquã ad Ecclesiam peruenissent ex regula illa, Rem transire cum onere suo.

23 Et ita licet fateãtur bona ecclesiastica esse immunia humano, & diuino iure; nõ effici tamen volunt, vt onera eis iniustè imposita non ferant. Atq; ea ratio triplex videtur apud eos, & tres quasi gradus constituuntur obligandi bona. Alij bona tunc obligata, & onerata dixerunt, quando Princeps prius eis tributum certum, & perpetuum indicit; puta si, vt Felinus ait, impositi sunt duo denarij pro tornatura terræ quolibet anno in perpetuum; ac si dicamus ex consuetudine nostra, pro qualibet pertica, seu modio terræ. Secundus gradus est, vt statuto Ciuitatis, seu lege decernatur, vti fecerunt Perusini, omnia prædia esse obligata oneribus: tunc enim aiunt, cum ea lege, & obligatione trãsire ad Ecclesiam, vt onera omnia subeant, quæ postea indicentur: siue, vt Eugubini, qui omnia prædia donari voluerunt Cõmuni, à quibus postea singuli receperunt cum obligatione onerum, &

cum

cum facultate alienandi. Tertius gradus est, vt bona omnia Commune describi,& æstimari iubeat, ita vt pro æstimationis, & pretij summa cuique attributa, cuique etiã onerum, quæ imponi contingat, pars attribuatur. Prima ratio imponere videtur onus predijs: secunda apta, seu habilia prædia reddere ad ea sustinenda: tertia vero, modum contributionis præparat. In prima specie omnes ferè Doctores consentiunt cum tali onere rem transire ad Ecclesiam. In secunda, & tertia dissentiunt grauiores Doctores; & omninò sententia est magis recepta;licet recentiores contra conati sint pugnare. Nos, vt nobis videmur, omni alio studio remoto, veritati tantum studentes, repugnantibus licet omnibus ferè Doctoribus,sanctionibus tamen ciuilibus,& canonicis,quas superiùs explicauimus, atq; ipsa ratione freti, nullam rationem valere existimamus, vt bona postquam ad Ecclesiam peruenerint, possint tributis, aut oneribus quibuscunq; obnoxia facere. Posteriores recentium Doctorum rationes, cum ipsis etiam ciuilibus legibus veterum pugnãt. Prior verò illa ratio, & cum lege Federici, & cum sacris decretis, & cum iure ipso diuino, quibus bona Ecclesiastica immunia esse pronũciata sunt, & ab omnibus tributis, & exactionibus libera: quod quidem non esset, si aliquo onerum genere prçmerentur.

Videamus igitur, an huiusmodi regula valeat in hac materia immunitatis,cum res profana fit sacra:& primò an valeat in primo illo gradu, quando tributa certa, & perpetua indicta sunt à Principe, cum quibus vti cum onere affixo voluerunt glossæ,non vno in loco;& Baldus alioqui Ecclesię satis æquus; alijq; ferè omnes bona ad Ecclesiam transire. Dicimus autem hoc onus ita impositum adeo rei affixum non esse, vt secum ferat, cum ad Ecclesiam venit. Ac si quidem ad id imponeretur, vt immunitas Ecclesiæ eluderetur, iam factum condemnandum esset, tanquam in fraudem Ecclesiæ, ex doctrina mox explicanda. Verum etiam si ad id non fiat, sed alia, iustaq; de causa, tamen tale onus secum non feret: nam cum res venit ad Ecclesiam, ibi id priuilegiũ, & ius

res

res ipsa obuium habet, quòd contrà ipsum onus propriè introductum est; idq; grauiori auctoritate, quàm Principis cuiusuis; & ideò onus illud deponatur, & relinquatur necesse est: neque id mirum ex ea quoque ratione, quòd rei mutatur status, quæ ex profana fit sacra. Regula vera est, Res transit cum onere suo, sed habet suas exceptiones. fert onus quo potest, & quousq; non impeditur legitimè. Principi ius est tributa bonis subditorum indicere, donec ea sunt subditorum, non ita tamen, vt iuri, ac priuilegio possit officere, quibus immunia bona Ecclesiastica redduntur. quæ quidem verè non dicerentur immunia, si tributa quocumq; nomine præstarent. exemplis quoque hoc demonstratur. Homo quilibet addictus est Principi suo, vel Reipub. ita vt eius iudicium, & imperium recusare non possit; neq; negare ei obsequia, & seruitia legitima domi, & militiæ; sed si sacris initietur; aut verò Deo sese dicet in ordine religioso; cessat illa obligatio, quia ex ea mutatione status homo fit immunis, iamque profana potestas in eum imperium non habet, vt notissimi iuris, est tex. de foro compet. cap. 1. 2. 12. & alijs. Quin etiam cessat ius priuatum, quòd fortiùs est, quā Principum, qui habent tantum dominium vniuersale. Seruus si ordinetur, statim ab imperio consueto Domini liber est; licèt Domino quædam actio reseruetur pro eo, quòd eius interest, l. non distinguimus, ff. de recept. arbit. Arbiter, qui aliàs cogendus est, obueniente sacerdotio, nō cogitur dicere sententiam: quòd non solùm honori personæ, sed maiestati Dei deberi, ait ibi Iurisconf.

Atq; eò minus oneri locus est, cum ad Ecclesiam res venit; quia sequeretur, Ecclesiā esse laico Principi subiectam, quòd falsum est; exactio .n. oneris est signum subiectionis, glo. in c. tributum, 23. q. 8.

Immò sequeretur ius Principis, quo onus rei imponitur, præstare iuri canonico, & diuino, quo res Ecclesiæ oneribus, & tributis eximuntur.

Præterea etiam si priuilegium res non habeat, fit tamen, vt res cum ad priuilegiatum peruenerit, diuerso iure censea-

featur. exemplum est in l.cum quidam, §. si debitores, ff.de vsur. vbi debitores, qui vsuras minores semissibus præstabant, postquam ad fiscum transierunt, semisses cogendi sunt præstare.

Ex constitutionibus Dominij Mediol. qui duodecim liberos habent, immunitate bonorum fruuntur, etiam eorum, quę acquirunt, saltem vsque ad certam quantitatem constitut. lib.4 de immunit. ita necesse est, vt quæ res erat onerata, reddatur immunis, cum peruenerit ad habentem duodecim liberos, quid mirum igitur, si priuilegium Ecclesiæ id efficit. Nam licèt ea immunitas duodecim liberorum sit onerum extraordinariorum tantum, homo tamē ille etiam extraordinarijs alias subiacere debebat.

Facit etiam ad hoc regula contraria cum argumento à contrarijs, nā mutatione possessoris res amittit priuilegium, si Ecclesia, quæ non soluit decimas, vendat prædium alteri non priuilegiato, hic decimas solueret, c. à nobis de decim. si quis emit rem à fisco, non tamen fruitur immunitate fisci, l.locatio, §.fiscus, ff.de public. Item si res Ecclesiæ immunis alienetur, & fiat profana, in onera relabitur: facit glo. penul. in c.generaliter, 16.q.1. Bart. in l.per procuratorē, de acquit. hæred. & in l.locatio. Neq; inusitatum est, rem descriptam inter eas, quæ subijciuntur oneribus, ex causa deleri, nam & quæ sterilis effecta est, inde tollitur, seù minuitur pro eo, quo deterior facta est, l.forma, ff. de censibus Petr. de Perusio in tract. de collect. in ea parte, quæ dicitur consil. primum in princip.

Quod autem quidam probant ex Io. Andr. quodam exemplo hominem transire cum certo vinculo ad clericatum: sit ita, vt dicunt: sufficit respondere, quod loco, seù causæ, ad quam res venit, non est datum priuilegium contrarium, vt in casu nostro.

Quod etiam dicunt, quemadmodum si pacto, aut alio actu priuato sit onus adiunctum rei, cum eo transit ad Ecclesiam: itidem respondemus, Ecclesiam non habere immunitatem ab eiusmodi oneribus ex pacto prouenientibus, sicuti

ab

ab alijs, de quibus agimus. sumptum autem videtur hoc argumentum à Io. Mon. qui tamen in c.1. de immun.in 6.non argumentatur ex eo contra immunitatem, sed dicit,quod si possessio censualis peruenit ad Ecclesiam, census debetur, quia res transit cum onere suo: census autem, de quo loquitur, est debitum, seù obligatio priuata, à qua non datur immunitas, & ita indicat l.vnica, C. rem alien. quam allegat. de tali censu agit glos. c. in c. constitutus, de relig. dom. Ad id etiam probandum affert axioma illud concedentem dare tantum ius, quod habet ex l. tabernas, ff. de contrah empt. quod item male Doctores à priuatis actibus ad tributi obligationem transferunt: nam quod homo priuatus non habeat ius negandi tributum Principi, & ideo non possit alteri dare, non ideo sequitur, quod Ecclesia non habeat, quę non ab illo concedente tale ius consequitur, sed habet ab Ecclesię summa potestate, immò à Deo. At quod idem auctor ibi affert de re infeudata Ecclesiæ collata ex tit.54. de alod. fœud. lib.2. quod fœudum amittitur, nisi per gratiam Ecclesię rursus recipiatur, pro immunitate facit.

Si quis verò opponeret, ex priuatorum tamen conditione obligari Ecclesiam posse ad onera, non obstante priuilegio, sicuti Felin. probat in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. nu. 77. dicimus, quod ex priuati conditione ad omnia onera Ecclesiam posse obligari, non miramur. veluti si quis leget fundum Ecclesiæ cum tali conditione: tunc enim ex conditione hominis priuati obligatio illa ad onera priuati pacti naturam induit, publicæq; indictionis vim ammittit. cui priuilegium obstat immunitatis, non autem conditionibus priuatorum, licètq; cuiq; rem suam donanti conditiones, & onera adijcere pro arbitrio suo; quia est verè dominus. non est autem Principis tale dominium, qui neque occupare, neque alienare potest bona subditorum, sed generale quoddam dominium tantum habet, ita vt etiam possit iustè onera indicere.

**Potest & hoc à nobis allegari, quod qui statuerunt mansum, & certa alia Ecclesię bona non debere dominis seruitium**

tium aliquod, vt in c. sancitum iam sæpius nominato; iam regulam in ijs violarunt, vt transeat sine onere ad Ecclesiam, itaque non mirum, si in cæteris quoq; regula habet exceptiones.

Doctrinam hanc, quòd neq; in hoc casu, neque in alijs res transeat cum onere, quando ad Ecclesiam transit, pia, & prolixa disputatione confirmauit Io. Hierony Albanus, postea Cardinalis, in libello de immunit. ad Iulium III. quæ erit primo loco posita in subsequenti tertia parte, & eadem ferè scripsit ad Bart. in l. hæres, ff. de iud. est etiã præclara doctrina Abbatis in cap. dilectus filius, 34. de præben. num. 3.

Et quamuis communis Doctorum sentẽtia videatur huic contraria, vt tamen hanc veriorem putarem, & sequerer præter memoratas auctoritates; hæc me præcipue impulerunt: Argumenta, ni fallor, solida, quibus hæc confirmantur, & contraria refutantur, quæ superius breuiter retulimus. Religionis causa, cui semper magis fauere debemus, cum etiam I. C. summam esse rationem pronunciarit, quæ pro religione facit, l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. fun. Pietas illa, quæ nos ad tutiorem opinionem inuitat. Indicia nimij studij, vel potius cupiditatis Doctorum ad immunitatem Ecclesiæ imminuendam; ita vt etiam conscientiæ suæ timere se non dissimulent: atq; nõ tam quærere veram opinionem sese ostendant, quam suam quoquo modo stabilire; velleque laicis consulere passim conquerentibus in dies se magis premi indictionibus onerum. qui quidem dum sese contra immunitatem Ecclesiæ propterea conuertunt, nihil aliud agunt, nisi cum bonorum iactura animæ detrimẽtum cumulant. Et verò minimè integra videretur immunitas Eccles. bonorum, si consueta profana onera relinquere non possent.

Verum vt Ecclesiam obligare conarentur etiam ad onera futura, & collectas; Rectores, seu Communitates quædam, vt superiùs tetigimus, statuta fecerunt, vt omnia bona locorum ad sese pertinentium, essent tributaria, & oneribus obnoxia, vt ita non possent sine tali nexu ad Ecclesias transi-

re:

re: alibi verò effecerunt, vt singuli incolæ bona sua communi venderent; à quo postea reciperent oneribus obligata. Illud Perusinos fecisse ait Bart. hoc verò Eugubinos, & hic secundus gradus est, in quo dicebamus, bona fieri apta, seu habilia ad onera: sed si ipsa impositio certorum onerū non valet; sicuti probauimus, vt ea portentur ad Eccl. immunem; multò minus valebunt hæc statuta, quæ non imponunt onera, sed ad ea habilitatem inducunt tantùm.

Atq; nihil egisse talibus statutis, & inuentis communitates dicimus: quandoquidem in fraudem iuris, & sanctionum id factum est, quibus immunitas Ecclesiæ decernitur: & ea ipsa, quæ in hoc genere fiunt ad bona obliganda, sunt, indirectè saltem, contra immunitatem Ecclesiæ, & sic illicita, & anathemati obnoxia. Circumueniunt enim sententiam legis, quæ est, vt bona Eccles. sint immunia, licèt non faciant contra verba legis: & hoc est in fraudem legis facere, l. 29. & 30. ff. de legib. nam cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, c. cùm quid 84. de regul. iur. in 6. ita confirmat Bald. optimè in l. omnes, nu. 8. C. sine censu, & reliq. quod etiam obseruauit bonus Doc. Silu. in summ. verbo immunitas 1. 1. nu. 6. At dicunt quidam fraudem non præsumi rectè; iam euidens est fraus: cuius inuenti non legimus auctorem fuisse Bart. vt quidam affirmant: exempla tamen ea affert in l. rescripto, §. sciendum, ff. de mu. cumq; l. placet, & in repet. num. 4. dixisset Ecclesiam debere soluere tributa certa, & iam imposita, quia res affecta esset antequā perueniret ad Ecclesiam: postea in d. §. sciendum, cum dixisset, quòd collectæ non possunt imponi clericis, quærit vtrum sit remedium, quo Eccles. possit imponi collecta pro earum possessionibus: & fatetur nullū esse pro iam acquisitis, quia non potest fieri lex contra libertatem Ecclesiæ. Verùm pro acquirēdis dicit fieri posse statutum exemplo Perusinorum, vt prædia omnia sint tributo obnoxia; ex quo postea illis, si ad Ecclesiam peruenerint, possint collectæ indici; addēs Eugubinos ampliùs effecisse, vt diximus; aitq; eiusmodi cautelas fuisse necessarias; quia adeo Ecclesiæ ditabantur, vt nōn

remanerent possessiones ad onera Ciuitatis ferenda. Quæ tamen inuenta, cum sentiret fraudi esse Ecclesiasticę immunitati, subdidit in eo saluam velle determinationem Sanctæ Matris Ecclesiæ; *Quæ*, inquit, *si aliud determinaret, ego quoque aliter determino*. Atque in fine dictæ repetitionis, l. placet, quæren. an collecta, quæ non potest imponi clericis, possit imponi eorum famulis, vel colonis; respondet, non posse; quia ita fieret fraus legi. Ex quibus apparet primò, hunc Doctorem non tam veritatem immunitatis inuestigasse, quàm ex indulgentia quadam erga laicos remedium quæsiuisse ad immunitatem imminuendam; dum talia statutorum exempla proponeret. Demum verò religione commotum contra eiusmodi statuta, Ecclesiæ ipsius determinationem iam sequi professum fuisse. Cumq; Ecclesia per Alexandrum IV. in dicto c. 1. de immunit. in 6. aliud quoq; ipsius mutatam dicemus; imò in cons. 180. affirmat Eccles. ad nullam onera teneri, ex lege Federici Imper. Quam Pontificis Alexandri constitutionem, cum videam Bart. non commemorasse; conijcio sextum librum Decretalium à Bonifatio VIII. editum fortasse nondum ipsius tēpore in vsum Gymnasiorū illorum inductum fuisse: nam non multò post eam editionem floruit Bartolus; quod de Baldo quoq; potest affirmari, qui itidem eam constitutionem videtur ignorasse, & ex his apparet, in hac quæstione neque Bartolo id esse tribuendum, quod pleriq; putant: neque omninò eam fuisse eius stabilem sententiam, quam affirmant.

Huiusmodi statuta Baldus apertius reprobauit in d. l. placet, dicens, tales esse fraudes, & figmenta in præiudicium Ecclesiarum, Bartolumq; ea de re reprehendit, & ex eius dictis etiam in l. neminem, eod. tit. de sacros. Eccles. & in l. omnes, C. de censu, & reli. colligitur non posse fieri, vt Ecclesia obligetur ad collectas, quę sunt onera extraordinaria; etiā si ordinatio, statutum, seu lex generalis præcedat impositionem collectæ; quia licèt ea lex cautam generalem præbeat collectis futuris; iussio tamen, & obligatio tum certa oritur, & forma ipsa grauaminis inducitur, cum eæ imponuntur. &
si tunc

si tūc Ecclesia possidet, iam exēpta est à laicali iurisdictione; fatentur .n. omnes nullum ius esse laicæ potestatis in bonis Ecclesiæ, & ita fieri non posse, dicit Bal. vt collecta fiat onus ordinarium, quod recentiores quidam cōtra satis apertam veritatem, & tanti Doctoris explicationem agnoscere nolūt. Aiunt onus extraordinarium posse fieri ordinarium, verum est, si Princeps faciat, sed vidēdum, an in specie fecerit: neq; aliud probat l. 1. C. de indict. lib. 10.

Vide omnino, quæ hic Doctor scribit in d. l. omnes, nu. 8. vbi tantò minùs perspicies valere descriptionem, æstimationem, aut allibrationem, vt isti loquuntur, ad hoc, vt prædia illa descripta sint affecta, cum ad Ecclesiam transeunt, qui est tertius gradus à nobis propositus, & quædam præparatio ad contributionem æqualiter faciendam. Ita concludit Baldus licèt canones non citet, nisi c. si tributum. Obseruo autem hic paululum digrediens, quod in d. l. omnes, nu. 7. sentiens Bald. eiusmodi ordinationes de collectis futuris esse contra libertatem Ecclesiæ, contra affert generalem hanc rationem Ecclesiam habere prędia ex l. humana, cum habeat decimas ex diuina; ideò statutis humanis eā subijci, & hoc ex gloss. in l. munerum vlt. ff. de mun. in verbo Pontifex: Doctrinam illam de obligādis bonis ad collectas per statuta antobedētia etiam si postea ad Ecclesiam perueniant, reprobat Bald. alijs argumentis, vt dixi: sed quia rationi de lege diuina, & humana, quam allegat, non respondet; & ea talis videtur, vt totam immunitatem bonorum Ecclesiæ, præter decimas, perturbare possit. nos respōdemus, quòd ea glossa non benè talem doctrinā colligit à falsa Religione, vt ad veram Religionem applicet, & tamen, quia probabilis prima facie videtur, vt ea non solùm Baldus, sed etiam Turrecremata in c. si tributum vsus fuerit: dicimus eam fallacem esse; nam primò falsū est, Ecclesiam habere prædia ex lege humana: immo habet, vel ex lege diuina veteri; quæ hominum commercia, & possessiones probauit; & Leuitis 48. vrbes cum suburbanis assignauit: vel ex iure gentium, quod est hominibus quodāmodò naturale ex quo rerum diuisio, & commercia humana

 pro-

profecta sunt; vt Iurisconsulti quoque docuerunt: sunt enim sacrorum canonum: & ideò ex hoc capite non subijciuntur eius bona legibus laicorum. Praeterea bona ecclesiastica sunt immunia, non ex ratione contractus, sed ex priuilegio possidentis: & quia cum Ecclesiae sunt facta, sacra sunt, & Deo consecrata, quisquis ea dederit, meritò immunia sunt. Decimae, & oblationes maiori ratione sacra, & immunia sunt, quia iure diuino propriè datae sunt: sed non ideò non alia quoque sacra sunt, & immunia. Alioqui si ratio illa legis humanae valeret, etiam cum Ecclesiae bona effecta sunt, ita iuri humano subiecta essent, vt semper possent imponi noua onera, quod ne aduersariorum quidem quisquam asserit.

Sed vt redeamus ad propositam quaestionem, statutis illis, & descriptionibus, seù aestimationibus non posse fieri, vt bona, quae ad Eccl. transeunt, oneribus grauentur, praeter Baldum docuerunt Archid. Geminianus, Io. Andreas, Ancharan. Francus in cap. 1. de immunit. in 6. Abb. in c. fin. de vita, & hon. cleric. nu. 12. Ludouicus Rom. in l. si publicanus, ff. de publ. Felyn. in c. Ecclesia S. Mariae, de constit. nu. 76. Bartol. quoque in cons. 180. in hoc genere fauet Eccl. contra quam alibi videatur, negans clericos teneri ad collectas, tanquam onera extraordinaria, etiam si possessiones acquirant antea aestimatas, & allibratas: ex quo apparet grauiores, & antiquos Doctores hanc tueri opinionem.

Accedat Lancellottus Gallia, qui in cons. 59. latè probat ex communi Doctorum sententia, vt apparet nu. 112. Ecclesiã non teneri ad huiusmodi onera, licèt ipse quoq; consentiat, vt teneatur ad onera realia, & perpetua, quae imposita erant bonis, antequam ad Ecclesiam transirent. In quo rectè animaduertere nos admonet post nu. 117. nõ esse verum, quòd Ecclesia teneatur ad onera ordinaria; quemadmodũ quidã affirmant, & pronunciant: fieri enim potest, vt etiam personalia, & mixta onera ordinaria fiant, secundũ ea, quae initio huius disputationis posuimus onerum genera distinguentes. At cum tanguntur personae, fatentur omnes nul-

lum

lum esse ius potestati laicæ in ecclesiasticos. Ergo ex hac doctrina, vt Ecclesia teneatur ad onera, necesse est primò, ea esse realia; & certa, ac perpetuò affixa rei, deinde esse imposita antequam ad Ecclesiam venirent: nam si onus respicit personas, potestas deficit in Eccles. si impositio respicit tempus, quo res iam facta est Ecclesiæ, sicut euenit in extraordinarijs, non obstantibus statutis, & æstimationibus iam factis, de quibus diximus; nullum ius est laico in Ecclesiam. Animaduertendum quoque est, dum Doctores dicũt, vt prædia iam facta sint tributaria, intelligi id duplici modo; nam si facta sint tributaria, ex statuto decernẽte, vt prædia censeantur obligata ad onera; id nõ facit, vt propterea ita cẽseãtur, cũ venerint ad Ecclesiam. Si autem facta sint tributaria, ex eo, quod Princeps prius indixerit eis tributũ certum, & perpetuum; tale onus secum ferunt, ex horum Doctorum sententia. Sed nos neque perpetua illa, certa, & realia onera posse exigi, cum bona veniunt ad Ecclesiam; & inueniunt priuilegium Ecclesiæ, superius probauimus.

24 Alibi non statuta illa in fraudem immunitatis facta sunt; sed alia via eidem immunitati, & sacris sanctionibus fraus facta est: constitutionem laicam, ne bona alienentur in non subditos absq; licentia magistratus sæcularis, ita produxerunt, vt Ecclesiam quoque comprehendere velint. Idque cum palam, & apertè edicere non audeant, tacitè efficiunt: verbo Ecclesiam comprehendi affirmant, Notarios instrumenta de ijs alienationibus recipere cum pœna prohibitos terrent, ne instrumenta alienationum in Ecclesiam, locauè pia conficiant. Licentiam verò petentes, tum vectigal quoddam soluere iubent, tum fideiussorem dare de omnibus oneribus bonorum alienatorum persoluendis, sicuti venditor solebat.

In hac ratione ita inita plura sunt mala. primum est statutum contra libertatem Ecclesiæ: atque si alienatio in Ecclesiam exprimatur in statuto, omnes contra illud statuũt, affirmantq; esse contra Ecclesiæ libertatem, si non exprimatur, tunc non comprehendi Ecclesiam, Doctores communi sen-

tentia affirmant: Hi igitur, qui volunt comprehendi contra sententiam Doctorum, & contra ecclesiasticam libertatem faciunt. Alterum malum est, ob concussionem licentiæ exigere vectigal: quod licèt à venditore exigatur, soluit tamen plerumq; Ecclesiasticus, qui acquirit. Tertium est cogere immunes ad onera persoluenda, fideiussore dato: & ea quidem onera, quæ venditor solebat præstare; idest, vt Ecclesia cogatur ad omnia onera, etiam extraordinaria, licèt communi sententia Doctorum, & ipsis etiam legibus ciuilibus excepta: nam licèt à laicis hæc præstarentur alienantibus, omnia tamen redundant in præiudicium Ecclesiæ, ex quibus hi excommunicationem subeunt, ex c. nouerit, & c. grauem, de sent. excom. quia statutum contra libertatem ecclesiasticam seruari faciūt. & ex c. 1. de immun. in 6. quia Ecclesiam oneribus premunt, licèt indirectè, nam quod directè agere non licet, neq; licet indirectè, Abb. in c. dudum, de elect. nu. 17. & eo magis, quia talem fideiussorem per ipsos ecclesiasticos dari iubent. Indulgeat Lector, vt in hac quæstione, an statutum comprehendat Ecclesiam, & an sit contra libertatem ecclesiasticam, neque argumenta, quæ pro Ecclesia sunt, referam, neque contraria refellam: cumulatè id nuper præstiterunt, qui contra legem Venetam huic non omnino dissimilem scripserūt; præsertim Io. Beltramus Gueuara Archiepiscop. Salernitanus in suo propugnaculo ecclesiasticæ libertatis assertione, 1. §. tertio, & seq. & Franc. Fagnanus in 3. p. sui libri de iustitia, & validitate censur. &c. Apud hos videre licet cum plenè, latèq; examinatam, eamq; sententiam, vt in lege generaliter prohibēte alienationem in eos, qui subditi non sunt, non contineatur Ecclesia; & si comprehendatur, offendere libertatem Ecclesiæ cōfirmatam firmis argumentis, ac Doctorum circiter 40. auctoritate: cum aduersa vix tribus, vel quattuor auctoribus defendatur. Quod n. adimit Ecclesiæ, ea, quæ cæteris omnibus conceduntur, quo modo Ecclesiæ libertatem non violabit? Ecclesiam liberam esse ius diuinum, & humanum voluit à multis, quæ cæteri sustinent: & hæc est propria Eccles. libertas: quo modo ergo

patiatur, vt ipsa sustineat ea, à quibus cæteri liberi sunt: concessit libertatem propriam, quæ est immmunitas: tantò magis ei tribuit communem: nam quando dicimus Ecclesiæ libertatem, non propriè tantùm ei concessam intelligimus, sed multò magis, etiam communem cæteris, exceptis si quæ ei propriè eadem iura negauerunt, veluti vxoris, & alia similia. At dicunt laici, de personis, & rebus laicis statuunt, non de ecclesiasticis. Rectè: sed eodem actu saltem indirectè personas, & res ecclesiasticas premunt, in quibus non habent
4 potestatem, qui prohibet laico, ne vendat Ecclesiæ, etiã prohibet Ecclesiæ ne emat à laico. Sed hæc, & similia latè memorati auctores tractarunt. Paucorum verò illorum, qui senserũt cõtra Ecclesiam Princeps fere videtur fuisse, quod doleo, Signorolus Homodeus Mediolan. in cons. 21. qui tamen num. 25. & 26. excipit tam constitutionis conditionem, 5
si generaliter, & simpliciter fiat prohibitio, ne quis vẽdat, vel emat, ita vt omnia comercia vetita sint: item si expressa mentio fieret de Ecclesia, vel personis eccles. tunc. n. malitiam dicit inesse, & ideo esse contra libertatem Ecclesiæ. Postremò autem testatus est, eam alienationem statuto suo fuisse exceptam, quæ pro anima fieret. Sed non video si malum est contra Ecclesiam expressè statuere, quo modo non sit malum id tacitè facere, & ita intelligere, & exequi: conscientia. n. etiam tacito peccato afficitur, & ex eo sacræ censuræ subijcitur, non. n. agimus hic de eo, quod iudicio humano puniri possit, & ita non est hic locus illæ regulæ, *expressa nocent, non expressa non nocent*: cum de conscientia agatur, non de actibus ciuilibus: Sed potius illi, *Quod non licet vna via, non licet etiam alia*. In hac quidem quæstione caput est, videre an prohibitio hæc alienandi in Ecclesiam mala sit, & contra Ecclesiæ libertatem: nam si sit, nihil refert, verum insit, aut exprimatur, quod attinet ad statuẽtis, aut exequentis cõscientiam, refert quidem quod attinet ad agendum contra illum, vt puniatur. Ideò Doctor ille frustrà plures cartas ad ostentationem repleuit argumentis minus idoneis ad probãdum, nec hoc videbatur, quòd in generali illa prohibitione compre-

henderetur Ecclesia: nam sufficiebat probare non esse contra libertatem, si modo potuisset. Et si probasset non esse contra libertatem, si tacitè inesset; idem dicere debebat, si expresse. Igitur tum statutum ita interpretatum, est contra Ecclesiæ libertatem, & coactio illa de præstandis oneribus, quæ venditor præstabat, iniusta, & excommunicationis sententiæ obnoxia ex superiùs disputatis: maximè autem, quod attinet ad extraordinaria, & ea, quæ legibus ipsis, & Doctorum opinione excipiuntur: quæ quidem etiam videntur ipsa coactione includi. qui videtur intollerabilis error. Videant igitur magistratus, qui hæc tollerãt, & exequuntur, quomodo animam suam opinioni paucorum committant contra talem grauissimorum auctorum numerum; & quibus vinculis obnoxiam faciant.

25 Aiunt qui immunitatem Ecclesiæ ægrè ferunt, quemadmodum Bartolus quoque olim; multa bona in dies Ecclesiæ accedere: quæ si immunia seruantur, eorum onera in laicorum bona recidunt: nam Principes Fisco nolunt detrahi, quod Ecclesiæ remittitur. ita procedente tempore ad Ecclesiam tot bona peruentura, vt laici onera ferre nõ possint: iam nunc tot peruenisse, vt opprimantur. An laici ita opprimantur, nescio, id scire mihi ingenuè videor; si opprimuntur, non id euenire, quòd nimis multa Ecclesia acquirat; non dicam; quod dixit Imp. in Auth. de non alien. reb. Eccles. optimam mensuram in ijs, quæ donantur Ecclesiæ esse immensitatem. Sed non est difficile cognoscere, si quis aduertat, quæ bona hodie in Ecclesiam peruenerint. Episcopi, Canonici, Parochi nil iam emptionibus, aut donationibus suis Ecclesijs acquirunt: sed potiùs ex redditibus Ecclesiasticis consanguineis laicis multi non pauca comparant. Veteres illæ piæ largitiones iam absoleuerunt; ordinibus tãtùm quibusdam religiosis, & locis pijs acquiruntur bona, non tamen immensa, aut superflua. Monialium Monasterijs victus tantum paratur. laici sæpè Capellas ad Missarum celebrationem instituunt, & plerumq; reseruato patronatus iure, suis præparant. contra verò, qui sacerdotia magni reditus possidet,

si boni sunt, subleuant pauperes; & sæpè etiam pro laicis bona opera faciunt: si secus, aliũt laicos propinquos, etiam non egenos, vel eos ditant; in familia primogenituras; & titulos constituunt, ita vt redditus Ecclesiæ, quo liberiores sunt ab oneribus, atque maiores, ipsis laicis magis prosint. Experimentum habemus in hac Eccl. an bona Ecclesiastica nimis augeantur: librum, in quo Episcopus Guillelmus ante annos ferè tercentos iussit bona omnium beneficiorum describi: ex quo apparet ab eo tempore bona Ecclesiarum imminuta esse, beneficiorum numerum tantum auctum esse, hoc est Capellarum, quas diximus, & Parochialium, quæ tamen vt plurimum stipendijs, & oblationibus Parochianorum sustinentur. Quæ quidem augmenta tam multa non sunt, vt ne dum ad laicos, si in eos onera redundent, opprimẽdos; sed ne ad augenda quidem mediocriter eorum onera valeant. Si Principum indictis, & superindictis premuntur, non est cur in Ecclesiam incitentur. id est.n. oneri corporeo onus
26 animæ coniungere. Quòd autem Ecclesiæ remittendũ est, vtrum Fiscus remittat, an reliqui subeant, non est propositi nostri disputare. Sed Spec. par. 4. de cens. & exact. num. 9. & Io. And. in c. peruenit, de immun. dicunt, quòd ea, quæ immunis soluere debet imputantur Principi: hoc verò, quando ipse immunitatem concedit. Sed & in immunitate, quam Ecclesia, aut Deus concedit, idem dicendum est: nam immunem facere est dicere, quod soluere debebas, non soluas: & sic detrahitur exigenti, & nõ imponitur alijs: nisi Princeps super indictum decernat ad supplẽdum ea, quæ condonan-
27 tur, vt Bart. in l. semel, C. de ap. pub. lib. 10. quæ vide. Hoc non ommittam, etiam si laici subirent, non esse tamen, quod conquerantur de Ecclesia. Decimas Ecclesiæ debent ad Clerum alendum, & sacra conseruanda, vt omnes sciũt: eas absque oneribus, & sumptu Clerus possidere deberet. Si soluerent integras, Dei præceptum non puto accusarẽt. non soluunt autem maxima ex parte, quam præscripserunt; ita Ecclesia concedente, possessiones verò, & redditus, quos earum loco Ecclesia recepit, quantùm certis experimentis di-

dici

dici, redditum triplo minorem afferunt, quàm decimæ afferrent. Granorum tantummodo denunciationes, quæ fieri solent iussu Magistratuum, inspexi, quamquam nō soleant integrè fieri: idq; à Burgomanerio ad finem diœcesis versus meridiem. Vini, animalium, & aliarum rerum decimas, quæ iure exigendæ sunt, omisi. Beneficia omnia, quæ in vrbe, & prædicto spatio diœcesis sunt etiam Episcopatus, & Abbatiarum, itidem collegi. Videant igitur, quàm melior eorum facta sit conditio, & desinant conqueri, si possessiones Ecclesiæ sunt immunes. Falli me non puto in decimarum, & possessionum reddituumuè æstimatione. Possunt alij cognoscere. Equidem si pro possessionibus decimæ rursus essent recipiendæ, nihil dubito, Clerum nostrum, & aliarum quoque Ecclesiarum prompto animo consensurum.

28 Adde quòd bona ecclesiastica habent sua onera, quæ à Summo Pontifice indicuntur; & interdum etiam ab Episcopis, quatenus iura permittunt. Decimas Summus Pontifex sæpè exigit, vt videmus, ex omnibus redditibus Ecclesiasticis, cum onere non leui clericorum, qui beneficia obtinent. non ergo duplici onere grauari debet Ecclesia, l. Titia, §. qui inuita, ff. de leg. 2. maximè cum pecunia à Pontifice soleat in Christianarum Prouinciarum, & Ecclesiæ defensione impendi.

## COROLLARIVM PERLEGENDVM.

VErum hic animaduertendum, quòd cum omnia, quæ pro Ecclesiastica libertate, & immunitate extarit apud leges Cæsareas, & Pontificias, Decreta, Canones, Concilia, ac Theologos Doctores adducere impossibile pœnè, nedum difficile sit; ne frustra, molestèq; per longa asportatione, ea hic rescribantur, de peritorum sententia, sat est illa enuntiare, quò sic quisq; volens ea in proprio fonte perscrutari possit, suntq; sequentia inter alia.

Pri-

PRimò sciendum, quod priuilegium Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis est insertum, & clausum in corpore iuris, proinde nec abradi, nec violari à laica potestate potest, defectu iurisdictionis, & potestatis in Ecclesiam, Ecclesiasticasq; personas.

De hoc videatur cap. de Episc. & Cleric.

Item cap. Eccles. S. Mariæ. Cap. sacros. Eccles.

Item in Aut. Nulla communitas, & in cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6. c. de sacrosanct. Eccles. & l. placet sancimus.

Item de sent. excom. Si Iudex laicus lib. 6. C. de Episc. & Cleric. Authen. statuimus.

Item in const. Fed. de Sen. 111. in fine, nu. 10. vbi hortatur Episcopos non debere tollerare, quod Princeps Laicus nec directè, nec indirectè grauet Ecclesiarũ colonos, &c. & hoc valde obseruandum, quia illud const. 111. Federici, est Achilles laicorum contra Ecclesiasticos.

Item ex cap. non minus, & cap. aduersus de immun. Eccles. & in concil. primo, Lateranensi de anno 1180. sub Alexandro Tertiò; & concil. secundò de anno 1215. sub Innocentio III. cui interfuerunt Reges Hierusalem, Hispaniæ, Franciæ, Angliæ, Cipri, Oratores Imperij, ac alij Principes Græci, & Duces, necnon Mille trecenti Episcopi, Duo Patriarchæ, vide. Hierosolymitan. & Constantinop. quod vt Euangelium seruandum est, prout optimè notat Ostiensis, & Ioa. And. in cap. cum laicis, &c. de rebus Ecclesiast. non alienand. excommunicanturq; laici collectantes Clericos ratione bonorum. De his diffusè scribit Euerard. cons. 42. & Bursat. cons. 42. Capra regul. suis, & commun. opin. 96. num. 57. 73. & seq.

Item in cap. quæ [illegible] de censib. Boer. decis. 133. num. 3. Menoch. de Arbitr. centuria 2. casu 179. & alij, &c.

Item videatur Cæphal. com. contra com. 9. 899. nu. 72. & num. 106. qui multos in sui sent. accumulat.

Item in tractatibus nouis, in tractatu de libertate, & immunitate Ecclesiastica, parte 2. tom. 13. & ibi omnes scribẽtes.

Item in l. placet C. de sacros. Eccles. sub illis verbis. Ne prædia vsibus cælestium secretorum dedicata sordidorum munerum fece vexentur, nil extraordinarium ab hinc super indictum vè flagitetur; quæ verba similiter recitantur in c. generaliter §. Nouorum 16. q. 1.

Item in illis verbis tex. in Auth. de Eccles. titulis in § ad hæc sancimus. Sancimus omnium Sanctarum Ecclesiarum, & omnium venerabilium domorum possessiones, neq; sordidas functiones, neq; extraordinarias descriptiones sustinere, idq; totum, quia bona Ecclesiastica non sunt exempta solum, quia sunt hominum Religiosorum possidentium; sed quia sunt Deo dicata, & sacra, §. sacræ instit. de rer. diuis.

EX recentioribus autem videantur, benèq; perpendantur verba §. 18. Bullæ in Cœna Domini inter alia, neq; vllo modo somnia existimentur; etenim illorum obseruantia catholicos decet, & necessariã omninò saluti consulere volentibus est; & qui dilucidiorem illorum intelligentiam pro profectiori obseruantia; & mentis illuminatione habere voluerit, scrutetur super ea, & totam Bullam ipsam inter multos Suarezium, Alterium, Sayrum, Bonacinam, & alios; ac tandem, quæ necessariò facienda sunt hillari animo perficiatur hillarem enim datorem diligit Deus.

**Explicit Secunda Pars.**

PARS

# PARS TERTIA.

TERTIA hæc Pars continet Celeberrima aurea consilia, & responsa decisiua, rum Eminentissimorum, & Sapientissimorum Ecclesiæ Prælatorum; ne dum Sacræ Theologiæ, verum V. Summi Iuris apprime consultorum; tum etiam tot aliorum Ecclesiasticorum Theologorum Vtrumq; Ius, ciuile sil. & canonicum egregiè profitentium, ac iuxta veram humanarum, diuinarumq; legum traditionem, & contitinentiam, absq; aliqua animi perturbatione, ac immoderata passione, Catholicæ Ecclesiæ libertatem, & immunitatem patrocinantium; eamq; pro viribus in tuto, pro æquo, ponentium, quo sic tandem omni disputatione eliminata, quorumcunq; aduersantium periclitanti saluti (quod summum est) consulatur.

Verùm antequam promissa aggrediar; admirari quisq; desinat, quòd Ecclesiasticos hoc Prælatos, Celeberrimosq; V. I. Consultos Religiosos Theologos, Canonistas, & alios huc ascriptos in fine, & calce tantummodo ponendos, & adducendos reseruauerim, cum omni iure quoscunq; de more præire, ac antecellere deberent; hoc enim voluntariò, & iusto consulto factum fuit, ne videlicet laus in eorum ore proprio sordesceret,

quò

*quò sic per alios sapientes, cuiuscunq; generis, status, & conditionis; quin & per memetipsorum aduersantium sententiam pro Ecclesia, & Ecclesiasticis, eorumq; iuribus parta victoria, & pro illis ex æquo dignè, & iustè causa adiudicata, ac sententiata omnes, & quicunq; intelligerent id non sibi ipsis ipsimet Ecclesiastici, adscripsisse, aut diudicasse, sed Iure Diuino, Humano, Ciuili, Canonico, Communi, Priuilegiato, Regali, Naturali, Antiquo, Recentiori, ac omni, & quocunq; alio, etiam Ethnico, nedum catholico, ab omnibus benè sentientibus pleno ore, vna voce, ac pari animi consensu, acclamatum, diudicatum, ac sancitum fuisse.*

# Celebertimi, ac Eminentiss. V.I. Consulti Sanctæq; Roman. Ecclesiæ Cardinalis

# IOAN. HIERONYMI ALBANI BERGOMATIS.

## Luculenta, ac Erudita disputatio de Ecclesiæ, bonorumq; eius libertate, & Immunitate, ad Iulium III. Pontificem Maximum.

*Et est in initio libri Consiliorum suorum.*

## EPITOME.

**Nullo iure Ecclesia nec Ecclesiastici dimoueri, aut perturbari possunt à plenaria libertate, & immunitate ipsis, ac eorum, bonis, quoquo modo acquisitis, omni iure competenti concessa.**

## *SVMMARIVM.*

1 *ADducuntur rationes argumentatiuo modo contra Ecclesiæ immunitatem, quòd scil. astringi possit laicorum statutis ad tributa, & collectas; & hoc vsq; ad num. secundum.*

2 *Adducuntur rationes fauore Ecclesiæ, quòd scil. nullo modo laicorum legibus diminui possit eius libertas, & immunitas, nec ad aliqua munera astringi, & hoc vsq; ad num. tertium.*

3 *Immunitas competit Ecclesiæ de iure Diuino.*

4 *Ostenditur quis sit verus, & legitimus sensus sacrorum canonum pro immunitate Ecclesiæ.*

5 *Immunitas competit Ecclesiæ de iure ciuili.*

6 *Immunitas competit Ecclesiæ, etiam vi rationum, nedum vi legum, & iurium.*

7 *Soluuntur rationes in oppositum, & signanter instantia illa vid.*

Nemo

*Neminem plus iuris alteri posse tribuere, quàm ipse habeat.*

8 *Obseruatio peculiariter attendenda circa laicalem impositionem grauaminum in Ecclesiastica bona.*

9 *Assignatur ratio singularis, inter alias permultas, ob quam clerici, nec eorum bona teneantur ad onera.*

10 *Ostenditur ratio memoratu digna, ob quam Ecclesia pro bonis, quo quo modo acquisitis potiatur omni plenaria immunitate.*

11 *Resoluuntur omnia in oppositum adducta vsq; ad finem.*

SI quid est, in quo diuinam opem deceat implorare, in veritatis inuestigatione, cũ Deus ipse veritas sit, id vel in primis fieri oportere existimo. Itaq; vt inde ordiar, vnde bona omnia oriuntur, & optatos exitus sortiuntur, à Deo immortali principium esto disputationis nostræ: vt ea tandem, & diuino afflante spiritu inuenta, & eodem fauente discussa neminem mortalium lædat, sed omnibus grata contingat. Te verò Pont. Max. post eum, cuius vices geris in terris, adesse ac fauere huic labori nostro equissimũ est. Vt enim Deum Opt. Max. in his colendis, qui apud ipsum sancti sunt, honorari nemo iure dubitauerit: Ita ne nos quidem veremur, quin facilè tu quoq; intelligas, te ab ijs maximè obseruari, & coli, qui ministris tuis honorem iure debitum, & ipsi libenter deferunt, & ab alijs deferri desiderant.

Ego igitur, cùm & diuino beneficio ita fuerim semper animatus; & honestis disciplinis ab ineunte ætate, ita institutus, vt Ecclesiam Dei ab omnibus defendendam atq; ornandam iudicarem, id pro viribus meis aduersùs illius obtrectatores scribens iampridem præstiti. Proximè verò, cùm viderem eam ad tributa laicis principibus præstanda compelli, nec in tanta rei indignitate, mihi reluctante conscientia, diutiùs silendum existimarem, νέαν illam, vel (vt vulgò loquimur) positionem, & casum, in quo iurisperiti propè omnes aduersùs clericos sentiunt, impugnandam, & defendendam cleri causam suscepi. Qua in re si fortè succumbam, non erit mi-

rum

tum à tot fortissimis athletis vnum fuisse superatum: sin autem (vt spero atq; confido) in ea re, quam illi ne dubiā quidem putarūt, rationum vi superior fuero, lætabor, immunitatem Ecclesiæ, quam vnicè veneror, tum in hac re, quę propè iam desperata putabatur, tū multò magis in alijs, in quibus minus impugnabatur, illæsam atq; inuiolatam nostra quoq; opera, & labore sub pontificiæ maiestatis tuæ numine permanere. sed iam ad rem ipsam aggrediamur.

Quæritur, an laicorum prædia, certum aliquod tributum laico Principi pendere consueta, etiam cùm ad Ecclesiam fuerint translata, illud ipsum adhuc laico Principi pendere teneantur? Iurisconsulti ferè omnes teneri sentiunt: nos constanter id negamus: nouis, & (vt spero) efficacibus adducti argumentis. Itaq; vt & laicorum animos ab istis auaræ impietatis sordibus auocaremus, & Ecclesiam Dei à molestia (si id assequi potero) liberaremus: hanc nostram sententiam in vulgus edendam putauimus. Neque verò hoc nouum, aut inusitatum videri cuiquam debet: cùm homines, propter insitam sibi celerem mentis agilitatem proni sint ad dissentiendum, l Item si vnus §. principaliter ff. de arbit. Nec me numerosę illæ, quæ citantur, patrum autoritates ab hoc tam pio proposito deterrere potuerunt: cùm scirem non ex authorum numero, sed ex rationū vi ius esse constituēdum l. 1. §. Sed neque C. de vet. iur. enucl. Neque verò aut potui, aut volui obliuisci diuini illius oraculi Exod. 23. quo monemur, ne ita acquiescamus multorum sententiæ, vt à veritatis via declinemus. Huc illud quoq; accedit, quòd sola veritas tantum potest, vt illi cædere vniuersa cogantur c. consuetu. 8. dist. Quamobrem in tantum tamq; arduum certamen sine vlla trepidatione descendam, tum veritatis viribus fretus, tum multò magis Dei auxilio confisus. Ille enim est, qui me in pietatis causa, nec labi, nec errare patietur. Verùm vt faciliùs possit res tota dignosci, quàm fieri poterit dilucidè explicabimus. Primùm, quibus argumentis, qui contra sentiunt, ad probationem suæ opinionis vtantur: deinde, quibus responsionibus à nobis refellantur: denique, quibus ma-

maximè rebus nostra hæc sententia confirmetur.

1 Quòd igitur ad eos attinet, qui nimis pertinaciter affirmant, Ecclesiam ad soluendum laico Principi tributũ posse iure compelli: hæc fermè sunt, quæ pro se facere illi putant. Primum omnium aiunt esse tex. qui nemini non clarus videri debeat, & expressus, in c. si tributum 11. q. 1. & in c. tributum 23. q. 8. vbi allato Christi soluentis tributum exemplo, hoc apertè contra Ecclesiam videtur esse sancitum. Eodem aiunt accedere tex. in c. ca enim §. item prædium 10. q. 2. ex quo colligitur, prædium, quod propter onera fiscalia inutile redditur, esse ab Ecclesia alienandum, quare (vt inquiunt) patet, de prædio Ecclesiæ à fisco tributum exigi posse, alioqui non alienaretur, quod eà ratione inutile fit. Tertiò non abreest tex. in c. si quis laicus 16. q. 1. quo cautum est, rem, cui onus aliquod est annexum, obligatam permanere, tametsi in alium transferatur.

Quartò, hæc eadem sententia legibus Ciuilibus est confirmata: vt habetur in l. placet, §. Postremò C. de sacrosan. Eccles. quo in loco traditum est, Ecclesias ab oneribus ordinarijs haud esse immunes. Tributum autem onus est ordinarium, vt ibi à maioribus nostris accepimus: sequitur ergo vt teneatur Ecclesia. Huc accedit l. 1 C. de indiction. lib. 10. vbi fuit apertissimè constitutum, bona ita, vt prædiximus, obligata, cum annexo onere etiam in fiscum, qui infinitis propè modum priuilegijs est suffultus, pertransire. Id quod longè faciliùs in alijs priuilegiatis est concedendum. Quinimò hoc de Ecclesia ipsa sensit l. fi. C. de exact. trib. lib. 10. secundùm quandam glo. interpretationem, ad quam Bar. accessit. Facit l. Ad instructionem C. de sacrosa. Eccles. cum alijs quibusdam iuris Ciuilis sanctionibus, quas, vt breuior fiam, prætermittere satiùs esse existimaui.

Neque id mirum alicui videri debet, cùm illarum legum cõditores hæc onera sacerdotibus imponere consueuerint: vt docuit Iurisconsultus in eleg. tex. l. fi. §. Patrimoniorum, ff. de mun. & honor. ibi; Nec Pontifex excusatur. Et huiusmodi constitutiones videntur Canonicis legibus approbatæ:

batæ: vt colligitur in c. Generaliter §. placet 16.q.1. vbi tota, l. placet C. de sacrosf. Eccles. est relata, & consequenter inter canones videtur ascita. Huic sententiæ, quę tam multiplici iure videtur esse munita, ne rationes quidem deesse prædicant. In primis autem obijciunt rationem illam, quam putant in iure validissimam. Neminem posse plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat l. Traditio, ff. de acquir. rer. dom. c. Nemo potest plus iuris, de regul. iur. in 6. cum simil. Et hoc maximè verū est, ne iuri alterius derogetur l. Id quod nostrum ff. de regul. Iur. Idem ipsum alia quoque ratione suadere conantur. Nam cum ista bona iampridem sint affecta, & huic oneri obligata, tempore, quo laicorum Imperio subiacebant: æquitati ac iuri consentaneum est, vt sine annexo onere in alium transire non possint c. ex litteris, de pignor. & d. cap. Si quis laicus, cum concord. Alioqui verè dici non posset, vnunquenq; rei suæ moderatorem esse, & arbítrum: contra l. In re mandata, C. Mand. Tertiò hoc ipsum à verisimili illius, qui rem transfert, voluntate conijcitur: cùm nemo, nisi ius quod habet in re, in alium velle transferre iuris interpretatione existimetur, l. Qui Tabernas ff. de cōtra. emp. l. Vxor mariti, C. de legat. l. serui electione §. cum fundus, & ibi Doct. ff. de leg. 1. Ergo non solùm quia non potuit, sed etiam quia noluit transferens, est dicendum plus iuris cum Ecclesiæ non tradidisse, quàm ipse haberet. Et ideò consequens est, vt non minus Ecclesia ad tributum solnendum teneatur, quā eius author tenebatur: quoniam intelligitur illud onus exceptum, quod alteri, hoc est laico Principi, debebatur. Quartò sic nectunt, & colligunt argumentum, lex, & pactum æquiparantur: & omne id, quod pacto fieri conceditur, à lege, quoq; seu à Principe, qui est lex viua. §. fin. Auth. de consul. fieri non prohibetur c. Quæ contra mores 8. dist. sed sic est, quod vnusquisq; pacto se ipsum ad onus reale ac perpetuū posset astringere, quod proculdubio semper rei suæ esset annexum, etiam Ecclesia succedente, l. si quis ita C. de pact. int. emp. & vend. c. vtrum de cond. appos. cap. cùm dilectus, de donat. tradit. Socin. de hac ipsa re lo-

 quens

quens in conf. 11. in quarto volumine. Ergo hoc idem, & à lege, & à Principe, rebus illius ditioni subiectis perpetuò potest iniungi, nullo habito discrimine in quem deinceps bona illa sint transitura. Quintò, prædicta confirmantur. Nam si statutum laicæ personæ vinculum aliquod iniecisset, quæ post à ordines clericales assumeret, profectò is, cū illo vinculo clericus efficeretur secundùm Io. And. in regula, sine culpa, de regul. iur. in 6. in Mercurialibus, ergo longè faciliùs hoc est admittēdum, si fortè vinculum rebus ipsis annexum fuit, anteq; Ecclesia earum dominium nancisceretur: quoniam fortiùs potest affici res, quàm persona: vt latè prosequitur Soc. in d. cons. 12. in 4. vol. Prædicta porrò, vel proptereà roborari aiūt, quòd si aliter fieret, in magnum inconueniens incideremus. Nam vt docet experientia, quæ rerum omnium est magistra c. quàm sit de electi. cùm bona propè infinita ab Ecclesijs acquirantur, facilè contingeret, quòd laici omnia suorum Principum onera sustinentes, ad inopiam redigerentur: quod ob publicam vtilitatem, non vilitatem non videtur esse ferendum, secundùm Bart. in l. Rescripto ff. de mun. & honor. Sextò alia vrgens ratio huc accedit, vbi etenim de communi, & laicorum, & clericorum vtilitate agitur, debent ab illis pariformiter onera sustineri: vt habetur in c. Peruenit. de immunit. Eccles. vbi traditum est, clericos in summis necessitatibus esse ad Ciuitatis custodiam compellendos, vt cunctis vigilantibus, ciuitas melius custodiatur.

Si igitur clerici iure possunt ad onera personalia coarctari, quātò magis eorum bona grauari possunt: cum persona, vt res nobilissima, sit alijs omnibus rebus præferenda? & ita colligit Barb. in cons. 1. in 3. vol. pro cuius rei documento facit tex. not. in l. pecudum ff. de vsur. vbi legimus, natura omnes res esse gratia hominum comparatas. Sed ita res se habet, vt tributa quoq; ad communem omnium vtilitatem soleant imperari, atq; ideo sine vllo discrimine omnes ad ea persoluenda teneantur: vt per Barb. in d. consilio. Ex quibus omnibus, tum legibus, tum rationibus videtur contra Eccle-

siam

ſiam eſſe concludendum. Et in hanc ſententiam ferè ab omnibus vtriuſq; iuris cōmentatoribus, ac Theologis itum eſt: quos enumerare, vt longum, atq; ambitioſum eſt, ita etiam ſuperfluum, cùm præſertim quotquot ſunt, non alijs ferè quàm his, quæ prædiximus, argumentis vtantur. Quibus nos Deo annuente ita accommodatè reſpōſuros ſperamus, vt ipſi ſi reuiuiſcant, Dei Eccleſiam impugnare vltrò deſinant.

2 Sed iam quę contrariam ſententiam adiuuent, quam nos non modò, vt magis piam, ſed veriorem etiam probamus, pro labore, & cura diligenter ſcrutemur. In qua quidem re adeo ſolida fundamenta perſpicio, vt veritate, ac religione illæſa nullo pacto videantur poſſe conuelli. Sunt .n. & diuini, & humani iuris robore ſubnixa, & validiſſimis confirmata rationibus. Quæ omnia cum religioni faueant, per quā libenter ſunt ab omnibus approbanda l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer. cum ſimi. Primùm igitur dicimus, & conſtanter affirmamus, clericorum immunitatem indiſtinctè, & in ſpecie purè fuiſſe à Deo Domino omnium inſtitutam. Legimus .n. Eſdræ 1. c. 7. Regem Artaxerſem hæc verba diuino afflante ſpiritu protuliſſe. Vobis quoq; notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus, & leuitis, cantoribus; & ianitoribus, & miniſtris domus Dei, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Ecce, quam clarè, quàmq; dilucidè à Deo ipſo per os illius Regis fuerit promulgatum, bona ſacerdotum ad onera aliqua, & pręcipuè ad tributum cogi non poſſe. Quid igitur aiunt iſti, qui neſcio quo ſpiritu ducti, inter onus ordinarium extraordinariumq; reale, & perſonale diſtinguunt, affirmantes ob id, Eccleſias in propoſito caſu ab exactionibus tributorū haud eſſe immunes? Cùm nullo habito diſcrimine expreſſa ipſius Dei in contrarium ſanctio afferatur. Hoc idem, & Pharao confirmauit. Qui cum Aegypti regiones emeret, eaſq; imperio ſuo ſubijceret, terram ſacerdotum excepit, eamq; liberam eſſe religioſiſſimè iuſſit. Vt videre eſt Geneſ. 27. Quæ quidem ſacerdotum exceptio nihil aliud indicauit, quàm ſa-

sacerdotes cum eorũ bonis in omni gente liberos esse oportere: vt declarat in c. tributum §. Quamuis . 8. q. 8.

At si quis dicat, hæc tum demum locum habere, si quando Principes vellent, bonis, quæ ad sacerdotes iam transierunt, nouum aliquod onus imponere, atq; ita diuinas illas traditiones, quas citauimus, esse intelligendas, quod etiam aduersantes non respuunt, aliter sentientes, vbicunq; priusquam in Ecclesiam transirẽt tributorum oneri essent subiecta. Respondeas licet, hanc interpretationem repugnare proprietati illius vocis, liberi, si enim sacerdotes à subiectione laici Principis omninò liberos esse concedimus, vt diuinis illis sanctionibus dubio procul est cõstitutum: fateamur necesse est, eos ad onera aliqua nullo iure posse compelli, siuè præcedat obligatio, siuè sequatur. Ea .n. huius vocis, liberi, est vis ac potestas, vt omne prorsus impedimentum, reijciatur, vt not. in c. 1. in princ. in verbo. Liberè, & ibi Io. And. & Dom. de S. Gemin. de regul. iur. in 6. Ad idem est tex. in c. cùm Episcopus in verbo, liberè, de off. ordin. in 6. vbi Arch. & Io. And. exposuerunt, liberè, hoc est, sine alicuius contradictione. Et latè de huius vocis propria significatione docuit Alex. in cons. 154. in 1. vol. Præterea, velle inter bona Ecclesiæ iam acquisita, & acquirenda distinguere, est contra tex. in c. ea enim 10. q. 2. vbi apertè colligitur, nullum inter ista hæc esse discrimen. Immo ibi præcipitur, tam acquisita, quàm acquirenda, perinde intacta esse custodienda, ac si de domo ipsius Ecclesiæ ageretur. Sed nemo est, qui non facilè concedat ab Ecclesia ipsa tributum exigere non licere: Quinimò quodcunq; onus rei annexum, in qua ædificatur Ecclesia, intelligitur iuris interpretatione sublatum: vt traditum est in c. 1. de censi. & in c. cõperimus 14. q. 6. & nemo, quod adhuc legerim, ab hac opinione dissentit. Quare per illum tex. hoc idem etiam de acquirendis Ecclesiæ bonis est admittendum. Et propterea diuina illa, quæ paulò ante citauimus, documẽta, nullo habito discrimine sunt intelligenda. Quod etiam alio in loco fuit apertissimè confirmatum, Leuit. 27. vbi ait Dominus. Quicquid semel fuerit Deo sa-

cratum,

cratum, sanctum sanctorum erit Domino, hoc est, sanctissimum, & amplius ad prophanos vsus quoquomodo non reuocandum. Ecce sine dubio de bonis, quæ in Ecclesiam transferuntur, est sermo, & tamen ea omnia vsq; adeo sacra efficiuntur, vt ab omni prorsùs laicorum potestate seiungantur.

Et ratio est in promptu: si quidem ista clericorum immunitas à Deo est, & in fauorem ministrorum ei seruiẽtium instituta. Quod cùm publicè intersit, & ad omnium hominum pietatem, atq; vtilitatẽ pertineat, sequitur vt nulla sit habenda distinctio, tametsi maior in vno casu ratio, quàm in alio militaret l. 2. §. exercitum ff. de his, qui not. infam. Vbi ob fauorem publicum etiam odia amplientur, & ad casum in quo non subest eadem ratio, porriguntur. quòd si illud statutum est ob fauorem humanum, multò magis est concedendum, vbi de fauore diuino ageretur, vt hic, Arg. Auth. multò magis C. de sacros. Eccles. ad rem l. 1. §. Quod autem ff. de aleat. Quare iam satis liquere arbitror, iure diuino clericorum immunitatem esse probatam, quæ cùm simpliciter, & indistinctè à Deo fuerit instituta, vt supra ostendimus, illud sequitur, vt etiam simpliciter absq; aliqua distinctione sit intelligẽda, & clericis inuiolabiliter obseruanda l. 3. ff. de offi. præsid. Idq; latius ex ijs, quæ iam subijciemus aperietur. Et si aliquis exciperet, dicens, istorum Regum s. Pharaonis, & Artaxerxis exempla, legem non constituere, tũ quòd erant gentiles, tum etiam quòd gratis ea omnia Ecclesiæ concedebant: quapropter nouimus, ea quæ sunt consilij, nõ esse necessariò obseruanda. Resp. quòd tunc nostrũ argumentum à fortiori procederet. Nam si gentiles id tam piè, ac religiosè egerunt, multò magis conuenit, vt hoc ipsum à Christianis Principibus obseruetur, secundùm memorabile illud Euãgelij documenti, nisi abundauerit iustitia vestra plusquã Pharisæorum, &c. Non .n. est vllo pacto credendum, diuinas illas traditiones hæc memorare voluisse, nisi vt diligenter custodiantur: alioqui viderentur inania: contra ea, quæ docuit Bar. in simili casu, in l. si quando ff. de leg. 1. & habetur

 in c.

in c. si Papa, de priuil. in 6. Quare non est ambigendum, quin ista Ecclesiæ immunitas diuinis legibus præcipiatur. Quid? nonne iure quoq; naturæ huic immunitati est maximè deferendum? cuius quidem iuris ignorãtia neminem excusat: cùm naturalia sint aut esse debeãt omnibus nota. Hoc autem haud magno conatu sic posse ostendi existimamus. Quæ insunt omnibus, ea nõ casu aliquo contingere, sed naturalia esse intelliguntur: vt videre, & hominẽ bipedem esse, & vt ait Tull. in 3. Tuscul. consensus omnium, vox est naturæ.

Cùm itaq; exploratum sit, nullam vnquam ferè ita immanem, & barbaram fuisse nationem, quæ aut Deum sibi non finxerit, aut ab alijs traditum non susceperit, vt ex omnium gentium historijs colligi facilè potest. Et rursus, cùm natura nihil agat frustra, sequatur necesse est, Deum esse: & si sit (vt certè est) oportere aliquem esse cultorẽ, & bona locaq; huic tam pio vsui destinata, quæ summo honore sunt veneranda propter ipsum Deum, ad quem hæc omnia referuntur. Vtinam tempus, & susceptæ disputationis ratio pateretur, vt commemorare possim, quo cultu, quo honore, qua deniq; veneratione sacerdotes digni sunt existimati ab ijs, qui solo naturæ ducebantur instinctu: quam multa, quæ christianis principibus ruborem incuterent, recitaremus, qui spretis ijs, quæ per Christum esse verissima cognouerunt, & neglectis ijs, quæ à cuiuslibet iuris traditionibus acceperunt, sacerdotum priuilegia lædere non verentur. In quos Deus inuehitur, dicens, Veh pastoribus, qui dilaceratis oues Pascuæ meæ. Hieremiæ 23. Reges.n. in antiqua lege pastores nuncupabantur, vt latè docui in lib. de potestate Papæ, & Concilij: quem superioribus annis edidi. Et profectò hæc ratio, quæ valde naturalis, & iuri consona est, debet nobis perinde magno esse argumẽto, ac si lex aliqua ipsius naturæ adduceretur: Vt pulchrè docuit Andr. de Ifern. in proœmio fæudorum; quem retulit, & secutus est Iaf. in l. Quotiens nu. 25. C. de rei vend. quibus in locis aiunt, rationem debere apud iudicantẽ eiusdẽ esse potentiæ, ac si lex scripta exhiberetur,

retur, quoniam legem quærere, vbi ratio subest, nihil aliud est quàm infirmitas intellectus, vt satis colligi potest ex ijs, quæ docuit Arist. in 8. phy. textu com. 22. Ad quod accedunt ea, quæ plenè habentur per Feli. in c. Tua nos de iureiur. Sed iam ipsas leges tum Pontificias, tum ciuiles audiamus, quibus hęc nostra opinio confirmatur.

3 Iure igitur Pontificio constanter affirmamus, in proposita quęstione clericorum immunitatem esse subnixam: Vt videre est in c. Non minus, & in c. Aduersus, de immunit. Eccles. Ex quibus colligitur, etiam si magna necessitas vrgeat, vel publica vtilitas id suadeat, laicorumq; facultates ferendis oneribus non sufficiant: propterea tamen haud fas esse onera imponere bonis Ecclesiarum, ad id Pōtificis Maximi non præcedente consensu. Ergo Papa non consentiente, vllo in casu grauari non possunt: cùm ibi quæcunq; exactiones prohibeantur. Qui .n. dixit, quæcunq. nullam prorsus exactionem excepit c. solitæ de maio. & obed. Præterea, exceptionis ea est vis, vt pręter casum exceptum omnia excludantur, in eisq; regula firma permaneat, l. Quæsitum §. Deniq; cum glo. ff. de fund. instr. sed ibi solus casus Papæ consentientis à regula est exceptus, in quo immunitas Ecclesiæ nō violatur, vt paulò post declarabo: ergo in hac materia onerum ferendorum, nulla est alia facienda distinctio, nisi, consentiat nè Pontifex, an non. Ad quam sententiam accedit tex. apertus in c. sancitum in fi. 23. q. 8. vbi habetur, tributa quæ exigi solebant, exigenda non esse, postquam prædia illa in Ecclesiam sunt translata, nisi Papæ licentia accedente. Ecce quàm dilucidè in illo tex. fuerit constitutum, de prædijs tributarijs, antequam Ecclesia eorum dominium adipisceretur, tributum exigi non debere, nisi Papæ authoritas intercedat.

Dubitare verò non licet, quin Decretorum liber fidem faciat: per ea quæ docuit Felin. in c. 2. de Rescript. Neq; obijciatur, hoc quod ibi de Papæ consensu traditum est, ad casum illum dumtaxat esse referendum, in quo sacerdotes ad exercitum ducerentur. Qui, cùm ibi coniunctim de tributis quoq; soluendis à sacerdotibus ageretur, cōditio illa Ponti-

tifi-

tificis consentientis, debet pariformiter ea duo coniuncta determinare, cùm fuerint sub vna verborum conceptione prolata l. vnic. §. sin autem C.de caduc. toll. & l.iam hoc iure, & ibi Docto. ff.de vulg. & pupill. Vbi autem Papæ authoritas intercedit, tunc violata clericorum immunitas iure dici non potest: cùm notissimi iuris sit, Pontificem Max.in ijs, quæ ad Ecclesiam spectant, fungi plenissima potestate,& beneficiorum patronum, ac dominum appellari, Clem. 1. Vt lit. pend. cum multis alijs, quæ inferiùs citabuntur. Quare nostra iam satis probatur intentio, cùm docuerimus, etiam vrgente necessitate vllum onus Ecclesiarum bonis à laico Principe imponi non posse. Hoc idem probatur in c.Quanquam de censi. in 6. vbi hæc habentur: Ecclesiæ, Ecclesiasticęq; personæ,ac earum bona,à sæcularibus exactionibus sint immunia, ecce quàm indefinitè, simpliciter,& purè omnes laicorum exactiones prohibeantur. Indefinitum porrò vniuersali æquipollere, notissimum est l. si pluribus ff de leg. 1. quod maximè verum est, vbi publica vtilitas,hoc est,religionis fauor id postulat, argumento l. 2. §. exercitum ff. de his qui not. infam. Ad prædictam conclusionem accedit tex. memoratu dignus in c. 1. de immuni. Eccl. in 6. vbi, si verba illius constitutionis non violantur, hoc fuit clarè sancitum. Ibi .n. de bonis tam acquisitis, quàm acquirendis Ecclesiæ,agitur. Et tamen in specie, & taleæ, & collectæ, ac demum generaliter, exactiones, qualescunq; illæ sint, excluduntur, & vetantur. Explorati autem iuris est, quòd vbi post nonnulla specificata subiungitur clausula generalis, tunc verba illa indistinctè, amplissimèq; & omni prorsus restrictione seiūcta intelligūtur: & quoscunq;casus,nullo prorsus excepto, comprehendunt: vt docuit Alex. in cons.35. in 6.vol. Soc.in cōs. 141. col.fi. in 3.vol, & in cons.32. col. quinta, in 1.vol.& not. in cons.125. in 4.vol. col.fi. Facit ad rem tex. in d.c. solitę de maio. & obed. ibi, Qui dixit, Quodcunq; Sed in tex. prememorato, specialiter taleæ, & collectæ enarrātur,deinde clausula illa, de quibuscunq; exactionibus,subiungitur;ergo nulla exactio est excepta. Postremò, possent multæ quoq; aliæ

iuris

iuris Pontificij sanctiones afferri: vt est tex. in Clem. 1. de iur. immun. & in c. secundum canonicam 23. q. 8. & tex. in cap. Prædia. 12. q. 2. quæ iura pro hac immunitate videntur expressa, quicquid ibi Glossæ dixerint, nam vbi lex non distinguit, neq; nos debemus distinguere l. 3. ff. de off. præsid. Maximè cùm sumus in ijs, quæ religioni fauent, vt paulò ante dictum est.

Et pro amplissima ista clericorum immunitate, est tex. qui lacerari non potest, in c. Ea enim, in principio 10. q. 2. quem supra enucleauimus. Vbi, idem ius de acquirendis, quòd de iam acquisitis Ecclesiæ bonis esse censuit. Disponens insuper, bona quæcunq; Ecclesiarum non minus illæsa esse custodienda, quàm sit ipsa Ecclesia, quæ (vt prædiximus) non modò grauari vllo pacto non potest, sed etiam onus, quod rei priùs erat annexum, in qua domus Ecclesiæ construeretur, statim dissoluitur, &. res libera fit.

4 Hinc sumpta occasione, non possum silentio præterire, mihi valde absurdum, atq; irrationabile id videri, quod nonnulli aduersantes, aliquando tradiderunt, innixi verbis duntaxat, sed non rationibus quorundam canonum, & præsertim c. secundum canonicam, & c. sancitum 23. q. 8. Aiunt enim, & vno ore omnes fatentur, Ecclesiam ad tributi solutionem non teneri pro bonis quibusdam, vt est hortus, mansus, & id genus alia, quamuis res istæ essent priùs certo tributorum oneri obligatæ: alioqui autem pro alijs prædijs sentiunt. Nam constat hoc eorum documentum omni prorsus veritate, ac ratione carere: cùm eadem ratio immunitatis, quæ est in horto, & manso, vigeat pariter in alijs prædijs omnibus, quæ Ecclesiæ acquiruntur. Quippè cùm nulla alia ratio adduci possit, nisi hortum ideò esse à tributo immunem, quòd Deo dicatus est c. Semel Deo dicatum, de regul. iur. in 6. & c. Nulli liceat 12. q. 2. Et cùm nulla alia ratio, saltem æquè principalis, possit adduci, perinde est, ac si ista foret expressa, secundùm glos. com. approb. in l. Quamuis, c. de fideicom. Quòd si hęc eadem ratio militet etiam in alijs prædijs, ergo idem ius in vtroq; casu est constituendum l. il-

lud,

lud, ff. Ad leg. Aquil.cum concor. ibi per glos. adductis. Sũt enim omnia hęc bona pariter Deo dicata atq; ad vsum ministrorum ei ministrantium destinata, siue sit hortus vnius iugeris, siue sit prædium multorum iugerum. Nam plus, & minus, vbi subest eadem ratio differre non solent, l. Quæ de tota ff. de rei vend. & l. Qui scit, & ibi glos. not. ff. vsur. Idq; docuit Ias. in l. Serui electione §. Cùm fũdus ff. de leg. 1. Quinimo dico à legis æquitate longè distare, quòd vna eademq; Ecclesiæ substantia, quamuis in pluribus, ac diuersis rebus consistat, diuerso iure censeatur, vt est tex. valde not & ibi glos. in c. cognouimus 12. q. 2. constat igitur, in vtroq; casu eandem subesse rationem: ergo idem ius, vt prædiximus, liquet pariter, & exceptiones quæ aduersus prædia possunt afferri, contra hortum, & mansum etiam militare. Nam si dicimus, rem affectam transire cum onere suo, atq; iuri alicuius personæ derogandum non esse, vt latè iam in præcedentibus fuit adductum, hæc omnia etiam contra hortum Ecclesiæ vehementer vrgebunt; cum l. Id quod nostrum est ff. de reg. iur. vnde hæc regula sumitur, non distinguat inter ius tertij, quod in maiori, seù minori quantitate consistit, sed indifferenter loquatur.

Verùm si ea fauore Ecclesiæ reijciuntur, vt videre est in d. c. secundum canonicam, & in d. c. sancitum cur diuersa in alijs Ecclesiæ bonis sententia proferatur, non videò: idq; præsertim, cùm leges quoque Cæsareę, nedum canones, non modò non obstent, sed imo potissimùm faueant amplissimæ quantitati bonorum, quæ donantur Ecclesijs §. Sinimus. in Aut. de non alien. bon. Eccle. vbi habetur, optimam esse mensuram in ijs quæ donantur Ecclesiæ rerum donatarum immensitate. Quare iam satis patet, hanc inter plus & minus differentiam, non modò à ratione ipsa, verùm etiam à legibus omnibus abhorrere.

Quòd si dicatur, ille hortus, siue mansus, tanquam dos Ecclesiæ, ad alimenta vnius sacerdotis necessarius est: illa verò tot iugerum multitudo videtur esse superflua, atque hanc esse huius discriminis rationem; Respondeas licet, eum, qui

ita diceret, nihil aliud agere, quã, vt Dei coarctet Ecclesiam: ne vltra quàm vnum, aut duos possit habere sacerdotes, vel ministros, qui viuant in pondere & mensura, tametsi rectores illius Ecclesiæ sint Episcopi: vt nihilominus neque hospitales esse valeant, neque eleemosinas pauperibus erogare, neque Ecclesiam ruentem restaurare, & id genus alia, quæ omnia à legibus pontificijs non modò permittuntur, sed etiam exactissimè præcipiuntur Episcopis, & alijs Ecclesiarum ministris, vt legitur in. c. Mos est. in. c. de tedditibus. in. c quatuor, & in multis alijs cap positis 12. q. 2. Quapropter, vt aliquando concludam, constanter affirmare ausim tex in.d. c. secundum canonicam & tex.in.d. c. sancitum. irrefragabiles esse, ad probandam hanc bonorum omnium Ecclesiæ immunitatem absolutam esse, ac nullo limite coarctatam. Quia quod ibi de horto & manso dispositum est, debet ad alia quoque Ecclesiarum bona propter rationis identitatem, dilatari. Et sic illa duo iura hunc in modum exposita, & ventilata, vehementer huic fauent immunitati. Quamobrem, ex his omnibus pollicitationem nostram expleuimus: quæ ea fuit, vt planum faceremus, opinionem hanc esse iure pontificio confirmatam.

5 Nunc super est, vt ius quoq; Ciuile huic immunitati consentiat. Id quod non obscurè colligitur ex Aut. Item nulla communitas. C. de Episcopis & cler. Ibi etenim scriptum est, super Ecclesiæ bonis exactiones vllas ipmponi non posse. Qui quidẽ sermo ita indefinitè prolatus, tam de ordinarijs, quàm de extraordinarijs oneribus est intelligendus. Tum quòd dixit, quascumq; exactiones, atque ideò nullam excepit, argumento. c, solitæ, de maio. & obed. Tum etiam quòd istat Aut. corrigit. l. Placet. C. de sacros. Eccl. vt ibi in dict. l. in §. postremò & glo. & Cy. docuerunt. Qui §. Postremò. de ordinarijs oneribus loquebatur: qui si ab hac Aut. corrigitur, consequens est, vt tributorum vetetur exactio. Possent aliæ quoq; iuris Ciuilis constitutiones afferri: sed quia hæc inuestigatio magis ad ius Ponificium quàm Ciuile petinet, longiùs non progrediar.

6 Nunc rerum ordo postulat, vt aperiamus immunitatem hanc, quæ omni iuris auxilio est subnixa, rationum quoque vi, contrariæ superiorem esse sententiæ. Inprimis itaq; dico, validæ huic rationi hanc nostram conclusionem inniti. Quòd vbicunq; res aliqua in eum qui sit insignis aliquo priuilegio, trãsfertur, pro tempore futuro iste priuilegiatus successor suo vti priuilegio iure non prohibetur, etiam si ob id alteri præiudicetur. Neque isto in casu vera est communis illa legislatorum sententia, in qua dictum est, rem iam priùs affectam, absq; onere annexo ad alium transire non posse. c. ex literis, de pignor. c. si quis laicus 16. q. 1. neminemq; plus iuris alteri posse tribuere, quàm ipse habeat, vt supra fuit ostensum. Ea enim communiter esse vera concedimus, aliud sentientes, vbi res ad priuilegiatum migraret. Quia etiamsi sola potestate transferentis inspecta hoc ipsum contingere non possit, tamen ex priuilegio succedentis augeri ius à legibus non abhorret, & hoc ius dici translatum non potest, sed magis à se ipso, & à proprio priuilegio acquisitum. Ad hoc affero textum, vt opinor, memoratu dignum in l. cùm quidam §. si debitores ff. de vsur. Vbi debitores, quorum bona ad soluendas vsuras minores semissibus erat obnoxia, & ad istud duntaxat onus, & non amplius, tenebantur cogi possunt pro tempore, quo fiscus successit, ad soluendas vsuras semisses: cùm speciale hoc fisci priuilegium sit, vt semisses pro vsuris à debitoribus exigat. Ecce, si hoc semper verum esset, scilicet, rem cum suo onere transferri, & successorem plus iuris adipisci non posse, quàm eius author habebat, procul dubio fiscus vsuras minores semissibus duntaxat exigere potuisset.

Verior tamen est diuersa sententia: cùm iurisconsultus ibi priuilegium successoris, non ius authoris intuens, contrarium sanxerit: tametsi debitoribus, qui fortasse nunquam tale aliquid cogitarunt, non leue ob id præiudicium afferatur. Et per istum tex. ita docuit Bal. in Auth. Quas actiones, C. de sacrof. Eccles. Quapropter existimo hoc, quod in illis legibus ad fauorem fisci est constitutum, optimo iure ad fa-

uorem

uorem Ecclesiæ in proposito casu accomodari posse: vt scilicet pro tempore futuro, postquam res illas adepta est, suo immunitatis priuilegio vti non vetetur, quamuis antea ad soluendum certum tributum laico Principi tenerentur: idq; argumento earum legum quas supra citauimus, & maximè per tex. in d.§. si debitores, in quo iste casus deciditur à fortiori. Quoniam si priuilegiatus successor suo vtitur priuilegio contra debitorem agendo, & ab eo semisses exigit, qui se ac bona sua duntaxat ad vsuras minores semissibus obligauerat: in casu proposito Ecclesia multò magis excipere poterit, Principem laicum agentem ad tributum excludendo: cùm exploratum sit, quòd cui datur actio, multò magis datur exceptio l. inuitis §. cui damus ff. de regul. iur. In hac etenim re fiscus, & Ecclesia à scriptoribus æquiparantur: vt per Imol. post Bar. in d.l. si eũ hominem ff. de fideiuss. Ad quæ accedit, quòd vbicunq; res, quæ nullo priuilegio fulcita est, ad priuilegiatum transit, atque deuoluitur, illius priuilegium adipiscitur c. dilectus 1 1 1. de præbendis cum glo c. vno. de iur. patronatus, in Sex. cum alijs, quæ in hanc rem affatim, & cumulatè per Iason. afferuntur in prædict. Auth. Quas actiones colum. penult. facit notabile illud, & egregium Barto. documentum in l. Paulus in fi. ff. de acquir. hæreditat. vbi ait, mutatione personæ priuilegium, quoq; mutari. Et per istum tex. in d.§. si debitores, adhunc, quẽ præduximus, modum enucleatũ, atq; discussum, confunditur, planèq; euertitur illa distinctio, quam fecerat Angel. in cons. 24. vbi, ex mente ferè scriptorum omnium, distinxerat inter onus certum, declaratumq; & id quod postea declarandum veniret: sentiens ideò Ecclesiam ad certum tam, limitatum, atq; præscriptum onus posse compelli, quod nemo plus iuris tribuere potuit, quam ipse haberet: iuribus vulgatis.

Quandoquidem si huiusmodi ratio ita simpliciter & absolutè vera esset, atque indistinctè intelligeretur, neque in d. §. si debitores potuissent vlla ratione semisses vsuræ à fisco exigi, cùm illud onus certum ac declaratum esset, nominatimq; & disertè cautum fuisset, vt vsuræ minores semissibus

tan-

tantummodò exigerentur. Et tamen contrarium omnino fuit ibi manifestè & expressè sancitum, propter priuilegium quòd successor habebat. Ergo tantundem hoc loco quoq; Ecclesiæ permittendum & concedendum esse rectè negari non potest. Quoniam ista hæc amplioris iuris ademptio, & additamentum, quod ibi fiscus nanciscitur, & hic Ecclesia, non à iure transferentis, sed à iure ipsius succedentis proficiscitur. Ita quoq; in simili casu videmus, quòd tametsi cardinalium cætus Pontificiam non habeat potestatem, tamen illi statim acquiritur, qui ab eis electus est Pontifex. Similiter & Imperator quàm primùm eligitur, à lege, & a se ipso imperatoriam nanciscitur auctoritatem, nõ autem ab electoribus, qui tam ampla non funguntur potestate: & propterea iurisdictio non dicitur esse translata: vt latè tradidi in libro, de Cardinalatu, quem iampridem edidi. Et ideò additamentum illud non à iure auctoris, sed successoris est metiendum: casus est ibi in d. §. Et ista est potissima ratio, quæ (nisi fallor) aduersantes fefellit: qui nihil aliud vlterius considerarunt, quàm iura illa communia, & vulgata. Quæ omnia nos quoq; esse communiter vera concedimus, nisi succedens illustri alicui priuilegio innitatur: per prædicta, & per glo. valde not. in c. Renouantes 22. dist. Vbi docuit fauore sacerdotij, seù religionis non esse inconueniens, quòd iuri alicuius derogetur. Et præsertim hoc debet locum habere, cùm iuri fisci, hoc est ipsius Principis, derogetur, vt Ecclesia aliquod faciat incrementum. Quippè cùm valde expediat, vt populus in ea sit sui Principis opinione, quòd Deum timeat, secundum Arist 5. polit. facit ad rem elegans tex. in l. liberto ff. de obse. à liber. & libert. cuius hæc sunt verba, Liberto, & filio semper honesta, & sancta persona patris, ac patroni videri debet.

Verùm enim verò si aliquis fortè aduersus prædicta insurgeret, dicens, quòd & si iste tex. in d. §. si debitores, hunc in modum expositus apertè sentiat id, quod de priuilegio successoris prædiximus, hoc nihilominus in proposito casu locũ habere non posse: quia alioqui fiscus tributum exigens

exclu-

excluderetur; quod profectò licere non debet: cùm fisci, & Ecclesiæ priuilegia æquiparentur l.fin. C.de sacros.Eccles. Bal. in l.1. C.de vsur. & fruct. legat. Sed sic est, quòd priuilegiatus contra eum, qui pari priuilegio munitus sit, suo priuilegio vtendi potestatem non habet, l.sed & milites §.coequalitas ff. de excus. tut. Ergo fiscus ab Ecclesia alioqui priuilegiata non est excludendus.

Respondeo primùm, quòd Ecclesiæ non vsque adeò exequandus est fiscus, vt simpliciter verum sit, hæc duo paribus semper passibus ambulare; quoniam data instantia omnis æquiparatio corruit, secundùm gloss. in c. si quid vrgeri 1. quæstio. 1. & Glo. in l.creditori ff. de noui operis nunciatione. Sed multi sunt casus, in quibus à fisco longè distat Ecclesia, quos retulit Curtius in consilio 10. Ad quos ille, quoq; accedit, quòd in dubio contra fiscum, & in dubio pro Ecclesia est respondendum l.Non puto ff.de iur. fisc. & l.sunt personæ ff.de relig. & sump. fun. ergo, &c. Et quamuis nos superiùs de fisco ad Ecclesiam arguamus, illud est in casu, in quo id in specie à maioribus nostris accepimus: vt per Imol. habetur in d. l.si eum hominem. Imò, vt statim ostendetur, maior est ratio in Ecclesia, quàm in fisco.

Prætereà est aduertendum, omnia fisci priuilegia dumtaxat locum habere in iis, quæ Principi sæculari sunt subiecta, in ijs verò, quæ iurisdictioni ecclesiasticæ supposita sunt, fiscus laicorum nullo penitus gaudet priuilegio c. semel Deo dicatum, de regul. iur. in 6. c. nulli liceat 12. q. 2. idq; in sequentibus rationibus clariùs aperietur. Cùm itaq; in proposito casu simus in prædijs ipsi Ecclesiæ acquisitis, constanter affirmo, huic fisco, vt potè priuatæ personæ, Ecclesiam esse præferendam, argumento d.§. si debitores, & d.l.fiscus, quę iura inuiolata permanent, & illæsa. Neque illis etiam obstat si opponeretur, leges illas de obligatione principaliter esse intelligendas, quæ in successorem transire non consueuit, quòd mutata personæ qualitate, etiam rei status mutari solet, argumento l. 1. C. de impo. lucr. descrip. lib. 10. à qua à contrario sensu ita colligit specul. in tit. De cleric. coniug.

col. 2. verſ. Ad huius. Et quamuis dici poſſet, in illis legibus debitores fuiſſe, etiam re ipſa obſtrictos, cùm frequentiùs contingat, vt bona debitorum obligentur, non autem perſona dumtaxat à quo vſu frequentiore validum in iure eſt argumentũ l. Neq; natales C. de probat. tamen reſponderi poſſet, quòd cùm actio hypothecaria ad perſonalem accedat l. non intelligere C. de luit. pigno. idcirco mirum non eſſe, ſi tanquam acceſſoria, naturam perſonalis obligationis ſequeretur: vt in c. Acceſſorium de regul. iur. in 6.

Reſpondeo .n. in primis, quòd hæc eſt diuinatio quędam, ſi volumus intelligere, quòd in illis legibus de debitoribus principaliter perſonali tantùm obligatione aſtrictis agatur. Proinde, cùm de obligatis indifferenter loquantur, ſunt ita ſimpliciter interpretandæ: in ribus vulgaribus. Præterea, dico quòd etiam ſi à principio hypothecaria ſine perſonali ſtare non poſſit, tamen aliter eſt ex poſtfacto d. l. Non intelligere, tradit Paul. de Caſt. in l. fi. C. de fideiuſſ. mino. Quid? communis eſt regula, hypothecariam ſublata perſonali obligatione haud extingui, ſed in ſuo robore permanere l. 2. C. de luit. pigno. quam latè proſequitur multos caſus enarrans Anto. de Fano in tract. de pignoribus, & hypothecis in 6. par. 2. membri nu. 9. cum ſequentibus. Quare inanis redditur iſta diſtinctio, quòd d. §. ſi debitores, & d. l. fiſcus, à caſu propoſito differant: cùm ibi de reali obligatione ad perſonalem accedente, hic verò de ea, quæ realis principaliter eſt, agatur. Nulla enim inter hæc duo eſt differentia, quoniam in vtroq; caſu, cùm ſimus ex poſtfacto, hypothecaria ſuam naturam retinet, ſecundùm prædicta. Firma igitur iſta ratio eſt, ius augeri in præiudicium quoque alterius ob priuilegium ſuccedentis.

8 Secundò, principaliter ad tenendam hanc opinionem alia quoque vrgenti ratione, atque nouo cogimur argumento. Sed priuſquàm ad rationem hanc afferendam noſtra oratio traducatur, quæſo lector, tria hæc pro eius illuſtriori intellectu, diligenter accipias. Primum eſt, quòd bona omnia, quæ à Principe quoquomodo grauantur, ſunt extimanda,

da, vt æqua lance onera ab vno quoque sustineantur. Secundum est, quòd extimandi modus, qui à iure traditur, hic est, vt secundùm fructuum, ac redditųum quantitatem, non autem secundùm rei, & ipsius proprietatis qualitatem, extimentur. Et ideò bona sterilia de libro æstimationum delentur. Tertium illud est, quòd iste modus æstimandi, in quo principaliter fructus, non autem res ipsa consideratur, potissimùm est obseruandus, vbicunque de imponendis tributis ageretur.

Redeundo ad primum dicimus id probari in l. Forma ff. de censi. in l. pen. C. Immun. nemin. cōs. lib. 10. tradit Inno. in c. Grauem. de sent. excom. & Petrus de Perusio in tract. de collectis nu. 8. Idq; docuit experientia rerum magistra c. quàm sit de elect. in 7. Secundum verò, scilicet, vt vna queq; res secundùm quantitatem fructuum, ac redditųum sit extimanda, probatur per tex. cũ glos. in l. si fundus ff. de impen. in reb. dot. fact. facit tex. in l. si pendentes §. si quid cloacarij, ff. de vsufr. & l. Quæro ff. de vsufr. leg. Bal. in l. ad instructionem C. de sacros. Eccles. & in Auth. Defuncto C. ad Tertul. Imol. in l. apud Iulianum §. hæres ff. de leg. 1. Et à simili est tex. in l. Qui bonis, & ibi Bar. ff. de cess. bono.

Illud autem, quòd iste extimādi modus, est in tributis potissimùm obseruādus, ex eo liquet, quòd cùm hæc sint onera prorsùs realia, consequens est, vt in illis exigendis principaliter ad quantitatem fructuum habeatur intentio, magis quàm in collectis, quæ principaliter personis pro rebus imponi solent. Ita ex mente Bart. docuit Alex. in cons. 4. in 5. vol. & Bald. in l. Prædia C. de fideicom. vbi ait, quòd ille qui fructus percipit, est ad onera obligatus. Si enim fructus percipiens, etiam ad collectas astringitur, quamuis personis pro rebus iniungatur, secundùm Bar & Alex. in l. His verbis §. Idem testator ff. de leg. 3. Et ideò vsufructuarius tenetur, non sic ꝓprietarius l. Hactenus, & l. Vsufructu relicto ff. de vsufr. Alex. in cons. 101. col. pen. in 1. vol. Ias. in l. 1. nu. 20. & in l. 2. nu. 2. C. de iur. emphyt. Multò magis ad tributa tenebitur, cùm purè, & simpliciter rebus ipsis imponantur: vt ponit

 Alex.

Alex. in d. conf.4. in 5. vol. Hinc perhibent doctores, bona sterilia de libro æstimationum esse delenda:. Cùm absonum valdè atque irrationabile videatur, vt inde onera soluantur, vndè nulla vtilitas proficiscitur. Ita tradidit Bal. in d. l. ad instructionem, & Pet. de Perusio in d. loco.

9 Iis igitur hunc in modū expositis, ac præfixis, iam æquum est, vt ratio, quam polliciti sumus in medium afferatur Proinde affirmamus quòd cùm onera quæcunque, & præcipuè tributa, non rebus ipsius simpliciter, sed potissimùm ob fructus ex illius percipiendos iniunguntur: illud sequitur, vt clerici non teneantur, patet: quoniam fructus singulo quoque anno sunt noui; vsusfructusq; vnius anni, ab alterius vsufructu, tanquam nescio quid nuper productum, seiungitur, ac separatus esse perhibetur: l. si vsufructus mihi ff. de vsufr. legat. l. 1. ff. de vsufr. accresc. Cum igitur pro tempore futuro, hoc est, postquàm prædia ad Ecclesiam peruenerunt, fructus ex eis nascentes, esse quid nouum intelligantur, & sint: consequens est, vt grauari non possint: quòd sub dominio ac iurisdictione Ecclesiastica producūtur. Quamuis etenim hæc onera à præterito tempore causam trahant, tamen formam non habent, nisi tempore quo fructus colliguntur. Proinde cùm tunc extra iurisdictionem laici Principis sint, impossibile est de iure, quòd respectu illorum à laico vlla fiat exactio: cùm res ipsa statum mutauerit: idq; argumento. l. Sticchus seruus meus. ff. de manum. testa, & argumento. l. 1. C. de imp. lucr. describ. lib. 10. Et ita hac eadem ratione motus similem quæstionem decidit Bald. in. l. fin. C. sin. cens. Cuius dicta si rectè considerantur, magno huic nostræ rationi sunt adiumento. Cessat enim in proposito casu ratio eorum, qui contrarium perhibuerunt, affirmantes, hæc prædia esse affecta, ideoq; cum onere annexo transferri. Quoniam id verum non est, tum vi priuilegij successoris, vt latè in præcedenti ratione tetigimus, & infra latiùs aperietur; tum etiam ipsius rei intuitu, cui tributa potissimum imponūtur. Nam posset fortè procedere diuersa sententia, vbicunq; proprietati magis prædiorum, quæ semper eadem est, quàm eo-

rum

rum fructibus tributa iniungerentur.

Sed cùm supra contrarium probauerimus. simulq; ipsos fructus qui noui semper sunt, nunquam fuisse sub laicorum potestate docuerimus, consequens est, vt destructo eorum, qui contra nos sunt, fundamento, superædificata quoque ab illis opinio destruatur. c. Paulus 1. q. 1. Esto enim qđ illa prædia semper illa, atque eadem sint: tamen fructus ipsi, qui potissimum in ferendis oneribus considerantur, diuersi sunt, non modò à proprietate prædiorum, sed etiam ab alijs fructibus quotannis à d. proprietate nascentibus. De vno ergo ad aliud nulla fieri debet illatio, cùm hæc dissimilia sint. l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig. & l. Papinianus exuli. ff. de minor. Neque obstat si huic nouæ à me allatæ rationi duo obijcerentur. Alterum, quòd etiam si Principalis intentio tributa exigentium ad fructus dirigatur, vt iure negari haud potest, tamen cùm fructus illi à re prius affecta & obligata, nascantur, æquum est, vt res ipsa, & eius quoque proprietas in his omnibus cosideretur, sine qua fructus oriri non possent.

Respondeo, diligenter esse animaduertēdum, quòd cùm acceperimus à iure Pontificio abhorrere plures, ac diuersas res ab Ecclesia diuersis quoque temporibus acquisitas, posteaquàm simul fuerint consolidatæ, atque vna substantia, & idem Ecclesiæ patrimonium factæ, diuerso iure censeri: vt de hac ipsa re tex. est not. in c. cognouimus. in fi. 12. q. 2. & in c. cùm in tua. de decim. & in terminis nostris est glo. in c. dilectus 3. de præben. Ergo longè magis ab eodem iure abhorrere credendum est, vnam & eandem Ecclesiæ rem, atque idem prædium duplici iure censeri: cùm ista sit maior connexio quàm prædicta. propterea hoc ipsum clarè fuit legibus quoque Ciuilibus constitutum l. Eum qui ædes. ff. de vsucap. cum concord. Cùm igitur à iure ipso cogamur ad considerandum, dijudicandumque, quo iure censendum sit prædium, ita vt vno, non autem duplici iure censeatur: videamus, vtrum illud, vel totum laicum, vel totum Ecclesiasticum debeat existimari, & vtra istarum verisimilior sit co-

iectura. Quo casu dicimus, id totum esse à fructibus iudicandum, qui cùm iurisdictioni Ecclesiasticæ sint subiecti, vt supra fuit iure conclusum, consequens est, vt tota res Ecclesiastica iudicetur: non autem à proprietate normam accipiat: tum quòd explorati iuris esse cognouimus, vbicunque ad duo simul dispositio aliqua trahi potest, semper illud potiùs esse, cui principalis intentio disponentis magis innititur: & ab hoc tota illa regitur dispositio. l. Qui exceptionem. & ibi Doct. omnes ff. de condit. indebit. & est glo. ad quam Bal. & alij accesserunt, in l. Venia. C. de in ius voc. Tum etiam, quòd totum aliquid à sua potétiori parte denominari solet, argumento l. Quæritur ff. de stat. hom. Quod quidem locum habet, etiam in ijs, quæ diuisibilia sunt, vt à parte quoque potentiori gubernetur: vt eleganter ait Iurisconsultus in l. Pediculis §. 1. vers. Margaritæ ff. de aur. & arg. leg. Sed in proposita re est, vel facillime concedendum, & principalem onera exigentium intentionem ad fructus dirigi, & eam esse partem potentiorem onerum exigendorũ, vt supra fuit ostensum. Quare ista res tota à fructibus, & consequenter tota ecclesiastica est iudicanda. Quæ conclusio confirmatur: quoniam à legislatoribus accepimus, partem illam, quę minus digna est, à digniori semper trahi, ac eius naturã nancisci c. Quod in dubijs, de consecratio. Eccl. vel alta. c. si duo, & ibi Dom. de santo Gem. de off. delegat. in 6. tradunt glo. & doc. in l. 1i ff. de verb. oblig. & Bal. in l. 2. C. comm. de leg. Proinde maiores nostri tradiderunt, quòd si multi simul, quorum aliquis clericus sit, deliquerunt, totam eorum omnium causam esse ab ecclesiastico iudice terminandam, respectu solius clerici, quòd dignior est c. 1. & ibi Mar. Soc. de for. compet. Bar. in l. solent, cum ibi addit. in 2. col. ff. de alim. leg. Soc. in l. cum senatus in fi. ff. de reb. dub. Vbi testatur, ita in facti contingentia fuisse decisum, atque idem docuit Io. Crot. in l. 1. nu. 19. ff. de verb. oblig.

Pariter quoque, hac eadem ratione maioris dignitatis, traditum est, si duo iudices, quorum alter sit clericus, simul sententiam aliquam protulerunt, appellationis causam iure

esse è superiore ecclesiastico decidendam, secundùm Alex. in cons. 183. in 2. vol. vbi multos retulit, quos nihil attinet recensere. Sed in proposito casu, fructus, qui prorsus sunt clericorum, & sub eorum potestate producti, debent illius fundi pars dignior nuncupari, habito respectu ad ius, quod in eo ad laicos pertineret. Quamobrem totus ille fundus, ab illis fructibus ecclesiasticæ ditioni subiectis, tanquam à sua parte digniori est moderandus, ac regendus: cùm ius ipsum postulet, vt totus, aut laicus, aut ecclesiasticus iudicetur; ne eadem res duplici iure censeatur. Ab omni etenim iure, & æquitate abhorreret, si eiusdem rei pars laicæ iurisdictioni, & altera pars ecclesiasticæ subijceretur: per ea quæ paulò ante probauimus. Altera principalis obiectio, quæ posset contra prædictam conclusionem afferri, ea est. Quòd etiam si vsusfructus quotannis, & nouus, & diuersus esse intelligatur: tamen negari haud fas est, quin tributi exactio causetur ab obligatione iam ante contracta, tempore quo res erat sub laicorum dominio constituta: quapropter iuri consentaneum videretur, vt ad tempus illius obligationis retrotrahatur. Respōdeo, eam esse huius fictionis translatiuæ naturam, vt duo extrema habilia exigat: extremum scilicet à quo, & extremum ad quod, vt vtar ipsis iuris interpretum verbis. Ita Bar. & alij docuerunt in l. Si is, qui pro emptore ff. de vsucap. Sed hic, extremum à quo, inhabile reperitur: quoniam tempore, quo fructus nascuntur, res in Ecclesiam translata nouum statum assumpsit, fructusq; à laicorum exactionibus suapte natura in lucem mittuntur immunes: quare cessat fictio translatiua, consequenterq; illa exactio retrotrahi non potest. Huc accedit, quòd quemadmodum si hæc prædia sterilia efficerentur, non deberent amplius tributorum oneribus subiacere, ad quæ iam antea tenebantur, imo essent de libro æstimationum, vel census detrahenda, secundùm Bal. in l. Ad instructionem C. de sacros. Eccles. & Petr. de Pau. in tract. de collectis, vtq; latiùs in præcedentibus est declaratum: ita hoc idem est concedendum, postquàm res in Ecclesiam translata, & nouum statum, ac priuilegium est adepta.

 Nam

Nam ita quodammodo sterilis effecta est, quadam (vt ita dixerim) superuenientis iuris sterilitate: cùm ad laicorum vtilitatem fructum ampliùs non producat. Idq; ita lege permittente, cuius authoritate omnia licent l. Graecus C. de adult. Verùm si diceretur, quòd hoc modo falsa esset vulgata illa regula iuris, qua cautum est, vnumquemq; rei suæ esse moderatorem, & arbitrum: cùm nos negemus eum onera rebus suis ita posse iniungere, vt Ecclesia si in eius manum iusq; peruenerit, ad ea perferenda teneatur, contra l. In re mandata C. mand. cum vulg. & præsertim contra elegantem tex. in l. Non vsque adeò ff. si à par. quis manu. fu. vbi Iurisconsultus ait, iniquum esse, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem.

Respondeo, vnumquemq; rerum suarum dominum, ac moderatorem esse, ac de illis arbitratu suo posse disponere, dum id fiat seruata forma à legum conditoribus tradita, & non aliter l. Nemo potest ff. de leg. 1. Idq; quoniam nemo (Principe excepto) legibus est solutus l. Digna vox. C. de legi. cum concor. Proinde legislatoribus æquissimum visum est, parentem, in præiudicium legitimæ filiorum, testari nō posse l. Quoniam in prioribus C. de inoff. in testa. cum multis alijs casibus, qui breuitatis causa prætermittuntur, in quibus lex voluntati dominorum resistit, ne liberè de suis bonis disputant, vt notissimum est. Quare, & hic est concedendum, bona à domino obligari posse: ita tamen, vt priuilegium immunitatis, quod Ecclesiæ à iure ipso concessum est, non lædatur.

Præterea est animaduertendum, quòd dominus rei non est is, qui bona sua ad tributum obligat, sed huiuscemodi onera à lege, seù a Principe imponuntur. Cæterùm, neque princeps, neque lex ipsa, aut possunt, aut debent effectum porrigere in illud tempus, quo hæc erunt Ecclesiarum: cùm tunc immunia sint, & in illa Principes laici nullam prorsus habeant potestatem, c. semel Deo dicatum, de regul. iur. in 6. Id quod latiùs ex infra dicendis rationibus aperietur. Quare illud sequitur, vt hoc fieri vllo pacto non liceat: ne alioqui

Eccle-

Ecclesiarum priuilegia euertantur, quæ ad illas omni iure pertinent. Quod inconueniens cessat, vbi dominus, vel pacto, vel alia vi contractus, bona sua vtcunq; sibi libitum est, obligaret. Nam tunc nullum propterea Ecclesiæ priuilegium læderetur: vt considerat Abb. in cons. 26. in fi. in 1. vol. Nemo enim à contractibus reperitur immunis: cùm etiā ipse Deus obligetur ex pacto, teste Bal. in l. 1. ff. de pact. Et ex ijs ratio ista de fructibus, quam non inutiliter nouo quodam modo excogitauimus, firma remanet, & illæsa. Præterea nego, quòd isti fructus à proprietate affecta nascantur: cùm ipsa quoque proprietas transeundo in Ecclesiam liberetur: vt statim in sequenti ratione probabimus.

Nunc iam tertia ratio sese offert, quæ ea est, quòd tributa non alio, quam iure subiectionis, à laicó principe exiguntur: ita colligitur ex epistola Paul. ad Rom. c. 13. Subditi estote: ideo enim & tributa præstatis & c. Et propterea tributum à principe exigi non potest, nisi de bonis subiectis eius imperio vt docuit Bar. in l. 1. col. pen. C. de mul. & in quo loc. lib. 11. Oldrad. in quodam tract. circa materiam munerum, in 4. par. quem secutus est Soc. in cons. 119. Sed isti fructus quibus, vt diximus, hæc onera potissimùm innituntur, neque sunt neq; vnquam fuerunt, etiam eorum origine inspecta, laicorum potestati suppositi: quamobrem, cessante ratione subiectionis, cessare debet etiam tributi præstatio: argumento. l. fi. ff. de Iurisd. omn iud. facit. l. Adigere. ff. de iur. patr. & c. cùm cessante de appell. Cum enim tempore quo fructus colliguntur, subsit defectus, tum respectu causæ afficientis: hoc est, ipsius laici principis tributum exgentis, qui rerum Ecclesiasticarum incapax est, nedum princeps: tum etiam subsit defectus respectu causæ materialis, hoc est, ipsorum fructuum, qui extra laicam iurisdictionem sunt positi consequens est, tributum ei aliquod exigere non licere: per ea quæ habentur, maximè par Ias. in l. Existimo. ff. de verb. oblig. Et ex istis contraria illa ratio confutatur, scilicet, quòd onera rei annexa etiam in priuilegiatum transeant successorem. l. 1. C. de indict. lib. 10. cum alijs supra in contrarium

adducti :. Quoniam ea procedunt, in priuilegiatis duntaxat suppositis laici Principis potestati: quo casu, cùm semper vigeat potissima illa ratio subiectionis, æquùm est, vt eius quoq; duret effectus, hoc est, ipsa tributorum exactio. aliud autem in proposito casu, in quo subiectionis ius quò ad laicos tollitur, & solutum est. Et ratio rationis ea est. Quoniam priuilegiati laici, cùm sua fuerint à laico Principe adepti priuilegia, non possunt contra eum, qui concessit, illa afferre, ac retorquere: arg. l. Amicissimos. in fi. ff. de excusat. tut. tradunt doct. in l. posthuomo. C. de bon. poss. con. tab. sed Ecclesia priuilegium habet immunitatis à Deo, vt supra cumulatè fuit ostensum: quod à mortalium nemine est violandum cum apertissimi iuris sit, inferiorem haud posse superioris legem infringere. l. nam magistratus. ff. de arbit. & c. cùm inferior. de maior. & obed. Et ideò cùm dicimus, rem esse affectam, & perpetuo oneri alligatam, intelligas licet, donec res subest illius Principis potestati, & non vltra. Dico etiam si non de fructibus duntaxat, verùm etiam si de ipsa proprietate ageremus. Quoniam res tota, soluto iure subiectionis, per transitum in Ecclesiam liberatur. Neq; hæc vox, oneri perpetuo, refragatur. non enim semper est vsque adeò late accipienda, vt quandam æternitatem significet; cui nullus vnquam euentus, aut nulla ætas finem sit allatura: sed diuersimodè, prout subiecta materia exigit, est intelligenda: vt plenè docuit Alex. in cons. 6. in 1. vol. atq; alij multi hoc idem sæpissimè tradiderunt: vt per Alber. in suo diction. in verbo, perpetuò, cum ibi additis. Et hoc communiter in quacunq; re ab omnibus dici solet. Nam verborum intepretatio, semper à subiecta materia sumitur: vt tradit Bar. in l. omnes populi in 3. q. sex. q. Principalis, & Bald. in l. conuenticulam. C. de epis. & cle.

Proinde vt ad vocem hanc, perpetuò, redeamus, habetur in l. 1. cum ibi not. ff. pro soc. societatem, quæ inter duos perpetuò inita est, alterius morte dissolui. Pariter quoq; dici solet, quòd quamuis dos perpetua sit, & ea detur intentione, vt semper apud maritum sit permansura l. 1. ff. de iu. do.

cam tamen soluto matrimonio, à quo dos ipsa causatur, & pendet, repeti posse l. Post dotē, & toto ferè tit. ff. sol. matr. l. dos à patre C. eo. tit. Quare, ita quoq; & in proposito casu est, vel facilè concedendum, quòd bona dicantur affecta, & perpetuè tributorum exactioni subiecta, hoc est, donec ab authoritate maiori ius subiectionis dissoluatur: quo extincto æquissimum est, vt etiam tributi exactio, quæ ab eo causatur, & pendet, extinguatur: vt videre est in dote, quæ superueniente matrimonij solutione repetitur, & nomen dotis amittit. Sed hoc subiectionis ius, quod laico Principi debebatur, ab authoritate maiori, hoc est, à iure diuino, & à qualibet alia lege dissoluitur: cùm per transitum in Ecclesiā, ista bona à laicorū potestate pœnitùs eximantur, vt latè iam antea demonstrauimus: Ergo etiam tributi exactio debet extingui: cùm remota causa, ipsi quoq; remoueantur effectus, d. l. adigere ff. de iur. patr. & c. cùm cessante de appella. cū vulg. Vbi .n. actus aliquis subsequens, ab actu præcedente consequentiam trahit, idem iudicium de illo, quod de actu, quoq; præcedente fieri solet l. 3. §. scio. ff. de minor. tradit latè Soc. in cons. 70. in 3. vol. facit c. accessorium de reg. iur. in 6. sed hæc tributi exactio à iure subiectionis proculdubio consequentiam trahit, vt prædiximus: idq; ex se patet: cùm nemini, Principe excepto, tributa exigere liceat: ergo ius consequens est, vt sublata laici Principis iurisdictione, etiam jus tributa exigendi, in ipsius præiudicium extinguatur, & corruat: vt in simili quæstione aiūt Inn. Ant. de Butr. & Abb. in c. 2. de voto, idq; latiùs prosequitur Felin. in c. Quæ in Ecclesiarum nu. 60 de constit. Quibus in locis perhibent, sublato voto, reuocari ius quoq; alteri ea ratione acquisitam. Quare ita, & hic tandem fateamur necesse est, vt sublato laici Principis Imperio, consequentèr etiam istud exigendi ius ruat, & pereat, quod ad fiscum ea tantùm ratione spectabat, in ijs .n. quæ de laici Principis iurisdictione exeunt, ille nō amplius habetur vt Princeps, sed magis iure priuatę personæ vtitur. vt arguēdo de re ad personam est tex. & ibi doc. in l. fi. ff. de iurisdi. omni. iud.

Quar-

Quartò principaliter, hæc eadem conclusio suadetur: Nam quemadmodum collectæ, quæ personis pro rebus iniunguntur, rebus, quæ in Ecclesiam transierunt, imperari non possunt, vt latè habetur in d. l. placet, C de sacros. Eccle. & omnes vbiq; consentiunt, vt docuit Barb. in cons. 1. in 5. volum. eorumq; illa est ratio: quòd cùm personæ clericorum laici Principis non subiaceant potestati, consentaneum eis videtur, vt personæ immunitas, etiã res ipsas ab exactionibus collectarum excipiat. Ita in proposita re videretur pari ratione concedẽdũ, quòd cùm tributa rebus principaliter respectu fructuum imponantur, vt docuit Alex. in cons. 4. in 5. vol. & latè superiùs fuit ostensum, rursusq; cùm ij fructus tanquam res noua ecclesiasticæ prorsus subiaceant iurisdictioni, concedendum, inquam, videretur, eorum intuitu rem totam fieri immunem, & ius proprietatis fructibus ipsis annexum ab ecclesiastico fructuum iure moderari, ac regi oportere: per ea quæ de collectis à maioribus nostris accepimus: qui voluerunt, atq; vnanimiter consenserunt, respectu personarum totam rem purè, ac simpliciter à collectarum exactionibus eximi; quapropter etiã ratione fructuum hoc idem negare non liceat: cùm de re ad personã validum in iure sit argumentum l. 2. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi exim. Et ideò de fructibus, qui clericorum sunt, ad eorum personas licita fiat illatio. Quinimo dico, hoc argumentum à fortiori procedere. Nam in collectis potior est illa intentio, quę ad res, quàm quo ad personas haberi solet, quãuis etiam mixta adsit consideratio personarum, vt videre est per omnes, qui hanc materiam tractarunt: maximè per Bal. in l. prędia C. de fidęicom. vbi ait, in collectis res ad personas, tanquam digniores, accedere. Et sic illa (vt ita dixerim) principalitas personarum à dignitate prouenit, non quòd ipsæ in primis ad huiusmodi onera teneantur. Contrà verò, hæc tributa, de quibus agitur, potissimùm ratione fructuum, vt iam sæpè diximus, imponuntur. Si itaq; ibi personæ, quæ sunt pars debilior onerum ferendorum, ac etiam est pars à rebus ipsis seiuncta, & clericos, & eorum bona à collectarum solu-

tio-

nionibus eximunt: multò magis dicendum est, fructus, qui sunt tributorũ exactionis potior pars, atq; illius, & eiusdem rei pars, clericos posse omnino ab huiusmodi exactionibus liberare: argumento l. quæritur ff. de stat. hom. & l. pediculis §. 1. ff. de aur. & arg. leg. vbi de rei parte potētiori agitur, quod etiam supra enucleauimus.

Quintò prædicta confirmantur, propterea quòd satis exploratum esse arbitramur, horum bonorum fructus ab ecclesiastico Principe grauari posse, cùm ipsi nunquam fuerint alterius imperio subiecti. Quis enim affirmare audeat, Pontificem Maximum, vel decimas, vel alia quæcunq; onera super dictis fructibus imponere non posse? cùm ipse solus sit, qui in bonis Ecclesiarum plenissima fungitur potestate cap. proposuit, de concess. præb. c. licet de præbendis in 6. & melius quàm alibi habetur in clem. 1. vt lit. pend. Tanta enim in rebus Ecclesiarum est Pontificiæ potestatis amplitudo, quòd Papa, cum omnibus prælatis in eorum iurisdictione, ac potestate concurrit: teste Abb. in cons. 84. in 1. vol. ita vt in fœudum concedere valeat non modo ea, quę sui sũt apostolatus, verùm etiam quascunq; res, quæ aliarum omnium sunt Ecclesiarum: secundùm Doct. post Io. Monac. in c. si eo tempore de elect. in 6. & per Bal. in c. 1 in princ. Qui fœud. dar. poss. Et per Alber. Brun. in cons. 1. & 2. & per Soc. in cons. 10. col. 5. vers. circa tertium inter cons. Alber. Brun. Quapropter dubitare nõ licet, quin isti fructus, qui prorsus sunt clericorũ, ac etiam tota res, quæ iam in Eccles. sit translata, à Pont. Max. vtcũq; ei libuerit grauari possint; cùm in materia beneficiorũ voluntas Papæ, pro ratione accipiatur: teste Dec. in cons. 341. vbi multa de Pontificia docuit potestate, & Soc. in cons. 13. in 1. vol. Hoc igitur pŏsito, ac pręfixo, quòd fructus illi à Papa grauari possint, illud sequitur, vt à laico Principe grauari nequeant: ne alioqui possit contingere, bona eadem duplici onere à diuersis Principibus grauari: id quod à iure ipso, & ab omni prorsus æquitate abhorret, l. honorem sustinenti, cum glo. ff. de muner & honor. gloss. in l. 2. Cod. de mulier. & in quo loco lib. 10. & Bald. in

c. capitulum .f. crucis, de rescrip. idq; ad omnibus confirmatum est.

Sextò dicimus, quòd quemadmodum res Eccl.si profana fieret, ad solutionem exactionum laici Principis indistinctè compelleretur, ea ratione, quòd mutatione personæ, priuilegium quoq; mutari solet : Bar. in l. Paulus. in fi. ff de acquir. hæred. & doct. in l. licitatio. in fi. ff. de public. & clarè habetur per Firmanum in tract. de gabellis, in 7 par. principali nu. 23. ita profana cum ad Eccl. transierit, potest indistinctè ab Eccl. Principe grauari, & à nullo præterea. ea nimirum ratione, quòd mutatione personæ priuilegium quoq; mutari solet. Imo multò magis hoc est admittendum : cùm longè maiorem fauorē piæ causæ quàm profanæ legum omnium deferant constitutiones. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. funer. idque latiùs ex infradicendis rationibus aperietur. Alioqui sequeretur, Dei Ecclesi. deterioris fore conditionis quàm res profanas. quod, religione non violata, dici à quoquam non posset: vt omnibus, qui iuris non sunt ignari, notissimum esse existimamus.

Septimò, hæc alia ratione confirmantur. Nam bona Eccl. publico sunt spirituali vsui destinata. c. videntes. 12. q. 1. & c. quoniam. 16. q. 1. Hinc traditum est in c. Nulli liceat. 12. q. 2. quòd omne id, quod Ecclesiæ consecratur, siue fuerit animal, siue ager, siue aliud quodcunq;, sanctum sanctorum efficitur Domini, & ad ius pertinet sacerdotum : atque ideo ad profanum vsum non debet amplius reuocari. quia quod semel deo dicatum est, ad humanos vsus non debet amplius transferri. c. semel Deo dicatum de regul. iur. in. 6. Quare concluditur, res quæ iam in Eccl. transierunt, ampliùs vllo pacto non posse exactionibus sæcularium subiacere. Quod confirmatur ex ijs, quę de horto & mã so iam anteà diximus. Ex quibus patet, inter paruam, seu magnam bonorum Eccl. quantitatem nullum esse discrimen. Et profectò valde indecorum, ac reprehensibilē videretur, si concederemus, de rebus Ecclesiæ ac Deo dicatis iure tributa à laico Principe exigi posse, cùm ea multoties in inferendo contra christianos

bello,

bello, ac etiam contra ipsam Ecclesiam (fædum dij immortales facinus) impendantur. Hoc autem mali esse exempli nemo iure dubitauerit: & propterea meritò est respuendum, arg. l. si quis aliquod §. qui abortionis. ff. de pæ. ibi, quia mali exempli res est &c.

Ad prædictam opinionem tenendam alia ratione vrgemur. Nec sanè mirari oportet, tot rationes ad vnam eandemq; rem probandam adduci: cùm veritati rationes vltro famulentur, & vltrò ita plerunq; se offerant, vt aliam, vel ducere, vel secum trahere, quadam quasi necessitate videantur. Nam verum verò concordat. 3. Ethicorum. A legum igitur conditoribus est acceptum, paria esse, aliquid fieri tempore vetito, vel fieri tēpore licito, sed in prohibitum tempus differri. l. in tempus. ff. de hæred. instit. l. quod sponsæ & ibi Bar. C. de donat. ante nupt. & est elegās tex. in l. Sticus seruus meus. ff. de manum. testa. sed sic est, quòd res iam Eccl. huic tributo subijci non potest, ergo neq; id antea fieri licet pro eo tempore, quo futura est aliquando in ecclesi. potestate, ac mancipio: per prædicta. Et si diceretur, ea dumtaxat locum habere, quando aliquid differtur in tempus expresse prohibitum, sed hic nulla Ecclesi. fit mentio, ergo &c. Respondeo, quòd cùm sæpissimè contingat, bona laicorum diuersimodè in Eccl. transferri, hoc perinde esse considerandū, ac si expresse memoraretur, per tradita per Doct. in l. fistulas. § frumenta. ff. de contrah. empt. facit l. & si sine. §. quęsitum. ff. de minor. ibi, & quotidie prætores restituunt. argum. enim ab vsitatis validum est. l. si quis donaturus. ff. de vsufruc. Quare hoc quòd in Eccl. transire valeant, euenire posse prospiciendum est. arg. l. si quis domum. §. idem quæritur. ff. loca. ibi, euenire posse prospicere debuit. Quare nostra hęc ratio iam tandem firma remanet. Ad quam alia quoque ratio in iure potens accedit. Nam vbicunq; dispositio aliqua, ad eum casum venit, à quo incipere non potuisset, tota hæc dispositio redditur irrita & inanis, quamuis actus sit perfectus, sed nondum consummatus: neq; aliquod sequi potest absurdum: vt per Imol. in l. pen. §. & si placeat. col. 2. ff. de verb. obligat.

Cæ-

6 Cæterum, in proposita re, quamuis dici posset actum impositionis tributi illo tempore fuisse perfectum, quo prædia laici Principis suberãt potestati: tamen quo ad futuras annuas exactiones nondũ dici poterat cõsummatus, quo tempore si tributum exigeretur, in multa (vt prædixi) inconuenientia incideremus, ideo vetus illa tributi exactio irritatur; cum prædia in Eccl. translata, si fortè à laicis grauarentur, ad eum casum peruenisse dicerentur, à quo incipere non potuissent: cùm ab eis noua tributa huiusmodi rebus iam Eccl. acquisitis vllo pacto imponi non possent: ergo &c.

Postremò, subtiliter ac verè sic possumus colligere argumentum, & dicere, quòd etiam si communiter verum esset id quod perhibent aduersantes, scilicet, per translationem rei priùs affectæ, quæ in aliquem fit, propterea tamen ius, quod alteri erat iam antea acquisitũ, auferri non posse: vulg. l. id quod nostrũ est ff. de reg. iur. tamen dicere ausim, hoc non procedere; vbicũq; res illas priùs affectas Ecclesia nancisceretur; intelligo tamen in iure alteri acquisito ratione subiectionis, vt loquimur. quoniam quicquid Ecclesia adipiscitur, verè, & propriè non dicitur alienatũ, neq; in alium simpliciter esse translatum: sed iure dicitur ad priorem naturam suam redijsse, ac primum statum assumpsisse. constat .n. iam inde ab initio Domini esse terram, & omnem plenitudinem eius: Psal. 23. eiq; datam fuisse quamcunq; potestatem in cælo, & in terra: Matth. vltimo, ideo de necessitate salutis credendum est, vtriusq; gladij potestatem fuisse ab initio tributam Ecclesiæ, vt crebrioribus sententijs traditũ est in c. nouit. de iudi. & propterea rectè aiũt illi patres, qui constanter affirmarunt, Constantinum restituisse potiùs, quàm donasse, vt hoc ipsum docuit glo. not. in c. ego Ludouicus 63. distinc. idem ex mẽte Iac. Butr. docuit Alex. in cõs. 229. incip. visis codicillis in 1. vol. & Io. de Ligna. in Clem. Romani. de iureiur. & Abb. in cons. 82. in 1. vol. cui possent multa aggregari, quæ attulimus in lib. à nobis edito, in quo donationem Constantini defendendam suscepimus, vbi hac ratione, ex multis virorum magni nominis auctoritatibus

fuit

fuit cumulatè ostensum, donationem illam magis propriè restitutionem quandam, quam donationem iure nuncupari posse.

10 Sed tunc ea iuris sese offert consequentia, quòd vbicunq; res in alium transfertur, & per huiusmodi translationem, ad primum statum redit, prioremq;ipsius naturam adipiscitur, tunc ius alteri acquisitum, vel facillimè reuocatur, neq; ob id aliqua ei dicitur illata fuisse iniuria: quoniam res quęcũq; haud magno conatu ad priorem naturam, ac statum reuertitur l. si vnus §. pactus, cum glo ff. de pact. Ista memoratu digna decisio probatur in l. quæris ff. de natal. restit. & in c. ab exordio, cum glo. 35. dist. cùm multis alijs, quæ latè afferuntur per Alber. Brun. in cons. 1. col. 7. vers. tertiò, pro prędicta, vbi testatur, hanc esse veram, & indubitatam scriptorum sententiam. Ad quam accessit Io. Campeggius in cõs. 2. inter cõs. Alber. Brũ. & Soc. in cõs. 10. inter cõs. eiusdẽ Bruni, col. 8. vbi citat glos. in c. statutum, de præben. in 6. & hoc confirmari potest ex ijs, quæ latè docuit Felin. in c. cum omnes nu. 6. de constit. vbi multis exemplis confirmat, solemnitatem, quæ alioqui ad validitatem alicuius actus exigeretur, non exigi vbicunq; ad primum statum fit redditus. Cũ itaq; quicquid acquirit Ecclesia, dicatur, quod attinet ad ius imperij, priorem statum suum assumpsisse, vt supra fuit iure conclusum, consequens est, vt ius illud quod ea in re ad laicum Principem pertinebat, facillimè, & absq; vlla ipsius iniuria reuocetur.

Huic nostræ opinioni, quę tot vrgentissimis rationibus est subnixa, ne auctoritates quidem defuerunt, eam .n. & glo. & Cy. approbauerunt in l. placet vers. postremò C. de sacros. Eccles. cùm ibi tradiderint, legem illam, in qua de ordinarijs oneribus agebatur, fuisse correctam per Auth. Item nulla Communitas C. de Episc. & cleric. quæ fuit ad fauorẽ Eccl. promulgata. Et hoc idem videtur sensisse glo. in l. de his C. eo. tit. de Episc. & cleric.

11 Nunc illud superest, vt quò hæc sententia firmior, & certior ostendatur, ea quæ nobis opponũtur, omnia dissoluantur.

tur. Primùm igitur dicimus nō obstare tex. in c.si tributum 11 q.1. quoniam si rectè consideretur illud c.magno potiùs nobis est adiumento. Ibi.n. Ambro. ait si Imperator ab Eccl. tributum peteret, ei esse soluendum. Ego hoc Amb.documentum intelligo, vt moneat, Imperatori non resistendum, quòd potentior sit: non autem quòd iure id fieri concedat. Et hanc fuisse Ambro.mentem duobus argumentis ostendimus. Primùm .n. vt nouimus, vna pars iuris ab altera declaratur: teste Ang. in l. vtrum ff. de petit. hæred. facit ad rem l. si seruus plurium, & l. qui filiabus ff. de leg. 3. sed ita se res habet, vt idem Ambro. in c.magnū, ibi immediatè sequenti, in quo ea continuantur, quæ tradita sunt in d.c. si tributum, affirmet hoc fieri debere exemplo Christi, qui tributum Cæsari non negauit, cōstat autem Christum ipsum non soluisse, quod teneretur, imo ante omnia se non teneri apertissimè declarauit: attamen ne scandalum fieret, tributum soluere voluit, vt habetur Matth. 17. & in c.iam nunc, 28. q.1. & per glo. in d.c. Magnum, quare sequitur, vt eodem modo præcedentia Ambro. verba sint intelligenda, cùm mens referentis semper secundum ea, quæ afferūtur, sit accipienda: vt per Bar. in l. non solùm §. liberationis ff. de liber. leg. secundò animaduertendū est, in eodem loco Ambro. voluisse, etiam ipsa Ecclesiarum prædia, quando ab Imperatore vendicarentur, ei esse concedenda. Certò autem certius est, Imperatores nullam in vendicandis Ecclesiarum, prædijs habere potestatem, vt ibi in d. c. si tributum gloss. apertissimè consensit, dicens, hoc ipsum non iure permittente, sed de facto tantùm fieri posse, id quod etiam tex. ibi in fine innuit; Non dono, sed non nego: quasi dicat, sponte non do ea, quæ iuris sunt Ecclesiarum, sed ne scandalum fiat, non nego.

Quapropter cùm ibidem in eodē loco, ac ferè sub eadem cōceptione verborum, illud idem sentiat Ambrosius de soluendis Cæsari tributis, quod & de dimittendis ei prædijs senserat (quod, vt prædiximus, iure fieri non potest) consequēs est, vt eodem modo sit illius mens de soluendis tributis intelligenda, vt hoc pariter iure fieri nequeat, quoniam vbi simul

plura

plura iunguntur, solent vniformiter definiri, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. l. vnic. §. sin autem C. de caduc. toll. Prętereà, volui Ambro. videre in fonte, & est tomo 2. lib. 5. epi.
10 32. vbi Ambro. non recta via, sed quasi per cuniculos vadens responddet Arrianis interrogātibus, nū cessurus esset vnam Ecclesiam Imperatori, quam, vt opinor, ipsi mox se sperabāt inuasuros. Ambrosius ita respondet, vt neq; se id facturum affirmet, neque item obstaturum: sed tamen longè maiori studio pro Ecclesia, quam pro tributis, aut pro agris luctaturum. Comparatione igitur Ecclesiarum ait se non vetiturum quin prædia auferantur, nō tamen ita permissurum, vt consentiat. Quoniam responsio, quæ ex Ambrosio elicitur, ea deniq; est, vt nihil horum, quæ ab Arrianis petebantur, se sponte esse daturum intelligeretur. Vbi verò necessaria esset electio, se malle dare agros, & tributa, quam ipsas Ecclesias. Et ita nihil contra nos est. Nam, & Loth malebat stuprum filiarum, quam hospitum Angelorum.

Quare, ex his liquere arbitror, textum illum hoc modo expositum in d.c. si tributum, opinionem nostram nō modò non destruere, sed magis, ac magis ædificare; cùm ibi colligatur expresè, tributa non iure, sed de facto Cæsari esse soluenda. Qua ratione nobis ne ille quidem refragatur tex. qui est in c. tributum 23. q. 8. quoniam ibi, quoque exemplum Christi soluentis affertur. Quòd cum non vi alicuius obligationis, sed sponte, vt scandalum vitaretur, factum fuisse superiùs docuerimus, illud sequitur, vt ita illius quoque cap. constitutio sit interpretanda: secundum Bar. documentum in d. l. non solum §. liberationes ff. de liber. leg. vel ille tex. ita est exponendus, vt sponte ibi tributum à clericis persoluatur: idq; quò pax, & quies ab Imperatoribus conseruetur: vt videre est in d. tex. ibi, pro pace, & quiete defendenda, &c. sed iure obligationis nequaquam: vt liquet ex iis, quæ immediatè in d.c. subiunguntur, vbi, allato Pharaonis exemplo, traditum est, Domino ita pronunciante, sacerdotes in omni
11 gente liberos esse oportere. Si enim liberi sunt, ergo nullo subiectionis iure coguntur: vt de hac voce, liberi, docuit

Alex. in conf. 154. in 1. vol. & latè supra deduximus. Et profectò nisi iura iam allegata, ita, vt prædiximus, intelligerentur, totam Ecclesiarum immunitatem euerterent: quoniam de solis prædijs, quæ tributaria erant, priusquam ad Ecclesiam transirent, non loquuntur: vt nostra disputatio exigit, sed indistinctè, ac simpliciter de prædijs Ecclesiarum, & tamē idem isti aduersus manifestam veritatem nimis pertinaces consentiunt, super prædijs, quæ iam sunt Ecclesiarum, nulla onera à laicis Principibus imponi posse, quòd sanè falsum esset, si iura prædicta ad litteram, vt iacent, exponerentur: cùm indefinitè, atque ideò vniuersaliter loquātur: vulg. l. si pluribus ff. de leg. 2. c. solitæ de maior. & obed. similiter quoque hoc ipsius Christi exemplum, quod contra affertur, 50 totum hoc sacerdotum priuilegium radicitus euelleret, atq; confringeret, quoniam dici non potest, Christum pro prædijs iam anteà tributarijs, vt nos agimus, persoluisse, cùm ipse nulla pœnitus prædia possideret, sed in maxima constitutus esset paupertate. Quare si hoc Christi exemplum contra nos faceret, sacerdotes omnes, etiam nulla prædia possidentes, ad tributi solutionem possent iure compelli, consequens est falsum, & impium, vt etiam ab aduersantibus non negatur: qui inter bona priùs affecta, & alia distinxerunt: ideo falsum est etiam antecedens. Quamobrem fateamur necesse est, prædicta omnia, quæ in contrarium adducuntur, ad vitandum, vt diximus, scandalum, non autem ad soluendum tributum sacerdotes vrgere.

Præterea, Christus vt sacerdos, tributum non soluit, sed vt quilibet de popnlo. Item, si etiam vt sacerdos soluisset, tamen illa fuit non lex, sed permisio quædam, ne scandalum pusillis gigneret, vt erant exactores illi, qui vesam fidem nondum intelligeban. Sed non itta sunt Principes nostri temporis, qui non sunt amplius pusilli, cum debeant esse instructi: & propterea ob non solutionem tributi, scandalum oriri non posset. quæ omnia nostræ seruiunt intentioni, vt Ecclesiæ, & clerici, purè ac simpliciter liberi sint & immunes. Ad tex. in c. ea. n. §. item prædium. 10. q. 1 1. vbi habetur, prædium quod

pro-

propter onera fiscalia inutile redditur. alienari debere. Respo. tex. illum esse intelligendum de oneribus à fisco de facto vel alio quæsito colore impositis. quoniam non est vllo pacto dicẽdum, quòd legislator se ipsum continuò velit corrigere. l. Non ad ea. ff. de cond. & demonstr. & ideo huiusce modi interpretationem nunquam esse sumendam fuit sæpissimè constitutum. Sed ita se res habet, quòd in d. c. ea.n in principio, fuit sancitum, iura omnia Ecclesiarum tam acquisita, quàm acquirenda, perinde inuiolabiliter esse custodienda, ac si de ipsa domo Ecclesiæ ageretur, quæ dubio procul libera est, & immunis, vt iam inde à principio latè probauimus. Qua propter dict. §. item prædium. ita est exponendus, ne refragietur huic Ecclesiæ immunitati, quæ nullo habito discrimine fuerat in principio eiusdem cap. declarata: alioqui illius canonis conditor se ipsum statim correxisset, contra. d. l. Non ad ea. & contra id quod frequenter aiunt doctores.

Quamobrem est vel facillimè concedendum, ibi statutum fuisse, prædium alienari debere, cui à fiscalibus tributa de facto imponebatur, vt Ecclesia, sicut de iure, ita etiam de facto ad solutionem aliquam non compellatur, prout in principio eiusdem cap. Ea enim fuerat constitutum, à quo & sequentia declarantur. l. si seruus plurium. l. qui filiabus, & l. Quæsitum. §. 1. ff. de leg. 3. & ex ijs etiam ille tex ita expositus nostræ fauet opinioni. Ad. c. si quis laicus. 16. q. 1. Resp. qđ ibi neq; laicus neq; clericus alienare potest bona ad decimas soluendas Ecclesiæ obligata. Idq; nullo nobis est impedimento. cùm ibi agatur de decimis quæ soli Deo & Ecclesiæ debentur: hic autem de tributo, quod hominibus ratione subiectionis persoluitur. Et rursus, ibi de nulla principum laicorum exactione tractatur, de qua nostra est quæstio. Quare cùm hæc dissimilia sint, non rectè fiat illatio. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. cum vulg. Præterea cùm ibi traditum sit, bona in aliquem alienari non posse in præiudicium decimarum, quæ Ecclesiæ debebantur. Quid inde, etiam si in aliam Ecclesiam bona illa cum dicto onere pertransirent? cùm explorati iuris sit, priuilegiatum vti pri-

 uile-

uilegio suo non posse contra coequalem in priuilegio. l. sed & milites. §. coequalitas. ff. de excu. tut. Nos verò loquimur de bonis non priuilegiatis, quæ ad Ecclesiam transferunt. Ergo &c.

Non obstat. d. l. placet, & l. ad instructionem. C. de sacros. Eccl. cum multis alijs constitutionibus iuris Ciuilis, quæ in contrarium possent afferri. Quoniam dicimus in primis leges illas; quò ad hoc fuisse correctas per auth. Item nulla communitas. C. de Episc. & cleric. vt docuit glo. & Cy. in d. l. placet. & ibi hoc idem retulit Ias. licet ipse contrarium senserit. Præterea dicimus, laicorum Principum constitutiones omnes in bona clericorum statuere quicquam non posse, quod eorũ priuilegio, iuris diuini atq; humani autoritate subnixo praiudicet. quippe cũ notissimi iuris sit, inferiorẽ superioris legi derogare non posse l. nam magistratus. ff. de arb. c. cùm inferior de maior. & obed. expressè etenim scriptum est, clericorum immunitatem à Deo ipso fuisse iam inde ab initio institutam, eandemq; principibus præcipisse, ne à clericis tributum exigerent, vt habetur Esdræ. 1. c. 7. ibi; vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & leuitis, ac ministris domus Dei, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Hoc idem priuilegium alio quoq; multiplici iure fuit superius confirmatum. Quapropter ex defectu potestatis affirmamus seculares constitutiones contrarium disponẽtes non valere, vt tradit glo. in c. generaliter. §. Nouarum. 16. q. 1. dicens hac ratione prædictam, l. ad instructionem, nullius esse roboris & momenti. Facit tex. in auth. Cassa. c. de sacros. Eccl. & latè de hac ipsa re iuris ciuilis interpretes docuerũt in l. 1. C. eod. tit. & in l. omnes populi ff. de iust. & iur. & canonistæ in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, & in c. quæ in Ecclesiarum de cõstit. proinde dici solet, Imperatorem filium esse Ecclesiæ, & non præsulem c. si Imperator 96. dist. atq; ideo Constantinum illum nunquam satis laudatum Imperatorem respondisse aiunt, cùm ad eum sacerdotes iudicij suscipiendi causa traherentur. Ite, & inter vos causas vestras disponite: quia di-

gnum

gatum non est, vt nos iudicemus Deos: vt relatum est in c. sacerdotibus 11. q. 1. prædicta confirmantur per tex. in c. non licet imperatori; in c. lege imperatorum iii c. constitutiones in c. imperium, & in c. suscipitis 10. dist. & in c. nulli fas & in c. violatores 25. q. 1. præterea, hoc idem in multis alijs Pontificij iuris sanctionibus est constitutum, quæ breuitatis causa prætermittuntur. Illud vnum enim satis est ostendisse, leges Cæsareas nullum prorsus in Ecclesias, & earum bona habere imperium.

Hac eadem ratione soluitur obiectio l. 1. C. de indict. lib. 10. qua cautum est, prædia tributaria, etiam ad priuilegiatos, quinimo, & ad augustam domum cum suo onere pertransire. Quoniam (vt ex prædictis colligitur) respondemus, hoc posse procedere in priuilegiatis, qui ipsius Cæsaris imperio sunt subiecti. Aliud autem est in Ecclesia, quæ non modò priuilegium habet immunitatis, sed etiam à iure subiectionis sæcularium est soluta: quo iure subiectionis sublato, pariter etiam ius exigendi tributum extinguitur; per ea, quæ in rationibus supra adductis attulimus. Pari sermone illa, quoq; consideratio confutatur, iura Ciuilia sacerdotibus hæc onera iniungere consueuisse. Nam ex præcedentibus liquet, id iure fieri haud posse ob iurisdictionis defectum, qui non patitur ab inferiore superioris legem infringi c. cùm inferior de maior. & obed. Sed ne illa quidem ratio quicquam obstat quòd l. placet C. de sacrosan. Eccles. inter canones videatur ascita: cùm de verbo ad verbum relata sit, in c. generaliter §. placet 16. q. 1. Cùm non ad finem legis condendæ, sed ad hoc tantùm referatur, vt passim intelligeretur etiam ipsos Cęsares clericorũ immunitatibus fauere aliquando voluisse. Quare quod ibi ad clericorum fauorem est commemoratum, non debet in eorum odium retorqueri, l. quod fauore, C. de legi. Verba enim (vt nouimus) narratiua disponere non consueuerunt l. ex hac scriptura, & ibi Doctor. ff. de donat.

Præterea, dico legem canonizatam, quæ canonibus contraria sit, vt ista foret, nõ esse in foro canonico obligatoriã nam:

secundum glo. not. in c. 1. in verbo, tractatus de reb. Eccles. non alie. in 6. & Io. Andr. & alios in c. 2. de rescrip. idq; latè docuit Feli. post Abb. in c. super eo de test. Denique, esto ēt quòd lex illa disponeret, ea tamen non ampliùs laica, sed ecclesiastica nuncuparetur: secundum glo. in c. in primis, in verbo, lex Cornelia 2. q. 1. quam citat Abb. in c. nouit. in 15. col. de iudi. & Imol. in c. 1. de consti. & Feli. in d. c. super eo. ea ... omnia nostra fiunt, quibus nostrā impertimur auctoritatem l. 1. §. omnia C. de vet. iur. enucl. tradit glo. in c. 1. de transact. Quapropter tunc esset de tributo soluendo principi ecclesiastico intelligenda, atq; ideo nihil nobis refragaretur, cum agamus de laico, sed praecedentibus solutionibus magis initimur. Proinde, cum multi sint scriptores, qui illius c. generaliter mentionem fecerint, nemo tamen ausus vnquam fuit illum tex. cōtra clericorum immunitatem adducere: quòd ad rem facere non videbatur.

Ad rationem illam, quae potissima existimatur, neminem plus iuris in alium posse transferre, quàm ipse habeat: & rem priùs affectam, cùm annexis migrare oneribus: satis in praecedentibus arbitror esse responsum: cum supra latè docuetibus, id verum esse, inspecta duntaxat transferentis potestate, ac iure: sed inspecto illius priuilegio, in quem bona transferuntur, dicimus iura etiam in praeiudicium alterius augeri ex priuilegio succedentis, & hoc ius non dicitur esse translatum, sed nuper productum, & in lucem editum: vt est tex. in l. cum quidam §. si debitores ff. de vsur. quem latissimè supra excussimus, & in l. fiscus ff. de iur. fisc. in quibus tollitur etiam regula l. id, quod nostrum est ff. de regul. iur. cùm ibi pariter sit quoque sancitum, ius in praeiudicium alterius augeri, quādo id postulat priuilegium successoris. Pari quoque ratione, & authoritate illa quoque ratio confutatur: neminem, scilicet, iuris interpretatione, existimari plus iuris tradere voluisse, quàm ipse haberet in re translata. Quoniam id, inspecta ipsius tradentis intentione, verum esse concedimus: aliud sentientes; vbi priuilegium succedentis, contrarium exigit, nosq; in diuersam sententiam trahit per ea, quae

praedi-

prædiximus. Nunc rationē illam diluamus, qua suadere conantur, quòd quemadmodum pacto potest dominus rebus suis eiusmodi onus iniungere, quòd rebus ipsis in Ecclesiam quoquè translatis, non minuetur, nedum extinguetur: idem etiam à lege, seu à Principe fieri possit, cùm pactum, & lex æquipararentur. Respondeò, fallax esse hoc argumentum, & procul à veritate distare. Quoniam vbi Dominus paciscens perpetuum rebus suis onus imponit, quamuis deinceps Ecclesia rem illam cum annexo onere adipiscatur, propterea, tamē dici non potest, læsam esse clericorum immunitatem, nec libertatem Ecclesiæ coarctatam, quę à contractibus non est immunis. Quod secus est, quando bona Ecclesiarum à iure Ciuili, seu à laico Principe ad tributi solutionem cogerentur. Quia cùm ita quocunq; iure disponente, Ecclesia ab huiusmodi exactionibus sit immunis, de vno ad aliud, cùm adeo dissimilia sint, non est arguendum, iuribus vulg. Et hanc solutionem sentit Abb. quamuis nō ita clarè in cons. 29. in fi. in 1. vol. Quicquid in alijs conclusionibus ibi tradiderit. Ex hoc multa refelluntur, quæ in contrarium fuerunt adducta per Bart. in cons. 1. in 3. vol. vbi more solito latissimè loquitur. Ad rationem, quæ subsequitur, quòd sicut persona ante clericatum, ita affici potest, vt cum illo onere etiam clericatum assumat: ita, & res, quæ multò magis affici potest, vt per Soc. in cons. 12. in 4. vol.

Respōdeò, quòd persona semper illa, & eadem est, res verò in hac materia semper eadem dici non potest, quòd fructus in ea nascentes, super quibus potissimum, hæc onera imponuntur, sunt diuersi: & propterea grauari non potest pro eo tempore, quo Ecclesia possidebit; vt latè in secunda ratione fuit ostensum, atq; ideò totum hoc argumentum corruit. Ad sextam illam rationem. Quod nisi ita fateamur, posset adeo magna bonorum sęcularium quantitas in Ecclesiam transferri, vt laici attenta cler corum immunitate inopes fierent, atq; ad sustinenda onera principum impotentes: Respondeò, quòd cùm supra docuerimus laicos Principes in ijs, quæ Deo sacrata sunt, nullū prorsus habere imperium,

sed ea pleno iure ad sacerdotum ditionem pertinere c. nulli liceat. 12. q. 2. & c. semel Deo dicatum de regul. iur. in 6. non licet inter plus & minus distinguere, cùm in vtroq; casu eadem ratio deficientis vigeat potestatis c. cùm inferior, de maior. & obed. Prætereà, dico à legibus Cæsareis nō abhorre magnam bonorum sæcularium quātitatem, etiam donationis iure in Ecclesias transferri. Vt apertissimè est constitutum in §. sinimus in Auth. De non alien. reb. Eccl. Vbi habetur, optimam esse mensuram in ijs, quæ donantur Ecclesiæ, rerum donatarum immensitatem. Nouimus, quoque donationibus, quæ fiunt in Ecclesijs, leges Cæsareas multa, & ampla priuilegia cōcessisse: vt videre est in l. illud l. sancimus, & in l. fi. C. de sacros. Eccles. Id quod nunquam factū fuisset, si hæc bonorum incrementa, quæ à laicorum manu Eccles. acquiruntur, sæcularibus Principibus displicuissent.

Cæterùm id ratione optima est constitutum. Nam domini est terra & plenitudo eius, &c. psal. 23. & propterà ex huiusmodi immunitatibus, iura laicorum principum non læduntur: cùm res ad priorem statum reuertatur, teste glo. not. in c. ego Ludouicus. 63 dist. Idq; latè supra in rationibus nostris adduximus. Cùm itaque à legibus Cæsareis non modò non abhorreat, vt multa seculariū bona Ecclesijs acquirantur, ac donentur, verùm etiam Principes ipsi, ac leges huiusmodi donationibus faueant: hinc sequitur, vt magis sint hæc Ecclesiæ priuilegia amplianda, vbi bona in eam iure non lucratio pertranseunt: vt ait Abb. in cons. 13. in fi. in 2. vol.

Ad septimam, & vltimam rationem, quòd quemadmodū clerici à custodia ciuitatis non excusantur, quòd est onus annexum personæ, ita longè minus sunt à tributorum exactionibus excusandi, cùm faciliùs res quàm personæ grauari possint: illud autem probatur in c. peruenit, de immunit. Eccles. vbi in necessitate communi, etiam clerici compellūtur. Sed tributa ad communem omnium vtilitatem solent imponi: ergo communis esse debet eorum exactio.

Respondeò, & quò hæc nostra responsio dilucidior existat, dico, quod quemadmodum humani corporis compa-

gus ex diuersis membris teste Paulo Roman. 12. composita est,& diuersa membra non idem exercent officium, vt ex se euidens est, ita resp. christiana, quæ corpus est mysticum, in duo hominum genera est diuisa: alterum est eorum, qui clerici appellantur; alterum est laicorũ: vt legitur in c. duo sunt. 12. q. 1. & est tex. not. in c. cùm ad verum. 96. dis. ibi, Christus actibus proprijs distinctis &c.

Porrò clericorum officium est pugnare lachrimis & orationibus, atque ita esse vniuerso huic corpori adiumento. c. non pila. & c. conuenior. 23. q. 8. Hinc legimus, Moisen in populo Hebræorum, quamuis gladio materiali nõ pugnaret contra Amalech, tamen cùm orabat in mente manus ad cælum protendẽs, non modò fortiter gladio spirituali pugnasse, verùm etiam victoriæ gloriã retulisse: vt videre est Exod. 17. & in c. si. 36. dist. Et ideò cùm hoc hominum genus omnipotens Deus in suam sibi partem, & quasi sortem delegerit, consentaneum est, clericos ab huiusmodi curis, & oneribus esse solutos, vt magis liberè orationibus possint incũbere. quod declarat tex. in d. c. duo sunt. vbi hæc sunt verba: Est autem vnum genus quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt clerici. & est tex. not. in c. reprehensibile. 23. q. 8. Vbi hæc habentur.

Reprehensibile valdè constat esse, quod subintulisti, dicendo, maiorem partem episcoporum die noctùq; cum omnibus fidelibus contra Pyratas maritimos inuigilare: cùm militum Christi sit Deo seruire, militans sæculo, seruiat sæculo. Ecce quàm apertè ibi constat clericos etiam contra pyratas, omnium hominum pessimos, ad custodiam ciuitatis haud posse compelli. Quamobrem longè minùs contra alios christianos hostes poterunt coarctari. Alterum genus est laicorum, qui etiam ipsi ad communem totius huius corporis vtilitatem debent tributa persoluere, gladio materiali pugnare, & alia huiusmodi agere: Principes verò debent esse duces eorum ac defensores. Idcircò etenim regna possidet, tributa exigunt, & id genus alia, vt non modò laicos soluentes,

tes,

tes,sed etiam clericos,Ecclesiamque assiduè orantem protegant & defendant. c. cùm ad verum.96. dist. atq; ideò Principes, qui Ecclesiam indefensam deserunt, Deo sunt rationem reddituri, cùm Ecclesiam suscepto imperio defendendam ipso iure susceperint. c. Principes.23.q.5. Sicut .n. venter, vt hoc interim vtamur exemplo, cibum recipit pro manib⁹,pro pedib⁹,ac deniq;pro alijs oĩbus mẽbris,vt totũ corpus nutriat: ita Principes a laicis tributa exigunt, & alia onera eorum subditis imperant, vt tota respublica christiana,ad cuius communem vtilitatem etiam clerici orãt, defendatur. mutuum enim auxilium sibi debere Ecclesiam & Imperatorem, alterumque ope alterius indigere, docuit glo. in c.conuenior. in verbo, auxilium. 23.q.8.

Quód si quis fortè quærat, vtri iustiùs tributum deberet Hebræorum populus: Moisi ne, cuius precibus vincebat exercitus: an Iosue duci suo, qui viribus tantùm pugnabat? Cùm deficiẽtibus Moisis precibus exrcitus statim succumberet, nemo, opinor, sit, qui non Moisi iustiùs solui debuisse fateatur. ab orante enim multò maius beneficium accipiebat, quàm à pugnante. Cæterùm si nos hoc tempore Ecclesiæ semper oranti tributa non pendimus, ab ea saltem non esse exigenda, tot, ac tantis rationibus ducti libenter sentiamus.& obiectionem dicti c.peruenit.respuamus,cùm ibi clericis pro custodia ciuitatis vigilare contra Agarenos permitteretur, propter euidens illud periculum, quod imminebat, ne ipsi quoque interficerentur. Naturæ etenim ratione ducti legislatores omnes vnicuiq; concesserunt, vt ei vim vi repellere liceat. l. vt vim. ff. de Iust. & iur. vbi vno ore iuris interpretes tradiderunt, id clericis quoq; permitti. Prætereà alijs etiam responsis tollitur obiectio d. c. peruenit. vt per Abb. in cons. 3. in 1.vol. & quòd ibi dicitur, Compelluntur, intelligendum est à superioribus, qui præsunt Ecclesiæ: non autem à laicis Principibus: vt latissimè docuit quidã Io.Lupi in tract. de libertate Ecclesiastica, in 4. q. vbi multis iuribus & rationibus ostendit, clericos ad aliqua onera personalia minimè posse compelli, vt ibi videre est.

Præ-

Præterea cum illud c. peruenit. varios intellectus patiatur contra nos non debet afferri. l. in ambiguo. & ibi Bar. ff. de reb. dub. Quòd .n. maxima etiam vrgente necessitate, clerici ad huiusmodi exactiones nō teneantur, est, tex. in c. aduersus. de immun. Eccl. & alius tex. apertus in c. sancitum. in fi. 23. q. 8. quibus in locis traditum est, clericos vllo pacto ad ista onera cogi non posse, nisi consensu Pont. Max. accedente. Quo casu dubitandum non est: cum, vt prædiximus Papa in rebus Eccl. plenissima potestate fungatur. sed laicis hoc esse prohibitum, ibi clarè decernitur, & ab illis constitutionibus prædicta obiectio confutatur. Huc accedit clem. quia contigit de relig. domi. Vbi scriptum est, Bona ad aliquē pium vsum destinata, non posse in alium vsum æquè pium sine Papæ licentia conuerti. Quare multò minus fas est, bona, quæ ad publicum vsum spiritualem sunt destinata, posse ad vsus profanos, in consulto Pont. reuocari. & hoc optima ratione suadetur. Nam laici soli sunt, qui honoribus, ac iurisdictionibus ciuitatum, & prouinciarum perfruuntur: quamobrem etiā soli debent his oneribus subiacere: vt in c. qui sentit. de regul. iur. in 6. & ita aiunt Abb. & alij in c. non minus. de immun. Eccl. & propterea ex ijs dissoluitur illa ratio, qua conantur ostendere, onera debere esse communia, vbi vtilitas est communis.

Præterea (vt paulò ante diximus) etiam clerici orantes onus ferūt ad communem omniū vtilitatem. Denique si ista ratio ita indistinctè procederet, illud sequeretur, vt nullum esset habendum discrimen, onera tributaria, forent ne ipsis rebus annexa, antequam res ad Ecclesi. transissent, an non. Quoniam vtroq; modo dici posset, onera hęc à Principibus ad communem omnium vtilitatem imperari, atq; ideo communiter ab omnibus esse soluenda, sed consequēs est falsum cum omnes iuris interpretes hæc duo tempora distinguere consueuerint, vt supra fuit ostensum: ergo falsum est antecedens. Refellitur illa quoq; ratio Barb. in d. cons. 1. in 3. vol. Quod ex quo bona ista antequam ad Eccles. migrarent, erant iam destinata ad soluendum laico prin. tributum, prop-

pte-

pterea in alium vsum conuerti non potuerunt, quia respondeas licet, hoc posse locum habere, vbicunq; bona illa de laicorum imperio non exirent. Cæterum soluto iure subiectionis, æquum est, vt etiam tributi exactio, vt res ei accessoria corruat c. accessorium, de regul. iur. in 6. facit l. adigere ff. de iur. patr. & c. cum cessante de appell. Prætereà valde animaduertendum est, quæ in Ecclesf. transferuntur propriè alienata dici nõ posse, sed in priorem statum, ac suã naturam reuersa: quo casu facillimè ius alteri quæsitum aufertur: vt latè in ea ratione docuimus, quæ superius vltimo loco à nobis fuit adducta. Quamobrem ex prædictis omnibus, iam satis superq; constare arbitror, clericorum immunitatẽ purè, & simpliciter esse intelligendam, nullumq; discrimen inter bona priùs affecta, & onus certum, aut posteà declarandum fieri debere: cùm hæc opinio tot legislatorum firmissimis constitutionibus, tot validissimis naturæ rationibus sit confirma, vt graue piaculum committere videatur quicũq; contrarium sentiat. Verùm, si etiam concesserimus hanc opinionem nostram, eorũ, qui contra disputant, vel authoritate, vel pertinacia in dubium iure aliquo vocari posse: nouimus tamen in dubio pro Ecclesiâ ferendã esse sententiam l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun. cùm vero in re proposita de periculo conscientiæ, atq; animæ agatur, si repugnante diuino, atq; humano iure immunitatem Ecclesf. lædi permitteremus, tutiorem viam esse proculdubio eligendam censeo c. iuuenis, de sponsal. Idq; eo libentiùs, etiam Principes ipsi audire, atq; obseruare debent, quod de fisci præiudicio tractatur; contra quem in dubio semper esse proferendum nouimus l. non puto ff. de iure fisc.

Cùm igitur hæc nostra opinio, ad euitandum malæ conscientiæ, atq; animæ periculum sit longè tutior, & aduersus fiscum in re dubia lex iubeat pronunciari: & rursus, si hæc etiam disiuncta satis aduersus fiscum valent, quantò magis debent valere coniuncta. §. affinitatis, inst. de grad. & præsertim pro Eccl. cuius cùm religione coniuncta est causa, vt pro ea sententiam intrepidè proferre non vereamur. d. l. sunt

per-

personæ. Neque verò reges, ac Principes hoc iniquo animo ferre debent: cùm optimè intelligatur, ex auctis religionis honoribus, imperiorum facta fuisse semper incrementa. Quin ego arbitror illos & hæc, & longè maiora ei, à quo ipsi omnia acceperunt, libenter concessoris. arg. §. finimus. in auth. de reb. Eccl. non alin. Nam si tam antiquæ, & piæ immunitatis priuilegium læderetur, & tributorum oneribus à laico Principe subijceretur Eccl verendum profectò, ne in Dei indignationem in cideremus. Nam si neglecto, ac violato qualicunq; Deorum cultu, legimus imperia esse diminuta, & interdum etiam abolita: Valer. de neglecta religione, quantò magis si veri Dei religio contēnetur, diuina exscādescet ira? Hinc legimus, Balthassarem Asyriæ regem graues pœnas dedisse, propterea quod vasibus sacris vti non per horrescebat. qua propter & nos Hierusalem, hoc est, Dei Eccl. intuentes, & cum Hieremya lachrimētes dicere iure poterimus. Quomodo sedet sola ciuitas Hierusalem, Principes ciuitatum facta est sub tributo.

Caueant, quæso, Princiees iram Dei. Nam cùm ipsi tanquam Dei terrestres à mortalibus honorētur, & passim gentibus iura dicant, & leges ipsas quasi magistri æquitatis promulgent, caueant, ne inde iniuria oriatur, vnde iura nasci creduntur. l. meminerit. C. vnd. vi Cum igitur, vt aliquando paucis concludam) hæc ita sint, vt etiam prædia ad certum tributum destinata, si transferantur in Eccl. fiant immunia (vt iam satis est iure conclusum) illud sequitur, vt multò minus ad alia vlla laicorum onera, in quibus maiores nostri nihil ferè dubitarunt, ipsa Eccl. teneatur. Hæc autem omnia Pont. Max. prope diuino tuæ beatitudinis iudicio suijcimus, à cuius tum doctrina, tum authoritate vllo pacto discedere nefas existimamus.

Laus Deo opt. Max.

IO. HIERONY. ALBANVS.

Cele-

# Celeberrimi, ac Eminentiſs. V.I. Conſulti Sanctæq; Romanæ Eccleſiæ Cardinalis FRANCISCI ZABARELLAE PATAVINI

## V.I. Eruditiſſimum Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

*Et eſt 12. in ordine in ſuo Conſiliorum libro.*

## THEMA.

COmmune, & homines caſtri Caſtellion Aretini impoſuerunt vnam gabellam, quod de omni ſeſtario bladi, quod intromitteretur in Caſtrum, ſoluatur certa quantitas pecuniæ. Demum vendiderunt iſtam gabellam certis hominibus hac conditione adiecta, quòd ipſi poſſent exigere dictam gabellam ab omnibus religioſis clericis, & perſonis eccleſiaſticis, cuiuſcunq; conditionis, & ſtatus exiſterent. Modò dicti gabellarij, petunt à gaſtaldo domini prioris Sanctæ Camaldulen. hæremi, & generalis totius Ord. Camaldulen. gabellam prædictam de bladis recollectis de poſſeſſionibus dictę hęremi, exiſtentibus prope Caſtillionem portatis in caſtrũ prædictũ. Quæritur nunquid dicti gabellarij poſſint iſtã gabellam petere à dicto Priore, ſeù ſuo officiali, vel exigere. Et nunquid per dictam impoſitam ordinatam per ipſum commune, & appoſitionem conditionis in dicta venditione, ipſe prior, vel eius officialis teneatur ad ſoluendum talem gabellam de iure.

Item ſi non tenetur, & non poſſunt petere, quęritur quam pœnam, & quomodo incurrant ipſi emptores cogendo, ſeu cogi faciendo officialem dicti domini Prioris ad ſoluẽdum.

Item quæritur quam pœnam, & quomodo Poteſtas, Notarius,

tarius, & Iudex, ac alij officiales dicti castri cogent dictum Officialē dicti Prioris ad soluendum dictam gabellam. Propterea capiendo, & detinendo eundem officialem notoriè Cõuersum, & in habitu Cõuersorum dicti ordinis incedentem, seu etiam pignorantes, & pignora de rebus mobilibus leuantes.

## SVMMARIVM.

1 *Sententiam excommunicationis non incurri, nisi cum iura expressè hoc dicunt.*
2 *Ecclesia & clerici sunt immunes: nec tenentur ad talia praestanda.*
3 *Clericis non fauendum in eo, in quo iura violant.*
4 *Collectas à clericis exigentes sunt excõmunicati, monitione praemissa.*
5 *Munerum honestorum quaedam ordinaria, quaedam extraordinaria.*
6 *Pinguiùs quare prouideatur contra exigentes gabellas, quàm contra exigentes collectas.*

IN dubijs prẹmissis maximè in ipso themate considerandum occurit, quòd non exprimitur, quòd in impositione gabellae dictum fuerit, quòd dicta gabella solui deberet pro quolibet sestario bladi, quod intromitteretur etiam à clericis, quod si fuisset expressum dici oporteret, quòd dicti statutarij essent excommunicati: quia violarunt in hoc priuilegium generale concessum Ecclesiae vniuersali ab Imperatore, de sent. excõ. nouerit. &c. grauem. Sed quia postea in venditione adiecerunt, quòd emptores possent exigere dictam gabellam ab omnibus religiosis clericis, & personis Ecclesiasticis, videtur dubitãdum. tamen credo hoc non posse dici constitutum, ita quòd vendentes aut ementes sint ipso iure excommunicati. Pro hoc
1 probando sufficit, quòd non reperitur contrarium de iure dispositũ, non enim incurritur sententia excommun. nisi cũ iura expresse hoc dicant. casus autem, in quibus quis est excommunicatus ipso iure, colliguntur per Hostien. in summa

de sentent. excommunicationis. §. 3. in princip. per gloss. in cap.eos. de sententia excommunica. lib. 6. & in clemen. prima, eodem tit. in gloss. quæ incipit, est sciendum.

Veniẽdo modò ad dubia per ordinem, Ad primum, cum quæritur, nunquid dicti gabellarij possint dictam gabellam exigere à gastaldo Domini prioris Camaldulen. & an teneatur soluere?

2 Respondeo, quòd non: quia Ecclesiæ & clerici sunt immunes & non tenentur ad talia præstanda. C. de sacrosan. Eccl.l. sacrosancta.C. de episc.& cler.l. de his. de immunitate Eccl. c.1. li. 6. Hæc autem immunitas concessa est clericis pro blado suo, quod deferunt seu immittunt, non causa negociandi. Si enim causa negociandi deferrent, seu intromitterent: tunc non gauderent immunitate, vt procedit text. à contrario in d. ca. 1. de immunitate Eccl. lib. 6. & not. Spec. in tit. de immunitate Eccl. in fi. & pro hoc videtur casus in l. licitatio. §. mercatores. ff. de pub. vecti. iuncto eo, quod ibi notat Dyn. in quæstione, quam format de eo, qui emit salinas, quas habet Ecclesia Ro. in Romãdiola, dicẽs hunc talem teneri ad pedagia soluenda in ciuitatibus, per quas defert sal prouenientem ex dictis salinis, sed tamen determinatio Bart. in prædicta quæstione, per quã distinguit vectigal ordinarium ab extraordinario, dicẽs hos gaudere immunitate quantum ad vectigalia extraordinaria: videretur, facere in cõtrarium, & sic quod etiamsi causa negociandi deferat, seu intromittat gastaldus domini Prioris generalis: non propterea sit obligatus ad gabellam, quod tamẽ prius dixi verius credo: non
3 enim fauendum est clericis in eo, in quo iura violant, negociando verò veniunt contra præcepta iuris, ne clem. vel mo. secularibus negocijs se immisceant, in rubro, & nigro.

Ad dubium sequens quo, quæritur, quam pœnam incurrant emptores cogendo, & cogi faciendo dictum gastaldum ad soluendum. Et ad dubium vltimum de potestate Notarij, officialibus cogentibus, & capientibus dictum gastaldũ notoriè Conuersum, satisfaciendo simul. Primò hoc certum est, quod capientes, & capi facientes clericum sunt excom-

T muni-

municati: quia turbant libertatem clerici, & faciunt contra canonem, si quis suadente 27. q.4. probatur in c.nō dubium & c. ex tenore, & c. parochianos de sent. excom. & hoc maximè certum est, ex quo est Conuersus Ecclesiæ regularis, vt in d.c. non dubium. Capiens ergo, & detinens talem, est excommunicatus, quicunq; sit ille, ex quo non est Prælatus suus: immo etiam detinens, sinè læsione corporis, & sinè iniectione manuum est excommunicatus, eodem tit. nuper in princ. & ibi not. Inno. qualiter hoc intelligi debeat.

Sed discutiamus aliud dubium, quòd si fiat coactio per pignorationem bonorum, vel alio modo, non inijciendo manus in dictum gastaldum, seu alium, qui gaudeat priuilegio clericali: hic cadit dubitatio, quæ satis diu me cogitandum tenuit, nec ausus eram ad calamum manum ponere.

4 Quædam enim iura videntur velle, quòd exigentes collectas à clericis, sint excommunicati, præmissa tamen monitione, quòd exigentes desistant, & reddant, quod receperūt, vt est casus in c. non minus, & c. aduersus de immu. Eccles. in quo tamen c. non minus, dicunt Doct. quòd licèt aliàs de iure debeat fieri trina monitio 12. q.2. indignè, de senten. excom. sacro. in casu tamen isto sufficit vna, & est simile, quòd no. in c. ego. N. de iureiur. & maximè, quia ille canon. inductus est in fauorem Ecclesiarum, & odium tyrannorū, quorum aliqui sunt ita terribiles, quòd non facilè est eos tertiò monere, fuit dictum Host. qui etiam dicit illo casu non admitti appellationem talium, nec per appellationem excluditur sententia canonis: quia à correctione à canone non appellatur.

Ad quorum capitulorum ampliationem superuenit decretalis Bonifa. quæ incipit, clericis laicos, de immu. Eccles. lib.6. quæ excommunicat singulares personas, & vniuersitates, interdicit etiam si à voluntariè soluētibus recipiant, quæ constitutio fuit postea limitata, & restricta solùm ad exigentes per extrauagantem Benedicti, quæ incipit, quod olim, demum fuit ex toto reuocata, cum suis declarationibus, vt patet in clem. quoniam de immun. Eccles. vbi dicitur hodie

seruanda esse iura antiqua, & sic durat disputatio, c. non minus, & c. aduersus præalleg. ex quibus c. esset concludēdum, quòd potestas dicti gabellarij, & exigentes essent excommunicati solùm post monitionem.

Sed in contrarium, & quòd nulla monitio sit necessaria, facit c. quamquam de censib. lib. 6. vbi dicitur, quòd exigentes pedagia, vel guidagia à clericis pro rebus suis, quas non negociandi causa deferunt, sunt excommunicati, & vniuersitates castrorum, seù ciuitatū, aut aliorum locorum interdictæ, & dictum capitulum recipit roborationem per ius clem. in cle. præsenti de censib. vbi præcipitur diœcesanis, quòd dictas sententias publicent. quid ergo dicimus? Hic credo, salua correctione cuiuslibet melius sentientis, esse dicendum, quòd diuersitas titulorum soluat difficultatem, vt sic consideremus, quòd super alio prouidet c. non minus, & c. aduersus, quàm c. quanquam. Illa enim duo capitula, nō minus, & aduersus prouident circa collectas, quæ veniunt sub vocabulo, munerum, vnde in d. c. non minus, tractat In. no. materia distinguens de muneribus sordidis, & honestis, quorum honestiorum aliqua sunt ordinaria, aliqua extraor-
5 dinaria, alia mixta, vt plenè distinguit l. fi. ff. de mun. & hon. & latè ponit Host. in summa de immunitate Eccle. post prin. §. à quibus muneribus.

Capitulum quamquam, prouidet circa pedagia, vel guidagia, quæ veniunt sub vocabulo vectigalium, & sub hoc vocabulo continentur datia, & gabellæ: hæc enim gabella, quæ soluitur pro intromittendo grano, vectigal dicitur: quia datur propter granum, quod intùs vehitur, hoc autem vectigal, seu pedagium, seu gabella, etiam authoritate Principis à clericis non est exigenda, vt not. Host. in summa. de cens. §. ex quibus causis possit fieri exactio. vers. sed nūquid laicus, & vers. quid si quis faciat deportari bladum, & sic est casus noster, dico ergo, quòd disputatio. c. quamquam, habet locum in casu nostro, & sic concludo, quod gabellarij exigentes, & prædictas, & cæteri, atq; compellentes, si sunt singulares personæ; sunt excommunicati. Si autem sunt vniuer-

uersitates, aut collegia Ciuitatis, castri, vel alterius loci, subijciuntur interdicto.

6 Si autem quæratur, quæ sit ratio differentiæ, & quare pinguius prouidetur contra exigentes gabellas, quàm contra exigentes collectas: dici potest, quòd imminet maius periculum in gabellis: quia cum soluantur ratione rei, quæ deferuntur, quando quis habet res suas in itinere: esset sibi graue sustinere iter, secus in collectis, quia si imponuntur clericis: possunt stare de soluendo, nec ita verisimiliter incurrũt de facili damna non soluendo sicut in gabellis.

Item sæpiùs peccatur in datijs, & gabellis. Ideo opus fuit pinguiori remedio, dico vlteriùs, quod diœcesanus debet has sententias publicare, etiam si dominus prior generalis, vel alius pro eo non petat propter tres rationes, quas ponit glos. in d. clem. præsenti. de censi. quæ incipit, parte vocata, & quia non seruantur prædicta. Ideo dicit glos. pœnã dicti cap. quamquam esse periculosissimam, per quam forte omnes ciuitates, & loca Italiæ sunt interdicta, & idem forte est etiam extra Italiam. Et quod dictum c. quamquam, & dicta clem. præsenti, loquantur in præfatis datijs, & gabellis, posset multiplici ratione probari, etiam ex proprio significato vocabuli.

Ad præsens autem sufficit allegare dictum Stephani, qui hoc expressè dicit in d. clem. præsenti. super verbo pedagia, & eum sequuntur Dom. meus, & alij Doctor. & ita tenet expressè Dom. Federicus de Senis in opere consiliorum aliorum consil. 200. vbi in fin. concludit, quòd gabellarij caueant à pœna dictæ decretalis quamquam, & hoc sufficiat.

Franc. de Zabar. Card.

*Supradictum consiliũ tanti viri benè obseruent omnes catholicè viuere, & mori cupientes, ne postea doleant, quòd non fuerint admoniti, continet enim horribilia contra immunitatem Ecclesiasticam perturbantes.*

# Celeberrimi, ac Primarij V. I. Consulti, Sanctæq; Rom. Eccles. Card. Eminentis.

# NICOLAI DE TVDESCHIS SICVLI

## Vulgo dicti Abbatis Panormitani.

## Perillustre Consilium, & Responsum Decisiuum.

*Et est 3. in ordine in suorum Consiliorum parte prima.*

### EPITOME.

Clerici, etiam stante communi, & publica vtilitate, nulla ratione tenentur ad onera laicalia.

### SVMMARIVM.

1 *VTilitas communis clericorum, & laicorum vbicunq; versatur onus debet esse vtrisq; commune.*

2 *Bona Ecclesiarum sunt deputata publico vsui spirituali.*

CAsus super quo consilium petitur, talis est. Quidam potens dominus, ad petitionem quorundam subditorum suorum, decreuit ædificare, seu construi, & ædificari facere muros in quadam villa, posita in suo territorio pro tuitione hominum ibidem habitantium, seu habitare volentium, vt tutius possint ibidem degerere propter hostiles incursus. Verumtamē cum quodam solemne Monasterium habeat ibidem certas possessiones, & domos, quæ coluntur, & habitantur per homines dictæ villæ, instat Dominus maximè ad postulationem habitantiū in

dicta

dicta villa, quatenus Monasterium debeat pro rata contribuere ad sumptus faciendos in ædificatione dictorum murorum; resistit Monasterium, allegans immunitatem ecclesiasticam diuino iure, & humano concessam, quæritur quid
1 iuris? Postulato prius Diuino suffragio, de cuius honore agitur, videtur primo dictum Monasterium pro rata teneri, vbicunque enim communis vtilitas clericorum, & laicorum versatur, onus debet esse vtriusque commune, ad hoc tex. optimus in c. peruenit, de immun. Eccles. vbi viri ecclesiastici subeunt custodias murorum contra inimicos, sicut illi laici quatenus cūctis vigilantibus melius valeat Ciuitatis custodia procurari, vt dicit tex. in d.c. peruenit. Si ergo tenentur ad onera personalia, instante communi vtilitate; fort us ad realia; cū facilius excusentur clerici à personalibus, quam à realibus, cum in primis retrahantur à diuinis officijs, arg. 33. quæst. 8. reprehensibile in l. placet, Cod. de sacrosanct. Eccles.

Secundò, notanter inducitur l. ad instructiones, C. eo. ti. vbi dicit tex. quod ad instructionem itinerum, vel pontium, etiam venerabiles domus, seu Ecclesiæ tenentur, pari etiam ratione debent teneri ad ædificationem murorū, cū vtrinq; versetur vtilitas publica, & pietas. Ergo etiam pauperes ibidem degentes, quod tenuerunt quidam, vt refert ibi Cyn.

Tertiò, facit l. ad portus, C. de ope. publi. vbi expressè cauetur de murorum ædificatione, & reparatione, & subijcitur neminem excusandum fore dignitatis priuilegio.

Quartò redditur ratio, certum est bona Ecclesiarum exposita fore pietati pauperum communis; vnde pro alendis pauperibus eiusdem, ac oppressis defendendis, & captiuis redimēdis, etiā ipsarū rerū ecclesiasticarū dominia venalia exponi, & alienari possunt, vt in c. aurum, & in c. sacrorum, 12. q. 2. & ibi de hoc in summa. Sed in casu nostro agitur, vt pauperes ibidem degentes eripiantur, & subleuentur, vt non captiuentur: ergo Ecclesiæ non debent esse immunes ab oppressionibus tyrannorum, & inimicorum; & sic vt non captiuentur; ergo Ecclesiæ non debent esse immunes ab alijs

 col-

collationibus. Et hanc opin. senserunt quidam Mod. in c. non minus, de immun. Eccles. post gl. & ibi Host. qui videtur ibi glo. sequi, quæ tamen non loquitur expressè in ædificatione murorum. Ipse tamen Host. contrarium apertè tenuit in summa, vt subijciam in hijs, quæ primo adducam.

Sed his non obstantibus contrariam sententiam arbitror veriorem, quā probabo pluribus rationibus, & summorum Doctorum authoritatibus. Et primo loco adduco cap. non minus, præalle. vbi tractatur de fossatis faciendis, quæ profecto concernūt custodiā ciuit. & tam vtilitatē publicā clericorum, quam laicorum: & tamen deciditur, quod à clericis non debet exigi aliqua contributio, imò prohibetur sub anathematis districtione; nisi Episcopus tam necessitatē, quam vtilitatem inspexerit, & sine aliqua coactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias æstimet offerenda, & pondera illud verbum communes vtilitates, &c. iuncto c. aduersus, eod. tit. Ex quo patet, quod etiam imminente communi vtilitate clericorum, & laicorum, non tenentur clerici aliquid conferre, nisi sponte velint, approbante Episcopo, & clero, & vbi laicorum non suppetunt facultates; & hodie per c. aduersus, præalleg. non possunt clerici in casu prædicto sponte soluere, Romano Pontifice inconsulto, vt fuit illud sancitum; propter quorundam imprudentiam sæpè allegantium talem necessitatem, vel vtilitatem.

Secundò ad idem adducitur tex. not. in auth. item nulla communitas C. de episc. & cler. vbi generaliter prohibetur, ne quis audeat ab Ecclesijs exigere collectas; exactiones, angarias, vel perangarias, quæ omnia propter publicam vtilitatem, in defensionem reipublicæ, in qua includitur vtilitas laicorum, & clericorum exiguntur. Ad idem etiam c. 1. de immun. Ecclesia. lib. 6. & c. quamquam pœna eo. tit. & clem. præsenti. eo. ti. & c. fin. de vit. & hon. cler. & l. placet, C. de sacros. Eccles. l. 2. C. de Episc. & cler. 16. q. 1. generaliter, cum infinitis similibus, quæ eximunt Ecclesias, & ipsarum bona ab omnibus collectis, gabellis, exactionib. & similibus.

Pro-

2 Probatur quartò hæc ratione, bona Ecclesiarum sunt deputata publico vsui spirituali 16. q. 1. videntes 16. q. 1. quoniam de præb. ratio, & d. l. placet, & dicit tex. in c. nulli liceat, 12. q. 2. quod omne id, quod Ecclesiæ consecratur, siue fuerit animal, siue ager, sanctorum efficitur, & ad ius pertinet sacerdotum; non ergo debent mundano vsui, & publico deseruire; quia semel Deo dicatum, ad humanos vsus amplius transferri non debet, vt reg. semel Deo dicatum, de reg. iur. lib. 6. ius enim publicum, etiam consistit in sacerdotibus 1. dist. ius publicum. Laici ergo, cum sint mundani, & principaliter habeant vtilitatem ex republica mundana, debent subire onera reipublicæ mundanæ; bona verò Ecclesiarum, quæ sunt Dei, debent deseruire reipublicæ spirituali. Simile videmus in personis: nam milites sæculares, militant mundo, milites verò cœlestes, militant Deo. Et sic illi in temporalibus, isti in spiritualibus, vt in c. reprehensibile, & c. quo casu 23. q. vlt. Rectè ergo dixit tex. in d. c. non minus, quod quamdiu laicorum facultates suppetunt, etiam sponte non debet Ecclesia aliquid elargiri, nisi subtrahantur bona vsui spirituali, hinc no. tex. in cle. quia contingit, de relig. do. dicit, quod deputata certo vsui largitione fidelium, non debēt deputari ad alium vsum, authoritate Romani Pōtificis duntaxat excepta, hinc tex. in d. c. non minus, hæc onera publica dicit esse laicorum, vt patet ibi: isti vero onera publica sua, &c. licet in sequentibus tractent de communi necessitate, vel vtilitate. Sed dixit illa laicorum, quia eis incumbunt rationibus prædictis, licet quidam, & male, intelligant illum tex. per illud verbum, & sua, &c. quod loquatur de necessitate laicorum, duntaxat, quod profectò non est verum; cū non replicauerit post modum de laicis, sed dicit de communibus & idem dicit in d. c. aduersus, & maximè de propria, vbi dicit, quod sua interest prouidere communibus vtilitatibus, intelligit ergo de vtilitate clericorum, & laicorum.

Hanc etiam sententiam probat communis theorica Doc. vtriusque iuris, de qua per Canonistas in c. fi. de vit. & hon. cl. c. & in c. 1. de immun. Eccles. lib. 6. in clem. præsenti, de

censi. per Io. de Lig. per Bar. in l. rescripto, ff. de mũ. & hon. & in l. placet C. de sacros. Eccles. & in consimilibus locis; dicunt .n. quod bona Ecclesiarum non tenentur ad aliqua onera mũdana, nisi prius fuissent facta tributaria, seu censualia, antequã venissent ad Ecclesiam, ita quod soluissent certum tributũ, vel censum; aliter autem non tenentur, quamquam priores possessores prius soluissent tẽpore necessitatis, vel vtilitatis aliquas collectas, vel exactiones; ad hoc multa iura superius alle. Hanc sententiam præcisè, quoad casum nostrum, scilicet in refectione murorum, tenet glossator subtilis in decre. 16. q. 1. c. generaliter §. nouarum, vbi expresse dicit glos. per d. l. ad instructiones. Idem apertissimè voluit ille iuris canonici speculum Io. An. in d. c. non minus, super gl. vbi dicit, quod clerici non tenentur: quia nulla lege Digestorum, nec C. cautũ est, nec vlla legis authoritate potuit restringi Ecclesiarum immunitas.

Hanc eandem sententiam secutus est glossator iuris ciuilis clarissimus in d. l. ad instructiones, vbi firmauit Ecclesias nõ teneri ad refectionem, vel constructionem murorum. Idem ibi Bar. iuris ciuilis illuminator, dicens, quod d. l. ad instructiones, in parte corrigitur, per auth. item nulla communitas, præalle. quæ distinguit onera realia, & ea quæ imponuntur personis pro rebus propter bona; vt ad prima teneantur Ecclesiæ, ad secunda non; vnde pro refectione pontium, & murorũ, onera imponuntur personis pro rebus; nullo enim iure cauetur possessiones, ad hæc onera obligatas fore. quid plura? ipsemet Host. correxisse videtur opinionem suam, quam tenebat in c. non minus, nouissimè in summa sua, tit. de immu. Eccles. §. à quibus vers. extraordinaria, vbi dicit, quod hodie Ecclesiæ sunt immunes ab omnibus istis oneribus concernentibus, siuè publicam vtilitatem, siuè priuatam per dictam auth. item nulla communitas, cum simi. & sic quod hodie non procedit ex toto dispositio d. l. ad instructiones, & sic incidit, cum opi. Bar. Multi, etiam alij Doct. antiqui hanc opinionem secuti sunt, de quibus non curo, cum in hanc sententiam habeamus iuris illuminatores, vt glossa-

tor vtriusq; iuris, & Io. And. Host. & Bart. Quis ergo auderet oppositum consulere, maximè contra religionem, cum non modica sit ratio, quæ pro religione facit l. sunt personæ de relig. & sum. fun? Et profectò, si quis ponderat gl. in d. c. non minus, non sentit opi. in principio adductam: imò contra sentire videtur. Nam illa gl. est posita ibi super casu excepto, quando episcopus, & clerus inspexerint necessitatem, vel vtilitatem communem, & laicorum facultates non suppetũt elargiri, vnde gl. voluit ibi potius exemplificare de vtilitate, vel necessitate communi, quàm ponere casum exceptum à dispositione illius c. & satis patet, dum dicit conferre .n. debent, &c. Et si per verbum enim, continuat se ad tex. Si .n. voluisset ponere casum exceptum, dixisset conferre tamen debet, vel per veba similia fuisset locutus. Et quicquid senserit, satis hæc opinio supra recitata fulcita est iuribus rationibus, & authoritatibus. Quare concludo dictum Monasterium ad hæc onera subeunda teneri non debere, nisi seruaretur dispositio illius c. non minus .s. Romano Pontifice prius consulto, vt dicitur in d. c. aduersus. Et sic seruatum fuit alias, facta commissione Excellenti V. I. Doctori Domino Ant. de Rosellis, & mihi, per potentes Dominos Priores communis Senatum, propriè in quæstione facti, quę versabatur cum magnifico, & deuotissimo Monasterio Sanctæ Mariæ Montis Oliueti de clausura; licet nudo verbo, & succinctè tunc fecerimus relationem. Non obstant huic conclusioni contraria superius formata. Et primo respõdeo ad c. peruenit, habet enim varios intellectus.

Primò enim intelligitur in terris in temporalibus Ecclesię subiectis.

Secundò intelligitur secundum illa tempora, in quibus illa Ciuitas Terrecena opprimebatur ab infidelibus, & imminebat timor subitaneus, & improuisus, vt ibi no. Inno. Idem etiam intelligitur de clericis, qui nõ sunt à diuinis subtrahendi 23. q. 8. reprehẽsibile, sed de hominibus Ecclesiæ, qui alias gaudent dicta immunitate l. 2. C. de episc. & cle. 12. q. 2. Ecclesiaru m seruos, nisi esset necessitas vrgentissima, vt no. Host.

in summa, eod. tit. in d. §. à quibus, vers. etiam personalia. Item quarto non loquitur de fructibus, & bonis distrahendis, sed de quadam custodia ad necessariam ruitionem ciuitatis, quæ imminet in casu nostro. Item præsumptio, quod si esset magna necessitas debet obseruari tenor ca. non minus. & cap. aduersus cum nullum subsit periculum in consulendo Romanum Pontificem.

Ad l. ad instructiones, alleg. satis supra est responsum ad l. portus. non ob. quia non loquitur de Ecclesia, vt satis voluit gl. in d. l. ad instructiones. Item illa lex secundum vnam solutionem ibi datam in gl. potest induci pro hac opinione nostra, cum dicit quod graduati propter bonũ publicum, quod fouent, sunt ab illis onerib. priuilegiati; fortius debent esse exemptæ Ecclesiæ propter bonum publicum spirituale, & per alias rationes superius allegatas. Ad quart. motiuum respondeo quod procedunt pro redimẽdis captiuis, vel pauperibus alendis. in quibus casibus, Ecclesia, sua bona distribuit. secus hoc causu vbi Ecclesiæ nulla prouenit vtilitas, & dominus castri recipit totum comodũ. Qui .n. sentit commodum, sentire debet & onus, vt in reg. qui sentit. de reg. iur. lib. 6. Item non debent subtrahi cultui diuino & pauperibus, ac alijs religiosis, sumptus necessarij, vt expendantur in cãm non sic necessariam; & vbi non ita directe fauetur pietati. & si necessitas maxime prætenditur, seruetur quod habetur in c. non minus, &c. aduersus. video.n. quod Ecclesiæ non tenentur subuenire dominis temporalibus; nisi in quantum velint; & quod cultus diuinus in nullo alteretur, vt in d. l. placet, & auth. item nulla communitas, fortius non tenetur contribuere ad ædificationem murorum. Vlterius me non extendo, cum religionis fauor, tantorum virorum clarissimorum authoritate fulcitus, satis abundè in hac re supplere videatur.

Con-

# Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum.

## Eiusdem Eruditissimi, ac Eminentissimi AVCTORIS In eadem causa Ecclesiasticę Immunitatis.

*Et est 6. in ordine in suorum Consiliorum parte prima.*

EPITOME.

Nulla ratione clerici tenentur ad datia, gabellas, & onera laicalia pro rebus, & fructibus bonorum suorum.

*SVMMARIVM.*

1 *ONera communitatis incumbunt laicis, & non clericis.*
2 *Gebellæ, & datia soluuntur de rebus proprijs.*

CAsus super quo Petitæ fuerũt allegationes. Quidam Do. Franciscus Canonicus Massitanen. ex patrimonialibus vendidit vinum, bladum, frumentum, porcos, & similia; & in eis dicitur negotiari: habetq; alia animalia, quæ mittere vult ad loca pasturæ communis Massitan. sine aliqua solutione, quam communiter faciũt ciues ibi, pro releuandis oneribus communitatis: nec etiam in rebus patrimonialibus, in quibus negotiari dicitur, vult subijci statutis ciuitatis, soluendo gabellas, datia, pedagia, & similia, excusando se dupliciter. Primò ratione clericatus. Secundò, ex quodam pacto inito inter ipsam cõmunitatem Massitan. & episcopum, & capitulum Massitan. Ecclesiæ, vt liceat episcopo, & capitulo sine aliqua solutione, mittere animalia sua ad pascendum in pascuis communitatis.

tis. Contingit nunc dubitari de duobus. Primò, nunquid Dom. Franciscus debeat soluere pascua, in quibus frequenter mittit animalia sua propria, ad dicta loca cōmunitatis, secundum, quod soluunt alij ciues, iuxta formam statuti communitatis.

Ad primum dicendum, quod si loca pasturæ esse cōsueuerunt, & sunt vniuersitatis, seu communitatis laicorum, tunc puto dictum Dominum Franciscum, posse cogi ad soluendum secundum formam statuti, & leges communitatis si velit animalia sua mittere ad illa loca communitatis. Ratio huius est, quia non dicitur hoc casu communitas legem imponere clericis, nec minus collectare clericos, vel datia, seu gabellas ab eis exigere; sed potius vsū vēdere, seu vsumfructum rerum communitatis, quod possunt sine iniuria cuiuscunq; Nam in sua re quisq; est legitimus moderator, & arbiter, vt l. in re mādata C. mand. & c. de his, de sepul. quamquā enim clerici reperiantur priuilegiati, vt de rebus eorum non soluant gabellas, vel datia, vt in c quamquam de cōsue. lib. 6. vt in cle. præsenti eo. tit. & dicam latius in argumento subsequenti: non tamen reperiuntur priuilegiati, vt possint vti pro se, & animalibus eorum rebus communitatis laicorum: imò potius contra, de iure diuino in lege habuerunt de terra promissionis: sed illa solum ex dispositione diuina fuit tradita laicis: clericis autem fuerunt solum reseruatæ decimæ, & quædam aliæ pertinentiæ, vt habetur Numeri 18. & not. in c. 1. de deci. lib. 6. Si ergo volunt vti rebus communitatis laicorum, debent soluere, sicut vellent pascere animalia in locis priuatis; agit .n. communitas pro rebus suis, sicut priuatus pro suis, ar. in c. licet de proba. & c. conquæstus, de fo. compet. & clerus est diuisus à populo. Nam alius est clerus, alius populus d. c. si sententiam de sen. exc. lib. 6.
1 & 12. q. 1. duo sunt genera. Item video, quod onera cōmunitatis incumbunt laicis, & non clericis, vt no. in c. non minus, & c. aduersus de immun. Eccl. Cum ergo nolunt sentire onera rerum communitatis laicorum: ergo nec cōmoda sentire debent; non .n. ferendi sunt illi, qui lucra, & commoda

moda capere volunt, & onera subire nolunt, C. de caduc. tol. l. 1. §. pro secundo in reg. qui sentit onus de reg. iur. lib. 6. Et si diceres, quia clerici tenentur ad ista, & non ad solutio-
2 nem gabellæ, seu datiorum, Respondeo, quod gabellæ, & datia soluuntur de rebus proprijs; vnde cū personæ sint exemptæ, sic & res eorum; quia sequuntur conditionem personarum, vt no. in d. c. præsenti, de deci. & c. quamquam eo. tit. lib. 6. Non ergo possunt laici à personis nō subiectis, & exemptis hoc exigere; sed in casu nostro non soluūt pro rebus ipsorum clericorum, sed quia conducunt rem communitatis, seu emunt vsum, vel vsumfructū personæ priuatæ, seu communitatis, meritò tenentur soluere, sicut si conducerent, vel emerent vsum, seu vsumfructum personæ priuatæ facit c. 1. de in integ. rest.

3 Si verò ista loca pasturæ fuissent ad vsum communitatis clericorum, & laicorum; & sic forent communia clericis, & laicis, tunc non teneretur. Dom. Franciscus, quòd statuta laicorum non tenentur clerici soluere: tum quia statuta laicorum non afficiunt clericos in c. bonæ quidem 96. dist. & c. Ecclesia S. Mariæ, de consti. tum quia in rebus communibus, non possent soli laici constituere in præiudicium aliorum ius in rebus habentium: quia quod omnes tāgit, debet ab omnibus approbari, c. quod omnes de reg. iur. lib. 6. & c. adhæc. de off. Archid. tum quia in re communi potior est conditio prohibentis reg. in re communi de reg. iur. lib. 6. & l. Sabinus, ff. de com. diui. & par in parem non habet imperium c. innotuit de elec.

Non obstat prædictis pactum factum, cum episcopo, & capitulo Massanen. Ecclesiæ, vt licitum sit eis pascendi facere animalia eorum in pascuis territorij Massanen. quia illud fuit concessum capitulo, non singulis personis de capitulo, habebit ergo locum in animalibus episcopalibus: ergo nō autem in animalibus singulorum canonicorum, quia aliud est capitulum, aliud singuli: indultum ergo capitulo, non extenditur ad singulos de capitulo, in c. qui manumittitur 12. q. 3. & in c. fi. de præb. lib. 6. & in l. sed si §. qui manumittitur, ff.

de in

de in ius vocan. quinimo illud pactum potius facit contra dictum Do. Franciscum; quia innuit tacitè illa loca non fuisse communia clericis, & laicis, sed laicorũ, & hoc ad primum dubium. Ad secundam dubium huius, dico prædictis non tenentur soluere gabellas seu datia quia ab his clerici Ecclesiæ sunt exempti cum omnibus rebus eorum. Non.n.tenentur soluere laicis quæ non subijciuntur, nec statutis ipsorum subsunt, vt probatur clarissimè in d. c. quamquam, & d. cle. præsenti. per Spec. de immuni. Eccl. in fi. Fed. de Sen. cons. 200. Nec est verum, quod vendendo vinum, bladũ, oleum, & simi. ex rebus suis dicatur negotiari, vt sic sit locus c. fi. de vita, & hon. cle. cum si. ll. al leg. ille .n. propriè dicitur negotiari, qui emit rem, vt eam integram lucri causa vendat, non ille, qui emit rem, vt eam reducat ad aliquam formam, vel si vendat vinum, seu bladum de rebus suis recollectum, vt probatur in c. eijciens 88. dist. no. Doc. in materia nostra in d. cle. præsenti, & d. c. quamquam Fed. d. cons. 200. Fateor tamen, quod si emeret rem, vt integram lucri causa venderet, quod teneretur soluere, secundum statuta patriæ: si tertiò per episcopum monitus non desistit, vt probatur in d. c. fin. de vit. & honest. cleri. Sed ante monitionem non tenetur ad pedagium, vt in d. c. quamquam, & d. cle. præsenti. à contrario sensu, not. Fed. in loco præall. & Spec. vbi sup. & hoc casu iura nõ videtur facere mentionem de munitione: quia forte laici possunt non pati illa introduci, absq; solutione debita gabellæ, seu pedagij. Et hæc sufficiant pro allegationibus. Ad plenum videatur materia in d. clem. præsenti, & c. quamquam, & c. fi. de vit. & hon. cle.

Con-

# Consilium, & Responsum Tertium Decisiuum.

## Eiusdem Eruditissimi, ac Eminentissimi AVCTORIS In eadem causa Ecclesiasticę Immunitatis.

*Et est 9. in ordine in suorum Consiliorum parte prima.*

### CASVS CONSILII.

CONuentus fratrum Minorum terræ Sancti Genesij, habebat quendam hortum pro necessarijs, quare acquisiuerunt quandam terram contiguam eorum horto, quam redegerunt in hortum; & sic fecerunt ex illa terra nouiter acquisita, & eorum horto, vnum hortum, ac obtinuerunt à communitate terrę Sancti Genesij, vt nō tenerentur aliquid soluere pro libra, seu æstimo, ab olim imposita dictæ petiæ terræ. Contingit quandoq; quòd dictum hortum faciunt laborare per colonum partiarium, seu mediariū; quādoq; per colonum pretio conductum, seu famulum Monasterij, qui sustentatur ex bonis Monasterij, petitur decima tam à fratribus, quàm colono. Item à colono, vt soluat de prædicta terra secundùm libram ab olim impositam, fratres in contrarium allegant priuilegium super decimis non soluendis, de eorum hortis, & virgultis eis concessum. Item respectu libræ, seu semissis, allegant immunitatem eis concessam à dicto communi. Quæritur quid iuris, &c.

### SVMMARIVM.

1 *FRatres Minores an teneantur soluere decimam de eorum hortis.*

2 *Res nō priuilegiata, si peruenit ad priuilegiatos assumit eorū priuilegium.*

HIC cadunt quatuor dubia. Primum nunquid fratres teneantur soluere decimam Præsbytero parochiali, pro illa petia terræ nouiter acquisita.

Secundò, quid de colono.

Tertiò, nunquid fratres teneantur soluere æstimum, olim impositum dictæ petię terrę, antequam perueniret ad manus eorum.

Quartum, quid de colono. Et breuissimè hæc attingendo, & potius decidendo, quàm ad partes instando.

1 Circa primum, puto, quòd si priuilegium fuit eis simpliciter concessum, vt allegatur, quòd de hortis eorum non teneantur soluere decimam, quòd non potuerunt cogi ad soluendum de illa petia terræ, quæ est redacta ad hortum; ergo etiam super illa priuilegiati, vt super hortis eorum, arg. optimum in c. quia circa, de priuile. Nec debet vna, & eadem res diuerso iure censeri, de ser. leg. eum qui. Nec apparet ratio, quare magis deberent soluere pro dicta petia terrę nouiter acquisita, quàm pro primo horto; cum quælibet terra non sit supposita oneri decimarum, vnde ea ratione, qua non soluunt de prima petia, ita nec de redacta, facit, quod habetur in simili in l. generaliter ff. de fideiusso. & per Ioa. And. in c. cum olim, de re iudi. & in reg. is, qui in ius, de reg. iur.

2 lib. 6. Et si res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatos, assumit priuilegium eorum, vt in c. vnico, de iu. patro. lib. 6. qd ibi no. in nouel. & c. dilectus, de præb. facit, quod no. in aut. quas actiones C. de sacros. Eccles. & ex contrario sequeretur absurdum, finge .n. quòd à principio, nullum, vel valde modicum hortum habuissent, dicemus ne, quod nō potuerunt de nouo acquirere sine onere decimarum? certè absit: cum nihil prodesset eis eorum priuilegium, contra c. in his, de priuil. Prædicta tamen intelligo vera, nisi hortus eorum esset ita magnus, vt illum facerent coli, & hortolitia pretio distrahi: hoc .n. nō licet, vt in cle. exiui de Paradiso, de verb. sig. hoc .n. repugnat eorum regulæ, vt in d. cle. exiui, & tunc putarem soluendam decimam: quia ad hunc casum se non

exten-

extendit priuilegium, vt d. clem. exiui. §. licet, & hoc de primo dubio. Ad secũdum de colono dic, quòd aut colit nummis, seu expensis quas habet à Monasterio, & non tenetur soluere decimam prædialem: quia illud lucrum prouenit à terra, quæ si producit, vel nè, sẽper habet mercedem suam, vt no. in c. tua, de deci. aut est mediarius, aut partiarius; & tunc debent inspici verba priuilegij ipsorum fratrum. Si .n. eximitur hortus ab onere decimarum; tunc non tenetur colonus soluere decimam prædialem; quia terra est priuilegiata, & exempta ab onere decimarũ; aut sunt exempti fratres, vt quia dicitur in priuilegio, quòd fratres non tenentur soluere, seu non possunt cogi, vel similia; & tunc talis colonus tenetur soluere de parte sua; quia illa pars prouenit à terra, quæ non est priuilegiata. Sed personæ fratrum sunt priuilegiatæ, & alia est obligatio domini, & alia coloni, vt in c. a nobis, & c. tua, de deci. Et idem ibi Paulus, & communiter Doċto. & hoc de secundo.

Venio ad tertium, in quo dico, quòd fratres non tenẽtur soluere aliquid pro æstimo, seu libra olim imposita, tum propter immunitatem, quam habuerũt ab hominibus dictę terræ, quam etiam reuocare non possunt, iuxta no. per Inno. & alios, in c. nouit. de iud. & in reg. quod semel placuit, de reg. iur. lib. 6. l. fi. de decr. ab ord. fac. tum quia puto eos exemptos à iure communi, cum onus certum non esset annexum dictæ terræ, iuxta no. per Doc. in c. fi. de vita, & hone. cler. c. peruenit, de censi. non obstante theorica Bar. in l. rescripto ff. de mune. & hon.

Ad quartum puto, colonum, non teneri ad soluendum, de parte sua, quia illam partem recipit, vt lucrum pro opere suo, non autem sicut dominus, & possessor horti, arg. in l. male agitur C. de præscr. 30. ann. maximè hoc procedit in casu nostro, vbi colonus nullam possessionẽ habet dicti horti? sed onera quæ soluuntur pro possessionibus sunt tantùm onera patrimonialia, vt l. munerum §. patrimoniũ ff. de mũ. & hon. & ideo imponi debent dominis, seu possessoribus rerum, qualis non est iste hortulanus domini, aut priuilegiati, vt sup. dixi.

 Con-

# Consilium, & Responsum Quartum Decisiuum.

## Eiusdem Eruditissimi, ac Eminentissimi AVCTORIS

## In eadem causa Ecclesiasticę Immunitatis.

*Et est 83. in ordine in suorum Consiliorum parte prima.*

### ARGVMENTVM.

An valeat statutum laicorum, quo continetur, vt nemo audeat sub certa pœna apprehendere possessionem alicuius beneficij, sine licentia expressa Dominorum sæcularium.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, si propter illud clerici efficiuntur timidiores.*

2 *Statutum laicorum, etiam in fauorem Ecclesiarum, non tenet.*

3 *Statuentes, & statuta obseruantes contra libertatem Ecclesiæ sunt excommunicati, & statuta sunt nulla.*

PRæsens dubium in effectum cōsistit, an valeat statutum laicorum, quo inter cætera continetur, vt nemo audeat sub certa pœna apprehendere, vel capere possessionem alicuius beneficij, vel Hospitalis, sine expressa licentia Dominorum sæcularium; & quod nullus Notarius, seu testis intersit contra libertatem Ecclesiasticam. quo viso facillimè inferri potest ad decisionem aliorum dubiorum, & dico non valere d. statutum. Id enim statutum dici potest contra libertatem Ecclesiasticam, quod ten-

tendit contra ea, quæ concessa sunt Ecclesiæ vniuersali generaliter, vel singulariter, à Deo, à Papa, vel alijs Principibus sæcularibus: hæc est enim communis theorica omnium Doctorum, c. nouerit, de sent. excom. approbat Bart. & Bald. in Aut. cassa, & irrita, C. de sacrosſ. Eccleſ.

Addentes, quòd etiam dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, si per statutum laicorum clerici efficerentur ti-
1 midiores, & laici audaciores per l. 1. §. quæ oneran. ff. quarum rerum ac. non da. & de priuilegijs tributis Ecclesiæ per ipsum Deum ponunt exemplum de eo in d. c. nouerit, in priuilegio, vt sola Ecclesia administret res Ecclesiasticas, vt in cap. si Imperator. 96. dist. de rebus Eccleſ non alienan. c. fin. Item, vt ad Ecclesiam dumtaxat pertineat ius statuendi de rebus, & iuribus spiritualibus, vt in c. denique & in c. cum ad verum, 96. dist. facit 12. q. pri. duo sunt genera, &c. Ecclesia, de conſt. & c. benè quidem, 96. di. & 33. q. 1. quodcunque ligaueris Hinc est, quòd statutum laicorum super huiusmodi, potius dicitur destitutio, quàm constitutio, vt in d. c. fin. ergo restat manifestè concludere, quòd præsens statutū nō teneat, cū disponat de reb. spiritualib. & Ecclesiast. quarū administratio, & de eis iurisdictio. pertinent ex priuilegio Dei ipsi Ecclesiæ vniuersali, & suis administratoribus, vt supra probatum est. Item est contra priuilegium tributum Ecclesiæ vniuersali per Romanos Pontifices in ipsorum canonibus, vt super huiusmodi nullo modo sit recurrendum ad sæculares, vt patet in c. 2. de iud. & de officium arch. c. vt nostrum. & c. ad hoc. & bene quidem, adeo quòd etiam in fa-
2 uorem Ecclesiarum, non tenet statutum laicorum, quod prouidet, disponendo, mandando, seu pœnā addendo, iux. ea, quæ not. plenè in d. c. Ecclesia, de constit. & pro Io. Andr. & Host. in c. fin. de fo. & Io. de Lig. & Ant. de But. in c. quod clericis, de foro compet.

Præterea violat hoc statutum summum, & principale tributum ab ipso Christo Romanis Pōtificibus, illud videlicet, Quodcunq; ligaueris super terram, &c. d. c. quodcunque, quod exponit Innoc. in c. quanto, de consue. dicens, Quod-

 cum-

cunque ligaueris, sed per statuta, vel præcepta, etiam in concernentibus animam; nisi sint contra fidem., &c. Sed hoc statutum est contra mandatum Papæ, & in spiritualibus, & concernētibus animæ factum: cum Papa mandet executori gratiæ suæ vt mittat impetrantem in possessionem, quam timore pœnæ tradere non potest: ergo ex hoc etiam infertur, quòd clerici efficiuntur ex hoc statuto timidiores, & laici in statuendo audaciores. Et sic ex multiplici capite hoc statutum dici potest contra libertatem Ecclesiasticam. Et optimè ad prædicta facit c. quoniam, de immunit Eccles. lib. 6.

Ex his inferò ad casum nostrum, quòd ex duplici capite, nec possessionem alias legitimè apprehendentes, nec testes interessentes; vel tabelliones de apprehensione possessionis rogati incidunt in pœnam statuti. Primò, ex dispositione iuris communis. Nam si statutum non valet, nec pœna apposita, maximè cum talia statuta sint cassa, & irrita, vt in d. Auth. cassa, & d. c. nouerit, & c. grauem, eod. tit. Facit, quod notatur in c. significantibus, de offic. de leg. & in l. pacta, quæ
3 contra, C de pact. Quinimò statuentes, & ipsa statuta seruare facientes, sunt ipso facto excommunicati, vt in dictis iuribus vltra pœnam, de qua in d. Aut. cassa. nec excusantur prætextu statuti in fine statutorum positi, quo cauetur, quòd statuta contra libertatem Ecclesiasticam habeantur pro irritis: quia iura volunt, vt ea deleri faciant de volumine statutorum, ne aliquando de facto seruentur, vt in dictis iuribus, & ita expresè firmauit Bar. & Bald. in d. Auth. cassa. Secundò capite cassantur in prædictis pœnæ statutariæ ex forma alterius statuti, quo cauetur, si quod statutum reperiretur contra libertatem Ecclesiasticam, illud sit irritum, & inane, &c. ergo præmissum statutum nullas vires habet, etiam considerata mente statuentium in d. Auth. cassa. Et maximè habito respectu ad reformationem statutorum postea factam, in qua ferè idem continetur, &c.

Con-

# Consilium, & Responsum Quintum Decisiuum Eiusdem Eruditissimi, ac Eminentissimi AVCTORIS In eadem Causa Ecclesiasticę Immunitatis.

*Et est 13. in ordine in suorum Consiliorum parte secunda.*

## CASVS CONSILII.

VNiuersitas Ciuitatis Fundorum, dum anno quolibet teneretur soluere certas collectas Do. Reginæ de ipsorum hominum possessionibus, & alijs bonis, nolens soluere amplius dictas collectas tali modo, in recompēsationem ipsarum collectarum fecit, & ordinauit quædam statuta, vt quilibet vendens vinum, granum, & alia bona, necnon, & emens carnes, teneatur, & debeat soluere certū quid, prout in ipsorum statutis continetur. Ciues verò, & officiales ipsius Ciuitatis super hoc constituti, volūt compellere clericos ad soluendum gabellam prædictam de bonis Ecclesiæ, & de patrimonialibus ipsorum clericorum. Clerici ex aduerso recusant dicentes, se non teneri ad prædicta onera, seu gabellas, quæritur quid iuris.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ecclesia, & ecclesiastica persona, & earum bona ab exactionibus, sunt immunes.*
2 *Et clerici sunt exempti ab omnibus oneribus vrbium, & castrorum*
3 *4. nec tenentur ad onera imposita per laicos 4. Tenentur tamen*
4 *quando ad eorum vsum conuerti debent.*
5 *Ciuitas non potest imponere collectas pro republica, sine Principis authoritate.*
6 *Fraudans gabellam iniustam non peccat.*

NE hunc casum videar dubitabilem existimasse, omissa omni pro cōtraria parte argumentatione, ipsam decisionem attingam, firmiter namq; teneo clericos ad huiusmodi gabellas nō teneri, hanc cōclusionem probabo iure diuino, canonico, & ciuili, postremò eam Doctorum authoritatibus roborabo.

Iure vero diuino probatur per id qđ leg. & no. in c. quam-
1 quam, de censi. lib. 6. iuncta gl. in verbo, diuino tex. .n. ibi dicit, quòd iure diuino, & humano Ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ, ac res ipsarum singularium personarum, ab exactionibus sunt immunes, gl. ibi in verbo, diuino, adducit id, quod habetur Gen. 47. & Exo. 7. vltra medium; vbi videtur probari clericos ab huiusmodi collectis, gabellis, seu exactionibus esse immunes.

Iure canonico probatur apertè; in c. fi. de vi. & hon. cle. vbi expresè probatur, quòd clerici non subijciuntur; etiam in bonis proprijs statutis, & consuetudinibus patriæ, circa solutionem gabellarum, seu collectarum editis, etiā si exerceant negotiationes, & mercimonia, vt laici; nisi tertiò per Episcopum, moniti ab huiusmodi negociationibus sæcularibus desistere nolint.

2 Secundò, probatur in c. non minus, & c. aduersus, de immu. Eccl. vbi dicitur, quòd ab omnibus oneribus vrbium, & castrorum clerici sunt exempti, ita quod non tenentur pro communi vtilitate aliquid soluere, nisi Episcopus, & clerus tantam necessitatem inspexerint; vt absque nulla coactione velint in aliquo ipsorum laicorum necessitatibus subuenire. Romano tamen Pontific. prius consulto, vt d. c. aduersus, ad idem prædictum c. quamquam, de censi. lib. 6. clę. præsenti. eod. tit. c. 1. de immu. Eccl. lib. & 61. q. 1. c. generaliter. Nec debet cuiquam hoc absurdum videri, nam bona Ecclesiarum sunt publico vsui specialiter deputata 12. q. 1. c. videntes 16. q. 1. c. fi. de præb. c. ratio, hinc dicit canon. in cap. nulli liceat 1. q. 2. quod id, quod Ecclesiæ consecratur, siue fuerit animal, siue ager, sanctum sanctorum domino efficiticifici-

ficitur, & ad ius pertinet sacerdotum, non debuit ergo vsui publico mundano deseruire, quia semel Deo dedicatum, ad humanos vsus amplius trāsferri nō debet: regula, semel Deo dedicatum, de re. iu. lib.6. & ius publicum consistit in sacris, sacerdotibus, & magistratibus 1. distinct. cap. ius publicum. Laici autem cum sint mundani, & principaliter habeant vtilitatem ex republica mundana, debent hæc onera subire, vt sic temporalia temporalibus, & spiritualia spiritualibus vsibus deputentur, facit c. Ecclesia S. Mariæ, de consti. & c. quæ in Ecclesiarum, eo. ti. c. fi. de reb. Eccl. non alie. 96. dist. c. bene quidem. Hinc dicit tex. in c. reprehensibile 24. q. 8. quod milites sæculares militant mundo; milites verò cœlestes militant Deo.

Iure autem ciuili clàrius adhuc probatur, nam cum negari non possit, quòd hæc onera sint extraordinaria, cum non sint certa, & à Principe ab antiquo imposita, iuxta ea, quæ le. & no. in l. vna. C. de superind. lib. 10. & l. omnis C. de an. tri. eo. li. ergo clerici ab his sunt exempti, vt probatur, in l. placet C. de sacros. Eccles. & l. 1. C. de epis. & cle.

Et de iure nouissimo hoc est clarissimum, vt in auth. item nulla communitas C. eo. tit. & in corpore, vnde sumitur, de stat. & consue. con. li. Eccl. §. item nulla, col. 10. vbi generaliter fuit dispositum, quòd nulla cōmunitas, vel persona publica, vel priuata collectas, seu exactiones, angarias, vel perangarias Ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis personis imponant, aut inuadere ecclesiastica bona præsumant, quod si fecerint, & requisiti non emendauerint, grauissimis pœnis, de quibus ibi, subijciuntur. Et per illum tex. voluit gl. in l. de his C. de epis. & cle. quòd etiam à muneribus, seu tributis ordinarijs, quæ olim soluebantur Imperatori, clerici sint immunes, licèt Bar. in d. l. de his, contrarium teneat, & intelligat d. auth. item nulla, in oneribus extraordinarijs, Bald. tamen in d. l. placet C. de sacros. Eccles. soluit illam gl. quādo onera, etiam ordinaria imponerētur ab aliquo Principe, quàm Imperatore; quia nullus hoc facere potest, quanquam constituat, quid ordinarie soluendum, per illum text.

qui

qui omnibus hoc inhibet, & optimè loquitur. Præterea hæc onera imponũtur principaliter personis pro rebus; ergo clericis non possunt imponi, qui non subijciuntur statuentibus, vt l. rescripto, §. sciendum ff. de mun. & hono. & ibi voluit Bal. Quinimo si res esset allibrata in libro æstimi, & peruenit sine fraude ad Ecclesiam, vel clericum non teneatur Ecclesia, vel clericus pro illa resoluere, vt no. Bal. in d. l. placet, sentit Bar. in l. incola. ff. ad municip. Spe. in tit. de cle. coniug. in 2. col. Io. de Lig. in cle. præsenti, de censi. & Arch. in c. 1. de immu. Eccle. lib. 6.

Prætereà hæc onera in Fundensi Ciuitate imposita, succedunt loco illarum collectarum, quas soluebant soli laici Do. Reginæ; ergo eodem iure debent cum illis collectis censeri;
3 quia subrogatum debet censeri iure illius, in cuius locum est subrogatum, vt c. Ecclesia, vt li. pen. & l. si eum, §. qui iniuriarum ff. si quis cau. sicut ergo soli laici illa soluebant, eodem modo soli laici debent has gabellas soluere, hoc apertissimè voluit Iac. Butr. in d. l. ad instructiones, C. de sacrosa. Eccles. vbi dicit, quòd tunc clerici tenentur soluere gabellas impositas per laicos, quando ad eum vsum conuerti debent,
4 ad quem clerici contribuere tenebantur, vt ad refectionem viarum respectu possessionum l. 1. ff. de via pub. & iti. resi. Quid plura? hoc apertissimè tenet Bal. in d. l. placet, dicens clericos nõ teneri ad gabellas impositas per laicos, quia hęc sunt munera extraordinaria ad quæ clerici non tenentur, vt in iuribus præalleg. & refert idem cõsuluisse Bar. & sic fuisse in quæstione facti determinatum.

5 Et hanc sententiam maximè teneo; quia hæc onera, vectigalia, gabellæ, seu similes exactiones, sunt à iure generaliter prohibita, nec imponi possunt, per habentem regalia in loco, non autem ex statuto ciuitatis, vt probatur, in l. 2. C. de vect. & commis. & l. vectigalia ff. de pub. & l. vna, C. de super ind. lib. 10. & ibi expresè per Bar. qui dicit, quòd ciuitas non potest imponere collectas pro republica, sine Principis authoritate, per tex. illius l. vnicæ, licèt pro necessitate propria Ciuitatis, vt cũ debitum, vel necessitas vrget, possit collectas suis

ciui-

ciuibus imponere; imo cogitur hoc facere, vt no. gl. in l. 1. ff. quid cuiusq; vni. & per Bar. in l. 4. §. accusatori, ff. de re iud. & l. 2. ff. de iure fisci. Clericis autem nullo modo imponere possunt, cū non sint de eius iurisdictione, & generaliter sunt à iure exempti, vt in iuribus præalleg. hinc notāter dixit Bar. in d. l. vectigalia, quòd fraudans hodie gabellam nō peccat,
6 cum non sit iustè imposita, quia .s. non ab eo, qui habet regalia in loco, de quibus in c. vno, quæ sint reg. col. 10. nisi sint de illis personis, quæ gabellas communi consensu imposuerunt, vt ipsimet ciues pro necessitate communi.

Concludo ergo ex omnibus prædictis, clericos Fundensis ciuitatis, vel alterius, non teneri ad soluendum dictas gabellas, vel similes statutis laicorum indictas. & hæc cōclusio satis videtur de mente Innocen. in cap. non minus, præallega. & optimè facit l. sancimus la 2. C. de sacrosanct. Eccles. vbi patet, quòd bona, quæ deferūtur Ecclesijs, siuè ex testamento, vel inter viuos, sunt exempta à lucratiuorum inscriptionibus, vt si statuto loci caueatur, quòd de re donata, vel locata soluatur certum quid communi, seu domino loci, tale statutum generale non extenditur ad Ecclesias, vt ibi, & 23. q. 8. c. sancimus, no. Anto. de Butr. in cap. 1. de censibus, fortius clerici debent esse exempti in causa non lucratiua, vt in casu nostro, cum longa sit differentia inter lucra non capere, & acquisita perdere l. si sponsus ff. de do. inter vir. & vxor.

Et hæc sufficiant.

Cele-

# Celeberrimi, ac Eruditissimi V. I. Consulti
# D. ISIDORI PICTORII
## Episcopi Astensis Illustrissimi
## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

### EPITOME.

Nullus Ecclesiasticus cuiuscunq; catholici Principatus, nec Ecclesiasticorum bonorum cultores tenentur ad onera, precipuè extraordinaria, neq;etiam pro bonis in Ecclesiam nouiter translatis, quæ antea pœnes laicos existentia in ęstimo posita allibrata, & catastrata erant.

### *SVMMARIVM.*

1 *AB hoc primo numero vsq; ad 7. adducuntur rationes argumentatiuo modo contra veritatem.*

7 *Exemptiones, quas habent Ecclesiastici, sunt de iure Diuino.*

8 *Quod semel est Deo dicatum, non amplius ad vsus humanos transferendum est, qualia sunt bona Ecclesiastica.*

9 *Bona Ecclesiastica ex omnium sapientum sententia sunt exempta de iure Canonico.*

10 *Excommunicatio extat bona Ecclesiastica collectantibus.*

11 *Ecclesiasticis vti non subiectis laico Principi ex ipsorummet aduersantium sententia non competunt onera, idque minus extraordinaria.*

12 *Bona allibrata, & in æstimo ascripta cum peruenerint ad Ecclesiam non subiacent oneribus, minusq; extraordinarijs.*

13 *Ecclesiastici non possunt conueniri personali obligatione, hypotheca*

*au-*

*autem non subsistit sine personali.*

14 *Allibratio non afficit prædium, nisi postquam imposita est collecta.*

15 *Ex onere etiam reali, cum præstatio sit incerta, non oritur obligatio, & quomodo.*

16 *Quodcunq; statutum laicorum super rebus Ecclesiæ est nullum, & latum à non habente iurisdictionem.*

17 *Statuta generalia non derogant priuilegijs concessis à iure communi, maximè loquendo de Ecclesiasticis.*

18 *Ecclesia est immunis ab omnibus super indictis.*

19 *Ad onera, quæ non respiciunt bona Ecclesiasticorum, nisi valde remotè, non tenentur Ecclesiastici.*

20 *Leges indicentes onera Ecclesiasticis sunt abrogatæ.*

21 *Lex Principis Ecclesiastici onera imponens Ecclesiasticis, quomodo intelligenda.*

22 *Mandante Summo Pontifice quomodo fieri possit lex ad onera contra Ecclesiasticos.*

23 *Onera imposita à Principe ad determinatum tempus, aut ad determinatam necessitatem, non inducit naturam ordinarij, & etiam*
24 *num. 24.*

25 *Onera, quæ repartiuntur super æstimo, induunt naturam extraor-*
26 *dinariorum, & etiam num. 26.*

27 *Obiectis in contrarium satisfit, vsq; ad finem.*

ADSIT SPIRITVS SANCTVS.

Ecclesiasticæ Immunitatis opportunitati pro viribus, legum iuribus, eiusdem professorum, ac interpretum rescriptis, canonum, & Theologorum deductis, quin & quorumcumq; sapientum, signâterq; Senatus Pedemontani, Mediolanensis, ac Magistratuum decisis, & iudicatis sic in facto occurrere volentes, quatenus pro parte Ecclesiasticorum omninò iudicandum pro æquitate, & veritate sit; in primis aduersantium oppositiones, eas ad nihilum redigentes adducemus; ac subinde quicquid pro Ecclesiasticis veri iuris sit ostendemus.

Pri-

Primò igitur, quòd petitio aduersantium, vid. quòd Ecclesiastici soluant onera eorum bonorum, quæ in ipsos translata sunt, pro vt ea soluebāt eorum dato res iam in æsti-
1 mo descripti, allibrati, & catastrati videatur rationabilis ex eo cōsurgit, quia bona ipsa reperiuntur catastrata, atq; publicè allibrata, quapropter iam possessores eorum onera soluebant; cur igitur exemptos se putabunt Ecclesiastici, in quibus sunt ea bona translata? sunt enim tacitè ea bona obligata Ang. l. 2. nu. 19. C. de Mulierib. Ias. consi. 83. col. Cast. l. inter debitorē n. 4. initio ff. de pactis. & Bal. l. apud Iulianum §. eras, & alij multi.

2 Confirmatur, nam cum res trāseant cum onere suo. l. alienatio ff. de contrah. emp. c. cum in tua. de decimis. Ecclesiastici. tenebuntur etiā, & onera ipsis bonis imposita præstare. in terminis Io. And. Abbas, & alij c. 1. de censib. & c. si tributum. 11 q. 1. tributa. quæ est etiam doctrina DD. in l. placet C. de Sacros. Eccl. quod etiam latè probat Iason. consi. 83. col. 1.

3 Secundò faciunt statutum ciuitatis à Serenis. de anno 1606. confirmatum, & lex noua à sua Celsi. lata, ex quib. bona omnia in ipso territorio existentia prætenduntur effecta fuisse tributaria: quapropter locū habebit cautela per Bart. contra Ecclesias tradita in l. rescripto. §. fi. ff. de muner. & honor. neque vlla ratione poterunt Ecclesiastici à solutione excusari.

4 Confirmatur nam ex consuetudine iam huiusmodi solutiones præstant, consuetudo autem facit statutum l. quibus ff. de legib. lib. licet n. statutum fiat expresso consensu, consensu, consuetu do vero tacito, nihilominus tamen taciti, & expressi eadem est virtus. l. triticum ff. de verb. oblig. l. cum quid ff. si cert. pet.

5 Tertiò quòd in specie teneātur ad solutionē oneris quod dicitur (tasso) & oneris hospitationis militum, refectionum murorum Ciuitatis, pontium, & huiusmodi, res est clara satis, de prima parte non dubitatur, nam illud onus est ordinarium, & inuariabile, ad ordinarium autem tenentur Ecclesiasti-

siastici, vt colligititur ex c. tributum 22. q. 8. & ex c. si tributum,& c. Magnum 11. q. 1. & ratio est, quia res cum suo onere transit, quod satis probant Ius Canonicum, & Ius Ciuile, constat c. cum non sit c. Pastoralis. de decimis, & c. ex litteris de pignoribus, & l. alienatio ff. de contrah. emp. & l. si diuina. C. de exactoribus tributorum. lib. 10. & est cõmunis DD. Secunda pars etiam patet, quia sicut ex his sentiunt Ecclesiastici commodum, eadem ratione ferre debent onera c. qui sentit de reg. iur. in 6. l. secundum naturam ff. de reg. iur quod multi Doctores à Sur. consi. 409. nu. 2. citati, tenent. ex quib. in specie infertur, Ecclesiasticos concurrere debere ad soluendam pecuniam, quæ hostib. datur ne territorium populetur, & in specie quòd teneantur ad reparationem murorum, pontium, & viarum, probat tex. l. ad instructiones. C. de Sacros. Eccl. & ibi communiter Doctores.

6 Quartò ista pars, quę docet Ecclesiasticos subiacere debere oneribus dictis, æquissima videtur, ne contingat laicos nimium grauari, quod præsertim in territorio Vercellen. sequeretur in quo tot bona occupant Ecclesiastici.

7 Sed prædictis non obstantib. contrarium verum esse opinor, quod, vt clariùs elucescat, suppono primò, exẽptionem quam habent bona Ecclesiastica, esse de iurę diuino, vt latè probat Abbas c. peruenit, & c. non minus. de Immunit. Eccl. & ibid. alij communiter scribentes, præsertim Io. And. Dominic. Francus, Archidiac. & glos. in c. Ecclesia S. Mariæ. de Constitut. & c. quamquam de censib. in 6. l. Placet C. de Sacros. Eccl. & alijs multis in locis, quamuis aliqui Theologi iuniores contrarium sentiant, neq; quisquam miretur, me aliàs Theologum, nunc iuris Canonici interpretum, potius quam iuniorum Theologorum sentẽtiam sequi, nam scientia horum adeo videtur clara in iure, vt tuta conscientia negari non possit. Nam in c. quamquam. de censib. in 6. sic legitur, cum igitur Ecclesia Ecclesiasticæq; personæ, ac res ipsarum, non solùm iure humano, videlicet scripto, quinimò, & diuino, à secularium personarum exemptionib. sint immunes; de eodem iure diuino in huiusmodi res exemptas

dicen-

dicendo mentionem faciunt, in specie c. non minus, de immunit. Eccles. ex Conc. latera. & in Conc. Lateranen. sub Leo. 10. sess. 9. in bulla reformationis Curiæ, & c. cum fructum, c. & prædia. 12. q. 2. & facit quod in c. legibus 12. q. 2. & l. summa ff. de rerum diuis. instit. eo. tit. §. nullius. sic habetur. diuini iuris sunt res sacræ, religiosæ, sanctæ, & quod diuini iuris est, in nulli⁹ bonis est, at qui Ecclesiastica bona, quia sunt Deo dicata, oblata, tradita, diuinis vsibus destinata; eo ipso religiosa censentur, ergo diuini iuris sunt, siue sint prædia, siue aliæ res.

8 Patet etiam ratione, nam cum huiusmodi bona sunt Deo dicata, eo ipso videntur à laicorum potestate exempta, quod patet ex c. semel de reg. iur. in 6. vbi habetur, semel Deo dicatum non est ad vsus humanos vlterius transferendũ. idem habetur c. nulli c. prædia 12. q. 2. c. semel. 19. q. 3. & d. l. summa. ff. de rerum diuis. & inst. tit. eod. dict. §. nullius, & tenet in specie Nat. consi. 203. nu. 8. in fine, qui alios refert.

Neq; obstat. c. conuenior. 23. q. 8. vbi S. Amb. fatetur non omnia Clericorũ bona ab imperatoria potestate esse exempta; nam Respondeo non loqui ibi S. Amb. de bonis clericorum & Ecclesiarum quę ipsorum vsibus dantur, de patrimonialib. autem quantum ad præsens propriam sententiam non profero.

Neq; obstat c. quo iure d. 8. ex S. Aug. qui fatetur illas Ecclesiæ per ius humanum esse concessas, quia S. Aug. diuisionem rerum esse factam docet, & hæc aut illa bona habere Ecclesias ex Principum donatione, non tamen negat quin huiusmodi bona postquam Ecclesiæ sunt data, sint Dei, & non Cęsaris, & quia sint Deo, non Cęsari subiecta.

9 Addo quicquid sit de iure diuino cõmuniter conueniunt omnes Theologi, Canonistæ, ac iurisperiti, huiusmodi bona esse exempta de iure, Canonico videlicet. tot. tit. de Immunit. Eccles. lib. decretal. & in 6. & in Clementis, & de iure ciuili, quia vt patet ex. l. Placet l. iubemus l. Priuilegij C. de sacros. Eccl. & l. Cassa. C. eod. neque huiusmodi exemptio reuocari potest per sęculares potestates, vt scribit Molin. tr.

1.de iust. & iur. disp. 31. & tr.2. disp. 670. nu. 2. immo si qui exemptionem hanc offenderet onera imponendo, vel exigendo, contra eos statutæ sunt quamplurimæ pœnæ, vt patet; ex cap. non minus c. aduersus. de immunit. Eccles. vbi statuitur pœna excommunicationis ipso facto; eadem pœna statuitur in c. quamquam. de censib. in 6. iuncto c. 1. de immunit. Eccles. in 6. vbi præcipitur, vt si à Cōmunitate exemptio huiusmodi fuerit violata, locus illius ipso facto incurrat sententiam interdicti: deniq; omnes qui bonorum Ecclesijs imponunt quodcunq; tributi genus, siue reale sit, siue mixtum, aut ad id auxilium, consilium præstan, ipso facto excommunicantur, excommunicatione Bullę Cœnæ Domini.

Secundò suppono bonum publicum Ecclesiasticis cum sęcularibus commune, ad quod tributum imponit, esse in duplici differentia, nanq; aliquando istud bonum non respicit Ecclesiam ecclesiasticasq; personas, nisi quodam modo remotè, ea scilicet ratione, quia, & Ecclesia, Ecclesiasticæq; personæ, partes sunt reipublicæ, vt quādo tributa imponuntur ad reficiendos muros, ad conficiendum, vel reficiēdum publicum pontem, ad aperiēdum publicum puteum. Interdum verò istud bonum respicit peculiaria aliqua prędia immediatè, vt si vis fluminis perdat aliquos agros particulares. His suppositis duo sunt enucleanda, alterum vtrum Ecclesiastici exempti sint ab oneribus præstandis: secundum est in particulari declarare qualitatem onerum, quę prætendūt aduersæ Communitates.

Dico igitur primò omissis, quæ disputant DD. in terminis onerum ordinariorum, & merè realium; quorum multi tenent etiam reale onus non transire in nouum possessorem immunem, quia mutatione personæ, mutatur rei conditio, & qualitas noui possessoris semper est considerāda l. 1. C. de impon. luc. descrip. lib. 11. Archid. & Io. And. c. 1. de immunit. Eccles. Alex. cons. 35. num. 18. Guid. Pap. q. 384. & alij communiter, docent quantum spectat ad munera extraordinaria, Ecclesiasticasq; personas, tanquam immunes ab eis

præseruandas esse, ratio est, quia huiusmodi onera his tantùm imponuntur, qui imponentibus subiacent, atqui personæ Ecclesiasticæ, eorumq; res, nequaquam laicis subiacere, satis constat; & probatum est in primo supposito; sequitur itaq; huiusmodi onera illis imponi non posse, & ex hac ratione ducti conclusionem probant in terminis tex. & ibi communiter DD. notant in l. placet C. de sacros. Eccles. c. non minus, de immunit. Eccles. c. Clericis Laicos eod. in 6. Bar. in l. rescripto nu. 4. de muner. & honor. & diffusius in cons. 180. per tot. lib. 1. Bal. singulariter in cons. 246. lib. 3. Abb. cõs. 53. lib. 1. vbi hanc esse communem asserit, idem etiam scribit Felta. de collect. p. 4. c. 1. nu. 52. cui non satis est dicere, hanc esse communem, communiterq; esse receptam, verùm insuper ait, nequaquam de ea esse hæsitandum; & accedit Euerard. cons. 42. quod ferè totum de hoc tractat. Præterea ad eandem veritatem comprobandam sic argumentatur. Bart. cons. 180. nemo tenetur aliena debita soluere, igitur iniustè huiusmodi onera exiguntur ab Ecclesiasticis; antecedes patet ex l. fi. C. ne vxor pro mar. & per tot. tit. C. ne fil. pro patre. consequentia probatur; nam ista onera imponuntur propter necessitates locorum l. omnes ¶. 2. C. de oper. pub. & consequenter duntaxat subditi obligabuntur, si igitur Ecclesiastici soluerent, alienum debitum profecto soluerent, neq; .n. isti sunt subditi.

32 Neq; obstat, quòd bona, de quibus in specie nostra, antequam ad manus Ecclesiasticorum deuenirent iam essent allibrata, atq; in registro publico catastrata, neq; quòd eorum possessores iam dicta onera soluebant; quia respondeo hanc nostram conclusionem procedere, etiam quoad bona iam in æstimo allibrata, etenim si est sermo de extraordinarijs oneribus, vt de illis loquimur, assertiuè negatur, illa quamuis registrata, tacitè pro oneribus esse obligata: clarè.n.constat obligationi incertę hypothecam non posse accedere. est doctrina Bart. in d. l. scripto §. sciendum ff. de muner. & honor. & quamuis regulariter bona transeant cum onere: fallit tamen fauore Ecclesię ratione onerũ extraordinariorum,

huius-

huiusmodi .n. non pro tempore præterito, sed futuro imponuntur, quo tempore iam sunt ad manus eorum, qui sunt immunes, prout docet communis opinio, quam sequitur Bart. cit. cons. 180. & in repet. d. legis placet nu. 29. ibi Bald. vers. quæro iuxta hoc, Aret. nu. 3. Castr. num. 8. Specul. de cler. coniug. §. 1. verb. & huiusmodi pulchrè, & adamussim Ruin. cons. 117. lib. 4. & cõs. 111. lib. 5. & quamplurimi alij, quos allegat Thes. decis. 234. qui testatur secundùm hanc opinionem tamquam communiorem, & tutiorem transisse Senatum Pedemontanum, & confirmatur, quia registratio non obligat rem, sed personam registratam; onus .n. pro quo adscriptio fit, personam concernit, non autem rem, ex c. 1. de immu. Eccles. in 6. & ex declarat Bart. in dicto cons. 180. nu. primo, & 4. vel persona igitur, quæ subrogatur erit obligata, sed hæc cum sit Ecclesiastica, est immunis, neq; in illam laici habẽt iurisdictionem, igitur nulla aderit obligatio. quod dicto loco declarat Bart. dicens, quod vbi prædia registrata ad collectam mutant naturam, & infert, ad clericos in quorum manus deueniũt bona laicorum, quod etiam ex natura hypothecæ apparet, hypotheca .n. non subsistit sine
13 personali, eaque incertæ obligationi non accedit; cum igitur Ecclesiastici sint personæ immunes, neq; personali obligatione conueniri possint, nequaquam dici poterunt ea bona hypothecata. in terminis Bar. cit. cons. 180. Bal. tit. de Pace Constant. verbo Imperialis clementiæ num. 16. Abbas c. fi. num. 12. de vit. & hon. Cler. vbi inquit, Ecclesiam non teneri ad extraordinaria. pro bonis, quæ aliàs dũ essent laicorum erãt in registro scripta talia onera, & facit l. inter debitorem ff. de pactis; Considerandum .n. est, duo distingui videlicet quantitas impositionis; & obligatio impositionem soluendi, quamuis .n. quantitas respiciat rem, & eius æstimationem, obligatio tamen respicit personam, secundùm Bal. in auth. defuncto C. ad Tertull. Aret. cõs. 133. persona autem est immunis, igitur à solutione exempta, & quamuis Berou. in cõs. 150. num. 5. lib. 3. contradicat; quãdo bona catastrata transeunt in laicos communes, fatetur tamen hanc esse magis

 com-

communem, quando transeunt in Ecclesiasticas personas. Idem latissimè scribit Gallia cons. 59. à nu.30. vbi testans de communi respondet omnibus in contrarium argumentis, quemadmodum etiam facit Alciat. cons. 168. nu. 5. & seq. quamplurimos alios Doctores allegans, quod etiam tenuit Brun. consi. 103. num.6. & Natt. cons. 328. nu.2. & alij.

14 Confirmatur, nam allibratio nō afficit prædium nisi postquam imposita est collecta, vt not. in l. incola. ff. ad municip. Cast. d. l. placet. ex quo sequitur, quod etiam si bona essent indistinctè obligata, adhuc non tenerentur Ecclesiastici, quia pro collectis non contrahitur obligatio, à principio tempore registrationis pro futuro, sed contrahitur quando collecta imponitur ex Iac. Butr. & post eum ex Bal. in Auth. Item nulla nu. 5. C. de Epis. & Cleric. & plene Soc. cons. 243. col. f. fin. & hinc concludo quod cum bona deuenere ad Ecclesiasticum immunem, licèt imponatur collecta, nō tamen nasci potest obligatio personalis, & consequenter, neq; hypothecaria contrahitur, quia ratione priuilegij, res possessoris non potest obligari. est doct. Bal. dicta Auth. item nulla nu. 5. vbi idem docet cum bona ex forma statuti sunt pro collectis obligata, quod plurimis rationibus tuetur Ruin. cons. 111. nu. 14. vol. 5. Nat. cons. 1. nu. 8. & 9. qui hoc cōcludit ea ratione; quia non potest præcedere debitum, cum non subsistat sine principali. l. cum principales ff. de reg. iur. & n. 12. eo. consi. dicit duo requiri vt Ecclesia ad onera pro bonis registratis teneatur. Primum quod onus sit reale; Secundum quod præstatio sit certa, & determinata, ita vt non sufficiat,

15 alterum ex ijs concurrere, quare etiam si onus sit reale, si tamen præstatio sit incerta, non oritur obligatio nisi tempore propter priuilegium Ecclesiæ, res non potest obligari, qua propter igitur, cum bona sint ad manus Ecclesiasticorum, nō potest in eis habere locum hypothecaria, cum non possit subsistere personalis, & consequenter pro his non sunt molestandi, & cum hac cōclusione sæpiss. transierunt Magistratus, & Senatus Mediolani, vt attestatur Plot. ad consi. Mart. Garat. 63. nu. 13. & 14.

Dico

Dico Secundò, adeo vera est præcedens conclusio, vt nullo modo per statutum, de quo in secundo argumento ex aduerso adducto, possit dispõni iuris communis, & aliorum pro ea adductorum derogari, neque eius causa aliud statui. Probatur primò, quia vel per huiusmodi statuta intelligitur, quòd fiat particularis mentio bonorum Ecclesiasticorum, vel generalis duntaxat est eorum dispositio, & quidem iuxta
16 primam partem, ea esse omnino nulla; satis constat, nam statutum super rebus Ecclesiæ est nullum. ex tex. in c. quæ in Ecclesiarum de constitut. vbi animaduertũt DD. præsertim Abbas in 3. not. nu. 2. esse verum, etiam si eorum bonorum dominium vtile sit apud laicos. Butr. nu. 2. Zabarel. nu. 3. & in terminis statutum esse iure nullum; scribit Berou. nu. 16. & facit Mantica nu. 6. & 7. immo hæc doctrina desumpta est ex c. bene quidem d. 96. vt communiter DD. in c. Ecclesia S. Mariæ. præsertim Abbas, Felin. Dec. & Mantic. & ratio est, quoniam statuta, & leges condere, præsupponũt iurisdictionem l. nulli C de sent, & interloc. Bal. 16. & Rom. cõsi. 218. nu. 2. Vnde Abbas, Felin. & multi alij in c. Eccl. S. Mariæ de cõstit dixerũt si lex ciuilis expressim aliquid decernit de clericis aut Ecclesijs, vt de eorum reb. & bonis, etiamsi contrarium non sit canonico iure sancitum, nedum clericos vel Ecclesias non astringit sed est irrita, & inanis, & confirmatur nam nullus legislator laicus, neq; Princeps, neq; ipsemet imperator habet auctoritatem quicquam disponẽdi in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ. Authen. Cassa. & irrita. C. de S. E. Auth. Item nulla. C. de Epis. & Cler. c. Eccl. S. Mariæ de constit. & ibi omnes scribentes, at qui huiusmodi de quo loquitur arg. contrariæ partis esset contra libertatem Ecclesiasticam; igitur nullũ: probatur quidem minor, nam tunc dicuntur statuta contra libertatem Ecclesiasticã, quando per illa disponitur. cõtra priuilegium concessum Ecclesiæ à iure communi, vel à Deo, vel à Summu Pont. vel ab Imperatore. Clarus qui de communi attestat. in praxi. criminali §. fin. q. 77. col. penult. Ruin conc. 117. nu. 8. Alba. con. 8. nu. 4. 5. 6. concl. 1. vbi nu. 12. occurrit rationi eorum, qui di-

eum hinc laicos grauari nimiũ; & faciunt ea quæ diximus in primo supposito præsertim circa finem.
17 Si autem dicatur generaliter huiusmodi statutum disponere, tunc contra aduersantes argumentatur, nam cum generalis sit huiusmodi dispositio, neque vlla specialem mentionem faciat de Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis, ex ea nequaquam censetur derogatum priuilegio concesso à iure communi, Ias. l. fin. nu. 6. C. de inoff. test. l. 1. num. 16. ff. de constit. Princip. & est conclusio Plot. in indice ad legem si quando C. vide vi. super constitutione de immunit. & iure 12. lib. Alb. cons. 8. nu. 22. & aliorum, & communis regula est, vnquam generalem dispositionem referri ad ea, quæ specialiter non veniunt l. obligatione generali ff. de pignorib. Ang. cons. 24. circa fi. Dec. cons. 496. nu. 11. Ruin. cõs. 117. nu. 8. lib. 4. Alb. cons. 8. nu. 18. Riminal. iun. cons. 10. Præterea vrgent, quæ diximus in probatione præcedentis conclusionis, nam satis ostensum est, non sufficere bona esse indistinctè pro oneribus obligata; quia contrahitur obligatio, quando collectæ imponuntur, quo casu nõ potest nasci obligatio personalis, & consequenter neque hypothecaria, vt ibi diximus; quapropter statutum ipsum nullum extare, necesse est.

Ad hæc facit quamplurimum, quia cautela Bar. qui statuto dedit causam, communiter est reprobata Bal. d. l. placet, & post eum ibi Castr. num. 7. Iason. pri. lect. num. 17. vers. secundus casus, & nu. 18. & secunda lect. nu. 21. & 22. Parpalia. nu. 77. Roman. l. si publican. §. 1. num. 7. de publican. vbi, & reprobat aliam cautelam, nimirum obligandi bona pro futuris collectis. Abbas c. fi. de vit. & hon. Cler. Felin. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ 5. quæst. nu. 47. vers. sed contra dictam, qui asserit hanc opinionem pro veriori; & sustentabiliori esse retinendam, quod tenet Dec. ante num. 53. scilicet auth. item nulla. q. 1. fin. C. de Episc. & Cler. Io. de Plat. l. fi. C. de exactor. tribut. lib. 10. nu. 3. Sylu. cons. 32. nu. 11. Purpurat. cons. 483. num. 6. fin. Ruin. dicto cons. 117. nu. 3. & 8. Natta cons. 1. nu. 7. fin. Alb. dicto cons. 8. nu. 4. Capra regu-

la 96. nu.43. Thes. dicta decis.234. num.5. vers. sed aduerte, vbi testatur de magis communi, & quod durum esset ab ea in iudicando recedere, propter periculum excõmunicationis, de quibus in primo supposito.

Dico tertiò, immunitas hæc se etiam extendit ad onera, quę propter militum hospitationem imponũtur, huiusmodi enim inter extraordinaria connumerari, nulli est dubium; cum casu inopinato, in defectum stipendij Principum, imponantur, ita in specie Iason d. l. placet 2. not. Parpal. ib. nu. 105. & Natta cons. 208. circa fi. nullam enim habẽt certam, & determinatam formam, sed imponuntur secũdùm casus contingentes, vnde dicitur onus mixtum, ita declarat Bal. c. 1. §. 1. nu. 16. & sequen. de Pace Constant. & facit l. 1. C. de vacat. pub. mun. lib. 10. & onus variabile ex Bal. & Salic. ex l. fi. C. sine censu, vel reliq. Abba. & Butr. cap. non minus, de immu. Eccles. Bar. l. 1. C. de Mulier. & hac ratione extraordinarium in terminis dicitur onus belli, quod & superindictum appellatur, vt notatur in rub. C. de superindict. lib. 10. Alex. in l. si ex tot ff. de leg. 1. Natta cõs. 397. nu. 8. ad extraordinaria autem, nõ teneri Ecclesiasticos, iam probatum est, & in specie, quòd clerici ab omnibus hospitationis militum oneribus omninò excusandi sint, est tex. apertus l. 1. C. de epis. & cler. & ib. Glos. in tertia solutione, cum qua ibi transeunt omnes; & idem quoq; tenuerunt Bar. & Io. de Platea in l. qui immunitatem C. de oner. patrimonial. lib. 10. Iason. l. placet, in vtraq; lectura 2. not. & alij, quos sequitur Gallia dicto cons. 59. num. 70. confirmatur, nam bona nequaquam sunt ordinariè hypothecata ratione extraordinariorum, ratio est, quia eorum impositio nullo modo est determinata, sed vaga, & incerta, vt iam probatum est; obligationi verò
18 incertæ iam diximus non accedere hypothecam, sequitur ergo non teneri Ecclesiasticos ad onera ratione belli imposita, cum hic cesset argumentum, quod fit super obligatione bonorum, ex quo cessat ipsa obligatio, Archidiac. c. 1. de immu. Eccles. 6. Bal. d. c. 1. §. 1. nu 16. de Pace Constan. & alij, & hinc confirmatur ex ponderatione l. placet C. de sacros.

Eccles. vbi Ecclesia dicitur, & est immunis à superindictis, superindictũ verò dicitur id, quod imponitur propter bellum glos. in rub. C. de superindict. lib. 10. & Alex. tradunt in l. si ex tot. in principio ff. de legat. 1. & Io. And. in d. cap. non minus; excipio tamen casum in quo Ecclesia sentit bonum immediatè, prout si tractaretur de redimendo territorio, & sic possessiones Ecclesiæ ab incendijs, prout inf. suo loco dicam.

19 Dico quartò, per hanc eandem exemptionem excluduntur Ecclesiastici, etiam ab oneribus, quæ imponuntur ratione refectionis murorum, & aliorum, quæ non respiciunt bona ipsorum Ecclesiasticorum, nisi remotè, vt declaratũ fuit in secundo supposito, quin potius, qui huiusmodi tributa ipsis Ecclesiasticis imponunt, aut ab eis exigunt, incurrunt excommunicationes in nu. primo supposito relatas. ita Moli. disp. 672. num. 4. concl. prima Pano: in. cap. non minus, de immu. Eccl. & ex multis alijs, quos citat Sylu. vers. immunitas 1. num. 20. & voluit Innoc. 3. in Conc. generali Later. & colligitur apertè ex d. c. non minus, & ratio id suadet, etenim si quando onus, & tributum est positum in bonum publicum, quod remotè respicit personas Ecclesiasticas, modo iam exposito, tenerentur Ecclesiastici cum laicis concurrere, tunc sequeretur profectò, nullum esse priuilegium, nullamq; immunitatem Ecclesiasticorum, quoad tributa, cum omnia soluantur in bonum, saltem illo modo Ecclesiasticis, cum laicis commune, idest in cõseruationem, defensionem, &c. reipublicæ.

20 Neque obstat l. ad instructiones C. de Sacros. Eccles. vbi apertè hoc onus Ecclesiasticis indicitur, nam illa abrogata est per Auth. Item nulla Communitas. C. de Epis. & Cler. & vniuersim per c. non minus, & c. aduersus de immun. Eccl. c. quamquam de censib. 6. clem. præsenti. de Censib. c. primo de immun. Eccl. lib. 6. & alia iura canonica, sublata sunt omnia iura ciuilia, quæ præcipiebant alia onera accipi ab Ecclesiasticis personis, vt dicit Molin. disp. dicta 673.

21 Neq; obstat Greg. Pap. 1. dum Agnello Terracinensi Episco-

scopo scribens præcipit, ne etiam Ecclesiæ nomine à murorum vigilijs se excusare valeat, nam omissis varijs intellectib. ex Innoc. Host. & Ant. de Butr. ad c. 2. de Immu. Eccl. ille tex. intelligitur de ijs locis, quibus improuisum imminet periculum, vti est Terracina: idque non propter dispositionem alicuius legis sæcularis, sed id suadēte charitate, populi securitati consulendi gratia, sicque intelliguntur non nulla concilia, quæ de his loquuntur, nam quando necessitas est adeo imminens, vt non possit recurri ad Summum Pontificem, possunt Ecclesiastici subsidium præstare, si ita Episp. & Clerus expedire iudicauerint, quòd si potest recurri ad Papam, necessarius est recursus, ita Abbas ad d c. non minus nu. 19. multa enim permittuntur propter vrgentem necessitatem, quæ alioquin sunt prohibita, hinc inquit Hugo, quem citat, & sequitur Archidiac. alienatio facta inconsulto Episc. & sine solemnitatibus, non tenet, secus si tanta esset necessitas, vt expectari non posset Episcopi assensus, & multa similia docent DD. Theologi, Canonistæ, ac Iuristæ, at in præsenti non probatur, quòd adsit ista necessitas, & quòd aliter non possit prouideri, nisi quatenus, & exempti soluant, & quando probabitur, non possunt Ecclesiastici adstringi, nosi consulto Summo Pontifice, vt patet ex dictis, & licèt quondam c. non minus, cit. permissum erat, vt constito non posse per sese sæculares supplere, possint Episcopus, & Clerus statuere certam contributionem, nomine subsidij, & gratiæ; postea tamen c. aduersus eo tit. & clausula 17. Bullæ Cœnæ Domini sancitum est, vt absque consensu Summi Pontificis deinceps id constitui non posset.

22 Neq; obstant multi. DD. quos citat. & sequitur Surd. cōsi. 490. Ecclesiasticos ad onera de quibus in præsenti conclusione obligari, quia respondeo, quòd debent intelligi vel in casu necessitatis, vt diximus, præsertim ex Panor. loc. cit. & ex consensu Summi Pontificis, vel quando bonum, ad quod contribuitur, respicit bona ipsorum Ecclesiasticorum, non solùm remotè, sed immediatè, ita vt emolumentum inde illis immediatè resultet; quo casu illud noluerint laici nō posse

per

per se ipsos compellere Ecclesiasticos, sed id efficere debent per suum Iudicem; vt docent multi Doctores, quos refert Surd. cons. 490. nu. 10. Addo, quòd si res ad multos Ecclesiasticos, & laicos pertineat, fieri debet de consensu communi videlicet laicorũ, & Ecclesiasticorum, ex Panor. d. c. non minus, & ex alijs multis, nam quod omnes tangit, omnes debent comprobare Clem. 1. de censi. c. ad hæc de offi. Archid. sed nulla præcessit talis consultatio, immo, neq; petita, neq; standum est assertioni aduersariorum, nam quando aliquid est prohibitum in certo casu admissum, non creditur asserenti casum permissum subesse; l. qui testamentũ ff. de prob. & alibi, illud tamen credo verum ad huiusmodi cõtributionem, quando scilicet priuatum commodum Ecclesiasticorum modo hic explicato, respicit, necessarium nõ esse concessum Summi Pontificis, neque ea de re loqui credo c. aduersus de immu. Eccle. aut Bullam Cœnæ Domini. Si verò dicti DD. generaliter loquntur, ab eis est recedendum, per ea, quæ diximus.

23 Superest nunc vidẽdum quid iuris, respectu oneris, quod dicitur (*il tasso*) circa quod aliqua dubitandi ratio subesse videtur, cum à Principe, & in certa quantitate impositum sit, re tamen diligenti studio considerata, illud nequaquam ordinarium, neque simpliciter reale, neque eo grauari posse Ecclesiasticos, omninò existimo verũ: quod vt manifestum fiat, est diligenter prænotanda natura, siuè qualitas eiusdem oneris. Primò igitur fuit à Principe ab initio impositũ vsque ad determinatum tempus, & ni fallor, vsque ad septennium, & causa belli, & propter necessitatem eiusdem Principis. Secundò, fuit impositum ex ordine ipsius Principis in certa, & limitata quantitate, quoad totum dominium, & repartitum super singulis Ciuitatibus, & terris dominij, Ciuitates tamen, & terræ ipsæ illud semper repartiunt super extimo, ita vt vnusquisque pro quantitate valoris sui patrimonij soluat, contribuendo ad eam summam, quam quælibet Ciuitas debet soluere Principi.

24 Hoc prænotato. Dico 5. Onus istud nequaquam naturam

ordi-

ordinarij oneris inducere, & consequenter esse Ecclesiasticos à præstatione illius omninò exemptos, mouet primò, quia quicquid ob aliquam causam fit, determinatur secundùm illam Bar. l. Seio ff. de annuis leg. vbi etiam Albert. Osasc. decis. Pedem. 98. nu. 10. quare onus regulatur secūdùm commodum, quod oneris est causa Bar. Bal. Angel. & Alex. in l. plura §. si duobus ff. de leg. 1. ad quod facit, quod docent Philosophi, & habetur in l. in agris ff. de acquir. rer. dom. videlicet causa limitata limitatum producit effectum, quod apertè ostendit secundum naturam, & virtutem causæ, considerari natura, virtus effectus: quàm Philosophiam DD. Iuristæ varijs illationibus exornant, atqui causa istius oneris, quod dicitur (*il tasso*) est bellum, & militum hospitatio, atque ad determinatum tempus existens, vt patet ex supposito, secundùm igitur naturam horum debet regulari, & determinari, atqui hæc sunt variabilia, onus igitur istud erat variabile, & extraordinarium, sic etiam concludunt ad not. per Bar. l. vnic. nu. 30. C. de mulieribus lib. 10. l. 4. §. acto. ff. de re iudicat. Crau. cons. 631. nu. 7. Bursat. cons. 16. nu. 76. Bald. l. etiam, ad finem C. de essecutione rei iudic. Bellon. cons. 12. nu. 4. Ripa resp. tit. de oner. & hon. nu. 3. & faciunt, quæ pro eo dicendo ordinariè debent, quæ scribunt Plot. ad d. cons. Martini Gar. 63. n. 13. & Gallia d. cons. 69. nu. 6. Alex. Rhauden. de Analog. lib. 1. c. 40. & alij.

25 Secūdò vrget, quia etiamsi illud onus sit verè reale, quando collocatum est in aliqua re, putà in aliquo prædio, vt ex illo certum quid soluatur, nihilominus tamen, quando onus est statutum, vt vnusquisque pro quantitate valoris sui patrimonij soluat, contribuendo ad aliquam summam certam, quam populus debet soluere Principi, illud onus non est merè reale, sed mixtum participans de reali, & personali, atqui (*il tasso*) est hoc secundo modo impositum, igitur illud nō erit reale, sed mixtum. minor patet ex supposito. maior probatur ex Molin. de iust. & iur. disp. 661. nu. 2. & alij, quos iamiam referam, & hinc fit, quòd istud onus non possit dici ordinarium, nam quod spectat ad præsentem punctum, non est fa-

tis ad hoc, vt onus dicatur ordinariũ, quòd habeat certam, & perpetuam præstationem, sed insuper necessariò requiritur quòd etiam sit merè reale, & non mixtum, Aret. cōs. 135. Capra dicta regula 96. à num. 37. Euerard. cons. 42. Ruin. dicto cons. 117. lib. 4. & cons. 111. lib. 5. Gallia dicto cons. 59. à nu. 17. qui multos DD. citat; cum igitur hæc vera sint, sequitur nullo modo Ecclesiasticos ad solutionem istius oneris teneri, patet ista sequela, tum quia istud onus est extraordinarium, tum quia est mixtum, quod cum imponatur, & personis, & rebus, profectò non poterit imponi his, qui nō sunt subditi, etiā pro rebus per eos in territorio possessis. ita Bar. in d. l. rescripto §. fi. ff. de muner. & honor. & communiter in d. l. placet Pet. de Vbald. cons. 1. posito post tract. de collectis num. 6.

26 Tertiò alia etiam ratione dicendum est istud onus extraordinarium, nam quotiescunq; terræ, ac Ciuitates, onus aliquod repartiunt super æstimo, simul cum alijs extraordinarijs impositionibus, tunc quamuis illud onus impositum sit à Principe in certa, & determinata quantitate, quoad totum dominium, & repartitum super singulis Ciuitatibus, est nihilominus dicendum extraordinarium, vt in simili considerauit Corne. cons. 24. col. antepenul. lib. 3. verùm onus istud, quod dicitur (*il tasso*) est huiusmodi, vt patet ex supposito, & ex illius praxi (*il tasso*) igitur erit extraordinarium, & per consequens ab eo erunt Ecclesiastici immunes.

Atque his omnib. partem Ecclesiasticorum ab oneribus pro quibus conueniuntur eximentem ita credo comprobatam, & confirmatam, vt ne quid minimum dubij supersit, & vt meritò onera huiusmodi à dictis Ecclesiasticis exigētes credere debeant se in supranotatas excommunicationes incidisse, atq; iustè aduersarij sint in expensis condemnandi, & in restitutione ablatorum. iuxta ea, quæ de cernit. l. eum quem temerè. ff. de Iudic. & eo præsertim, quia petit vt Ecclesiastici soluant etiam pro expensis, quæ fiunt occasione medicorum, & Magistri Communitatis, & similium, vt pàtet ex praxi, à quib. esse dictos Ecclesiastico exemptos, superuacaneum est probare.

Præ-

27 Prædictis autem non obstant ea, quæ ex aduerso adducebantur: primo n., & secundo, iam satis est factum, ex dictis in prima, & secunda conclusione, & ad confirmationem secundi argumenti R. D. non satis constare de d. consuetudine, quòd si verè aliqui soluant, id erit ex eo, quia priuati, qui bona eis reliquerunt, ea conditione reliquerunt, vt deberent in posterum soluere contributiones, quod quidem in foro conscientiæ fieri potest, quia quisque potest rem suam Ecclesiæ donare his oneribus subiectam, & his conditionib. affectam, quas voluerit. ex Fel. c. Ecclesia S. Mariæ, de const, nu. 917. Deinde R. dato, & non concesso aliquos Ecclesiasticos soluere, eam consuetudinem omnino esse inualidam, & contra bonos mores & abusum esse, & corruptelam, nam constãs est opinio omnium Theologorum, consuetudinem nullam vim habere cõtra ius diuinum, quod neq; per legem humanam tolli potest, exemptionem autem esse de iure diuino, iam probauimus supra, in primo supposito.

28 Præterea qamuis non esset de iure diuino, sed ciuili, & Canonico, adhuc probauimus ibi in eod, supposito non posse tolli per statutum, neq; per legem à Principe latam, & in secunda conclusione probauimus non posse tolli per statutum: ergo neq; per cõsuetudinem, quæ vim suam ex morib. vtentium sortitur, & obtinet. sic DD. & Glos. cap. vlt. de consuetud. S. Th. 1. 2. q. 97. ar. 3. ad primum. Et cõfirmatur, nam hanc exemptionem faciunt multi Canones, vt diximus, & probauimus, quæ cum ita sint, solus Pontifex ad quem spectat Canones edere, & editos cõfirmare, & declarare, & statuere casus in quibus Ecclesiastici possint, vel debeant onera soluere. Propterea addo quod Summo Pontifice inconsulto, Ecclesia se ad id non potest obligare. c. aduersus. de Immunit. Eccles. vbi Abbas. 3. not. negat. Ecclesiasticos posse sponte propria autoritate de reb. Ecclesiasticis soluere, nisi prius fuerit consultus Papa: idem tradit cos. 13. Card. Clem. 1. 11. not. de Immunit. Ecclesiastica.

29 Tandem quamuis esset vera consuetudo, quòd omnino est falsum, & si opus erit aliàs plenius probabo, solum esset

con-

contra eos qui soluerunt, non contra alios Castr. cons. 364. col. quem sequitur Dec. cons. 215. col. penul. & alij.

30 Ad tertium argumentum patet responsio ex tertia, quarta, & quinta conclusione.

31 Vltimum argumentum tollit sufficienter Alba. dicto cons. 8. 4. 5. & 6: conclusione nu. 12. & in omni casu iam probauimus necessarium esse recursum ad Summum Pontificem si nimium se se grauatos senserint aduersarij.

Hæc habui, quæ in hac difficultate pro veritate scriberem, quæq. Ecclesiasticis in dominio Serenis. Ducis Sabaudiæ fauere, Excellentis. Senatum Pedemõtanum suo profundo iuris diuini, & humani callo, fore iudicaturum, spero, atq; etiam confido.

# Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum

## EIVDEM CELEBERRIMI,

## Et Illustrissimi V.I.Consulti, & Episcopi.

## In eadem causa Ecclesiasticę Immunitatis.

### EPITOME.

Ecclesia, eiusq; bonorum cultores nulla ratione affici possunt oneribus extraordinarijs, neq; etiam pro bonis nouiter ab ipsis quouis titulo acquisitis, idque nedum ex vi simplicis iuris communis, & canonici, verùm & ex decretis, & sancitis ab ipsismet Magistratibus aduersantibus.

SVM-

Transmissio militum ad colonos Ecclesiæ, & collectatio pro huiusmodi hospitatione est iniusta, tam pro bonis hactenus acquisitis, quàm pro denuo acquirendis, & contra ius Diuinum, & humanum; quia & indubiè excommunicationi subiecta; & & hoc vsq; ad num. 11.

11 Imponentes onera, tam indirectè, quam directè Ecclesiæ, & eius bonis faciunt contra rectam rationem, & hoc vsque ad numer. 14.

14 Ecclesiasticos colonis non deberi, nec posse collectari, communis est opinio, & sententia omnium Theologorum, Canonistarum, Summistarum, Legistarum, & quorumcumque verè sapientium.

15 Bona priuatorum, quæ solita sunt collectari, si transeant in Ecclesiam quouis modo, &c. ab omnibus, & quibuscunq; collectis immunia sunt.

16 Onus hospitandi milites, enumeratur inter extraordinaria.

17 Senatus Mediolanensis, ac ibi Magistratus aliquando iudicarunt colonos Ecclesiasticos nullo modo debere hospitari milites, nec pro illis collectari.

18 Adducuntur aduersantium oppositiones, efficacissimisq; rationibus diluuntur, & hoc vsq; ad num. 28.

28 Quomodo intelligi debeat constitutio Med. lib. 4. cap. 1. tit. ne oneribus §. oneribus taxarum, quòd bona transeant, cum onere suo, & etiam nu. 29.

30 Nulla consuetudo ascribi potest Ecclesiæ, absq; auctoritate Summi Pontificis.

31 Quomodo, & quando ad aliqua onera debeant concurrere Ecclesiastici; & hoc vsq; ad finem.

Doce

EX testamẽto diuersarum Personarum peruenerunt nonnulla Bona in RR. PP. Ven. Congregationis Clericorum Reg. S. Pauli vulgo dicti Bernabiti cum obligat. soluẽdi legata non pauca,& celebrari faciẽdi complures Missas, & officia à mortuis pro quibus bonis Syndici, & exactores Ciuitatum, & locorum in quarum territorio sita sunt dicta Bona, dictos RR. PP. teneri ad collectas, & onera, quæ laicis per æs, & libram imponuntur cõtendunt atque eorum prætextu nonnunquam fructus bonorum Ecclesiasticorum inuadũt, Militesque ad hospitandum in domibus dictorum RR. PP. fictabilium, massariorũ, & Colonorum suorum transmittũt.

1 Quæritur vtrum iusta sit ista militum transmissio, & huiusmodi collectarũ exactio pro dictis bonis,cùm alijs bonis Ecclesiæ cum incorporatis, & Ecclesiasticis effectis.

2 Celebris est circa hanc quæstionẽ onerum diuisio in realia, personalia,& mixta ex l. munerum de munerib.& honor l. fin. C. eo Panormit. in c. non minus de immunit. Eccles. Ias. in l. placet. C. de sacros. Eccles. quorum vnaquæque species subdiuiditur in ordinaria, & extraordinaria, vt cõsiderant Io. Andr. in c. non minus Bart. in l. 1. C. de vac. pub. mun. Iason. in d. l. placet. Carolus Basilicapetri in c. conuenior 23. q. 8. num. 2.

3 Si dicti Syndici,& exactores dictarum Ciuitatum,& locorum pro oneribus merè realibus, ordinarijs, certis, atq; perpetuis solutionem corã Iudice Ecclesiastico peterent, veriori quidem,ac tutiori sententiæ illius actio contraria foret, verùm magis receptæ,& vulgari opinioni saltem consona esset Quamuis enim sciã, Accursium in l. de his in fin. C. de Episc. & Cleric. & in l. placet, in verbo canonicam. C. de sacros. & Eccles. Hieronymum Albanum Cardinalem in suo tract. de immunit. Ecclesiastica tom. tract. diuers. 13. par. 2. fol. 18. Carolum Basilicam Petri Episcopum Nouariensem in d. c.

con-

conuenior nu.23.& Carolum de Graffis dè effectib.clericat. effect,3. nu. 162. & 168. quorum doctissima scripta expedit diligenter perlegere, & attentè ponderare propter auth.item nulla communitas C. de Episc. & cler. c. 1. de immu. Eccles. in 6. Bullam in Cœna Domini,& multa alia iura, pluresq; rationes bonorum, quæ ad Ecclesiam peruenerunt, immunitatem à quibuscunque oneribus, etiam merè realibus ordinarijs defendere;attamē me minimè latet,cœteros frequentiùs opinari, bona cum onere reali, ordinario, certo,& inuariabili, quale est tributum, vel census a laicis ad Ecclesiam transire, illique adhuc obnoxia remanere per c. si tributum, & c. magnum 11. quæst. 1. c. tributum 23. q.8.& similes tex. quorum varij sunt intellectus, vt licet videre apud Abbat. cons.3. lib. primo Bart. cons.180. lib.1. Ang.cons.24. & 206. Ruin. cons. 117. per tot. lib.4. Sylu. cons.32. num. 20. Surd. cons.262. num.53.& decis.20. nu.2. Bursat. cons.42.num.7. Alb. cons.8. nu.2. Galliam cons.59 num.17. vsq;ad 30.Euerard. cons.42. in fin. Bald. in l. fin. num.2. Cod. sine cens. vel reliquis. Parpal. in d.l. placet num.102.Festas.de collect.par. 4. cap.1. nu. 54. Borell. de reg. cath. præstantia cap.63. nu. 51. Sol. de iur. emphyteut. 3.par. glo.2. nu.21. Thesaur. decis.234. cum ibi Not. in additionib. Germon.de sacrorū immunitat. lib.3. cap.17.nu.78. Azor.prima part. Instituti Moral. lib.5. cap.13. quæst.1. Duard.in commentar.Bullæ Cœnæ Domini lib.2. can.18. q.6. nu.6. & 9.

4 Sed cum in hac patria vix aliquod reperiatur onus merè reale ordinarium,certum,inuariabile tributoq; simile,& nihilominus dictæ Ciuitates, & loca Præfatos patres ad solutionem onerum mixtorum, & extraordinariorum, immo, etiam quandoq; personalium, ac collectarum ferè omnium vrgeat, vt tandem à tanto errore reuocentur opere pretium erit ostendere, *eas cōtra sacros Canones, sæculares leges, etiam rationem, & receptissimam sententiam venire.*

5 Ea præmissa protestatione, quam Reu. Patres cuilibet loco, tempore, facto, atq;dicto coniunctam esse volunt, se instare, vt causæ huius decisio ad Ecclesiasticū iudicem remit-

tatur cum inhibitione interea, ne quid noui à laicis cõtra ipsos eorumq; bona, & colonos collectarum prætextu attẽtetur. Et si .n. de pietate, atq; iustitia Excell. Ducis, & aliorum minist. Reg. quam multis argumentis exploratissimam habent, minimè dubitent, timent tamen pœnas à sacris canonibus impositas clericis, qui etiam in iudicio reali conueniri coram Iudice sæculari patiuntur, aut in causa Ecclesiastica experiuntur. In hac autem de immunitate Ecclesiastica, & de bonis Ecclesiæ agitur, in qua sæcularis Iudex non est competens. Card. in clem. fin. in 6. q. de censib. Io. Ant. Niger in extrauag. vnica nu. 284. de vit. & honest. Cleric. Nam quoties Ecclesiastici tenentur ad aliquod onus debent ab Iudice Ecclesiastico duntaxat compelli Natta cons. 311. nu. 4. Surd. cons. 301. num. 35. Germon. loc. cit. nu. 53. Carol. de Graf. effect. 3. num. 296. qui plures alios congerunt, ideoq; malè nonnulli Iudices laici post generale præceptum de soluendis oneribus ad exequutionem super fructibus bonorum Ecclesiasticorum, vel contra colonos eorum procedunt.

Nũc, vt id quod mihi principaliter propositum est aggrediar, à iure Pontificio exordior, quo pluribus laici prohibentur bonis Ecclesiasticis collectas, & quæcunq; onera imponere.

6 Primò, in cap. 1. de immu. Eccles. in 6. vbi Alex. 4. expressè prohibet sæcularibus potestatibus, ne ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis taleas, vel collectas, seu exactiones quascunq; pro domibus, prædijs, vel quibuscunq; possessionibus ab eisdẽ Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis imponant, vel exigant, &c. & Bonif. 8. cap. quamquam de censib. in 6. postquam dixit, Ecclesias, Ecclesiasticasq; personas, ac res ipsarum non solùm iure humano, quin immò, & diuino à sæcularium personarum exactionibus esse immunes, innouauit constitutionem prædictam Alexandri 4. apponendo interdictum Vniuersitati, & excommunicationem singularibus personis.

7 Secundò, ex cap. non minus de immun. Eccles. & cap. aduersus

uerfus eod. tit. vbi excommunicantur ipso facto Consules ciuitatum, & quicunq; alij potestatem habentes, & fautores eorum, qui Ecclesias, Ecclesiasticas personas, bona earum, aut pauperum vsibus deputata grauant talleis, collectis, aut exactionibus, neq; ab ea excommunicatione possunt absolui, donec competenter satisfecerint.

8 Tertiò in Clem.vn. de immunit Eccles. vbi Clem.V.postquam correxit tex. in cap. clericis laicos eod.tit. firmiter statuit, quòd laici exigentes, & extorquētes à Clericis, & ab Ecclesijs taleas, seu collectas, aut exactiones quascunq; & illis consilium dantes, & auxilium vel fauorē ad præstandas subuentiones laicis, incurrant pœnas in Lateranen. & Generali Concilijs latas, &c.

9 Quartò, idem probatur (vt omittam alia iura) ex clausula 18. Bullæ Cœnæ Domini in tota Italia, & hisce Prouincijs publicatæ, vsuque receptæ cuius dispositioni nullus prætextus taciti consensus Summi Pontificis, nulla eius tollerantia, ac patientia, nulla præscriptio, etiam longissimi temporis, nulla consuetudo, etiam immemorabilis potest præiudicare, vt ipsemet Summus Pontifex quotannis eam publicando protestatur, & patet ex tenore ipsius Bullæ: habet autem Bulla hæc verba.

*Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei patris, &c. quiue collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque Sum. Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sit imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: necnon qui per se, vel alios,*

*directè vel indirectè prædicta facere, exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis ordinis, conditionis, status, &c. innouantes decreta super his per sacros Canones, tàm in Lateranensi nouissimo celebrato, quàm alijs concilijs generalibus edita etiam cùm censuris, & pœnis in eis contentis.*

Circa quam clausulam est aduertẽdum primò, in hac integram immunitatem ab oneribus distinctè, & expresè concedi, fit enim mentio collectarum, talliarum, præstantiarum, decimarum, & aliorum onerum Ecclesiasticis, & eorum bonis, ac redditibus, & prouentibus Ecclesiarum; beneficiorum, monasteriorum, &c. quod ante etiam fuerat iure statutum in cap. quamquam de censibus cit. & alibi. Secundò excommunicationem hanc subire nõ tantùm imponentes, & exigentes dicta onera, sed etiam his actionibus, quomodocunque cooperantes. Tertiò innouari per hanc clausulam superiora iura cum pœnis ibidem, positis, quod etiam fecit Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 20. de reform. ideò censuræ, & pœnæ in prædictis iuribus nunc cadunt sub strictissima reseruatione, ac si essent in Bullæ Cœnæ Domini.

10 SECVNDA PARS probari potest ex varijs iuribus sufficiant sequentia videlicet l. placet, & l. sancimus. C. de sacrosanctis Eccl. & l. 1. & 2. C. de Episc. & Cleric. & Authent. item nulla Communitas, C. eodem, quibus iuribus ab Imperatoribus Christianis sum. cum benignitate, & religione conceditur Ecclesijs, Ecclesiasticis, & eorum bonis immunitas, & exemptio à super enumeratis oneribus: & in hanc immunitatẽ iam à multis sæculis consenserunt Principes Christiani: licèt, & sum. Pontifex solus absq; Imperatorum, & Principum

pum Christianorum consensu per potestatem; quam habet ad temporalia iuxta spiritualium exigentiam, hāc exemptionem concedere potuerit. Sot. in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. Couar. in pract. qq. cap. 31. concl. 3. num. 3. & 4. Azor. 3. part. lib. 5. cap. 19. q. 2. post. alios, & Less. de iust. lib. 2. cap. 33. num. 36. prout eam pluribus constitutionibus concessit, ac grauissimis pœnis, & censuris muniuit Innoc. in c. si quis de maiorit. & obed. Molina tract. 2. de iust. disp. 31. §. tertia verò pars & alij.

11 CONTRA RECTAM RATIONEM facere laicos imponentes onera bonis Ecclesiæ probatur primo quia contra rationem est, vt onera imponantur his, in quos imponentes non habent iurisdictionem, at in Ecclesiasticos, eorumque res laici iurisdictionem non habent, cap. quamquam de censib. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vbi not. omnes de constit. cap. statuimus 11. q. 1. Auth. sancimus C. de Episcopis, & Cler. Afflict. decis. 2. num. 25. Viui decis. 49. num. 3. Germon. de sacros. immunit. cap. 5. per tot Hondcd. cons. 3. num. 21. lib. 1.

12 Secundò probatur, quia est contra rectam rationem immò sacrilegium ab Ecclesia, vel à ministris eius auferre, quod eis cum benignitate, & religione donatum, & concessum est. c. nulli liceat, & c. prædia 12. q. 2. cap. conquestus de fot. competat per collectas, & exactiones prædictas ab Ecclesia, & ministris eius aufertur immunitas ipsis concessa, in quam Principes Christiani consenserūt, & in cuius possessione Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ multis sęculis consensu totius orbis Christiani permanserunt, & positæ sunt, & quod magis vrget in eius violatores grauissimis censuris, & aliis pœnis Sum. Pontifices, & Concilia Generalia (quæ sup. Principes sunt) animaduerterunt.

13 Tertiò probatur, quia contra rectam rationē est, vt quod est Deo dicatum, quod est Sanctum Sanctorum, quod spectat ad ius sacerdotū, prophanis vsibus applicetur. cap. mancipia de rerum permutat. & cap. nulli liceat 12. q. 2. at quod est donatum Ecclesiæ, aut Collegio Clericorum, est Deo di-

catum, effectum est Sanctum Sanctorum; spectat at ius Sacerdotum, cit. iuribus mancipia, & nulli liceat, & l.quæ religiosis ff. rerum vindic. & sequitur conditionem personæ cui donatur, & qualitas noui possessoris consideratur l. 1. in fin. C. de impon. lucrat. desdrip. lib. 11. & notant communiter DD. Abbas cap. insolitæ num. 3. de maiorit. & ibid. Innoc. in cap. verum de for. compet. §. sed nos.Oldrad. cons. 83. num.3. & 4. Balb, suo cons. post decis.68. Osasc. num.4. Roland à Vall. vol.4. cons.61. nu.6. Albert. Brun. cons. 91. nu. 4. & 5. & cons.94. nu.2. & alij ab ijs citati,& confirmatur ex argum. à contrario: si Ecclesia, quæ non soluit decimas vendat prædium alteri non priuilegiato, hic decimas soluet cap. à nobis de decim. item si res Ecclesiæ immunis alienetur, & fiat prophana vtique onera subibit Glos. penult. in cap.generaliter 16. q. 1. cur ergo si ex prophana fiat religiosa, Deo dicata, & c. non euadet immunis?

14 PROPTER SVPRADICTA, & alia quæ ex infra citandis DD. possent, colligi hanc sententiam communiter amplectuntur Theologi, Canonistæ, Summistæ, & Legistæ.

Ex Theologis Sot. supra concl.5. Bannes 22. quæst.67. ar. 1. Sair. lib. 3. Thes. cap.22. n.9. & cap.34. nu.3. Azor. par. 1. instit. moral. lib. 5. c. 12. quæst. 2. & par. 3. lib. 5. cap. 19. q. 8. Molin. tom, 3. de iust. disp. 670. num. 2. Less. lib. 2. cap. 33. dub. 3. Comitol. resp. moral. lib. 1. q. 94. nu. 3. Reginal. lib. 9. nu. 380. Duard. comment. Bullæ Cœnæ Domini lib. 2. can. 18. quæst. 5. & 6. Bonac. de contract. disp. 2. quæst. 9. part. 2. numer. 2.

Ex Canonistis Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ cit. num. 76. Io. Andr. Geminia. Franc. in c. 1. de immu. Eccles. in 6. Panormit. in cap. fin. de vit. & hon. Cler. nu. 12. Ioa. de Ligna. in Clem. præsenti de immu. Eccles. Hostiens. in sum. tit. eod. §. à quibus vers. verum etiam personalia Speculat. 3. par. de Cler. coniug. nu. 3. Calderin cons. 18. de regularib. Thesaur. for. Eccles. par. 1. c. 14. nu. 28. Vgol. super claus. 18. Bullæ, & alij plures.

Ex summistis Silu. u. excommunicatio 9. nu. 13. Angel. u.

immu-

immunitas nu.37.verſ.ſed dubitatur Tabiena. u. excommunicatio 5. caſ. 18. Sebaſt. Medic. in ſum. peccat. mort. titul. 9. quæſt. 78. numer. 85. & 188. Tolet. lib. 1. ſum. cap. 29. Nauar. in Manu. cap. 17. nu. 202. & cap. 27. num. 115. Quarranta in ſum. bull. u. vectigal. in additione in princip. & ampliat p. & 6. & alij.

Ex legiſtis Bald. conſ. 180. ſeipſum retractans in eo, quod dixerat in l. reſcripto §. ſciendum ff. de muner. & honor. & in l. placet cit. & ibidem Iaſõ. & Parpal. nu. 25. Trentacinq. reſolut. 2. nu. 7. Alber. Brun. cõnſ. 91. nu. 4. & conſ. 94. nu. 2. Bertazzol. tract. clauſul. inſtru. clauſ. 21. Gloſ. 9. nu. 2. Rolãd. à Val. vol. 4. conſ. 12. nu. 61. & cõſ. 61. nu. 6. Surd. conſ. 301. nu. 63. 64. & vol. 3. Gallia cõſ. 59. nu. 1. & nu. 12. & ſeq. multos referẽns. Cardinal. Alban. tract. de immunit. Eccleſ. Alex. conſ. 68. nu. 2. Capram reg. 99. nu. 13. Burſat. cõſ. 42. nu. 7. Bellõ. cõſ. 40. nu. 3. Remig. tract. de charit. ſubſid. q. 66. Ludou. Catt. conſ. 740. nu. 12. & alios Velaſc. deciſ. 100. nu. 9. Balbus in cõſ. ſuo ſupra allegato nu. 1. Theſau. deciſ. 234. allegans plures nu. 2. Ruin. conſ. 117. lib. 4. Angel. conſ. 24. Feſtas de collect. par. 4. cap. 3. nu. 1. & alios Natta cõſ. 203. nu. 1. & 9. Berous lib. 1. conſ. 31. nu. 12. & ſeq. Trottus Senator Mediolan. in ſuo conſ. de materia ſimilis caſus. Carolus de Graſſis in tract. de effect. cleric. nu. 3. 162. & 168. Illuſtriſſimus D. Archiepiſcopus Germon. de ſacroſ. immu. lib. 3. c. 17. nu. 65. & alij quàm plures quos longum eſſet referre ſentientes eo ipſo, quod bona fiunt militantium Deo, gaudere immunitatis priuilegio: & ſic bona priuatorum, quæ ſolita erant collectari, ſi trãſeãt in Eccleſiam, ſiue donatione, ſiue legato, ſiue emptione, ſiue alia via, fieri immunia à collectis, taleis exactionibus, & cæteris oneribus variabilibus, & incertis; quæ iuxta occurrentes occaſiones imponi ſolẽt, ſiue perſonis pro rebus indicantur, ſiue rebus ipſis.

Et hoc adeo pro conſtanti habent multi DD. vt dicãt eſſe verum omni iure videlicet Diuino, Canonico, & Ciuili, Balb. cõſ. cit. num. 1. Card. Alb. apud Galliam alleg. cõ. num. primo, immo naturali iure niti hãc immunitatem, & ideo Prin-

 cipes

cipes nō tam hanc concessisse, ac donasse Clericis, & Ecclesijs, quàm persoluisse, quod eis debebatur, vti iuri naturali consentaneum. Caroll a Basilica Petri in cap. conuenior 23. q.8. nu. 22. hinc infertur etiamsi ab immunitate Ecclesiastica excepta essent (quod tamen non concedo) onera merè realia ordinaria, nihilominus Patres præseruandos esse immunes ab hospitatione militum à collectis occasione dictæ hospitationis impositis, à sumptibus, qui fiunt pro militibus, aut pro mittendis (vt dicunt) guastatoribus ad exercitum, item ab omnibus, quæ imponuntur occasione salarij medicorum, oratoris, prætoris, & cæterorum officialium, & ab alijs similibus extraordinarijs, aut personalibus, aut mixtis, aut realibus incertis, & variabilibus, quæ omnia colliguntur apertè ex Authen. item nulla Communitas cit. & ex iuribus, & doctrinis supra allegatis, præsertim cum distribuantur super æstimo, cum alijs extraordinarijs impositionibus, vnde apertissimum indicium colligitur omnia esse extraordinaria Corne. cōs. 24. lib. 3. Trott. cōs. alleg. & alij, & in specie one-
16 ra, quę imponūtur ob hospitationem militum, inter extraordinaria cōnumerāt. Iason. d. l. placet 2. notab. Pompill. ibid. num. 105. Natta cons. 280. Trot. d. cōs. & optimè Gall. num. 70. & alij, & ab his oneribus hospitationis militum omnino excusandos esse Ecclesiasticos, præter superdicta deducitur ex l. 1. C. de episc. & cler. & ex glos. ibid. in 3. solut. Carol. de Grass. d. effect. 3. nu. 122. & 126. cum qua trāseūt, & idem tenuerūt Bartol. & Ioa. de Plat. in l. qui immunitatem, C. de oneribus patrimonial. lib. 10. Iason. in d. l. placet in vtraq; lectura in secundo notabili. Carol. de Grass. d. effec. 3. nu. 122. & 126. & alij quos sequitur Gallia nu. 70. & seq.
17 Iuxta hanc sentētiam tot iuribus expressam à tot, tātisque DD. approbatam, ac grauissimis rationibus cōfirmatam, solent suprema Tribunalia iudicare fauore Ecclesiarum, & ecclesiasticorum, sic (vt omittam tribunalia Ecclesiastica) Senatus Mediolani, vt testatur Plot. ad cōs. Martini Garrati 63. nu. 13. & 14. apud Gall. d. cōs. 59. nu. 94. sic Senatus Casalis Mōtisferrati, sic Magistratus, tam ordinarius, quàm extraordina-

dinarius Mediolani, cuius ordinationes plures iuxta hanc veritatem extant apud dictos Patres.

18 Et non obstant l. ad institutiones l. iubemus l. neminem C. de sacrosanctis Ecclesijs, & alia iura ciuilia in quibus aliqua ex parte contrarium statuitur, quia

19 Resp. quòd cum lex posterior tollat priorem contrariam cap. 1. de cognatione spiritu. hæ leges antiquæ, & aliæ huiusmodi priores fuerunt correctę per legem posteriorē. Auth. item nulla communitas citatam supra, quæ fuit à Friderico Imperatore promulgata post editum Codicē Iustinianianis circiter 600. & postea in Codicē relata ad studiosorum commodum, vt benè obseruat Carol. à Basilicapetri in cit. cap. conuenior nu. 15. & ante ipsum Glos. in l. placet, ff. Canonicam, quam referūt Bartolus, & Bald. in ipsius legis commentarijs, & Bartol. in cons. 180. cit. dixit Ecclesiam ad nulla onera teneri ex l. Friderici, quos sequitur Carol. de Gras. d. effect. 3. num. 162. & 168 item fuerunt correctæ per leges, & constitutiones Pōtificias supra relatas præsertim per cap. non minus, & per clausulā 18. Bullæ Cœnæ, & nulli dubium esse debet quin potuerit hoc fieri cap. Ecclesia Sanctæ Marię cit. & cap. 1. de noui operis nunciat. Silu. u. immunitas 1. nu. 20. ex communi opinione, & Ioan. Andr. relatus, & approbatus ab Abb. in cap. non minus num. 7. & in cap. peruenit de immunit. Eccles. dicens nullam legem digestorum, aut Codicis, aut Authenticorum posse in hoc genere Ecclesias, cogere, & approbat Basilicapetri sup. num. 4. & 14.

20 Nec refragatur, quòd Cōmunitates dictarum Ciuitatum, & locorum antequam bona prædicta ad manus dictorum PP. peruenerint, poterant iuxta occurrentes occasiones ratione eorum imponere collectas, & alia onera eorum possessori, nam

21 Respondetur Communitates eo ipso, quòd bona trāseūt ad personas fruentes immunitate amittere ius, quod habebat imponendi dicta onera, quia mutata persona possessoris, mutata est cōditio rei, & attenditur qualitas noui possessoris, vt supra diximus, quod potest hic etiam breuiter confirma-

firmari, quia cum obligatio prædicta onera soluendi oriatur tempore, quo imponuntur, & non priùs; Speculat. Ruin. Brun. Trentacinq. Rol. à Valle locis supra cit. & alij, & tunc illa bona sint pœnes religiosos immunes, vtique ratione eorũ nulla imponi poterũt onera ideo, bene dixit Osasc. decis. 136. nu. 2. post Bartol. Bald. Alex. Ias. Cynum, Imolam, Ruinum Abbatem, Nattam, & alios ibidem alleg. immunitatem ab antiquo concessam extendit ad bona postea quæsita, & cum hac sententia transiuisse Senatum hunc Excellentissimum Mediolani.

23 Nec vrget, quod æquitas nõ patiatur, quia prædicta bona in Religiosos translata sunt, laicos grauari illis oneribus quibus subijcebatur præcedẽs eorum possessor, cum nolit Princeps detrahi Fisco, quod Religiosis remittitur, ergo tenentur illa soluere quia.

23 Respondetur primò, verum esse per accidens grauari laicos in temporalibus, & multos his temporibus dignos esse, vt eorum misereamur: at inde non sequi Religiosos teneri illa soluere, nec est contra æquitatem Ecclesiastica immunitas, cum laici ab Ecclesiasticis multa, & egregia beneficia percipiãt ex cõcionibus, orationibus, sacrificijs, & sacramẽtorum administratione, & alijs fũctionibus spiritualib. quod agnoscentes Constãtinus, & Cõstans Religiosissimi Imperatores vt refertur cap. in qualibet 23. quæst. 8. dixerunt; *Scientes magis religionibus, quam officijs, & labore corporis, vel sudore nostram Rempublicam contineri &c.* & certum sit æqualitatem inter duo genera personarum diuersa nõ considerari, qualia sũt genera Clericorum, & Laicorum, nam sicut illorum ab istis lõgè diuersa est vita, ita nec pares, nec similes sunt prærogatiuę cap. duo sunt genera 12. quæst. 1. Eccles. num. 87. & natura atque effectus est cuiuscũque priuilegij, vt aliquid speciale priuilegiatis tribuat contra ius, quo alij communiter vtũtur, nec propterea priuilegium dicitur contra æquitatem, Cap. Abbate; de verb; signif. l. vn. C. de Thesau. lib. 10. l. ius singulariter ff. de legibus Francisc. Lucan. de priuileg. fisci in princip.

24 Respondetur secundò, bona Ecclesiastica habere sua onera, quæ à Sum. Pontifice indicuntur: scimus Sum. Pontificem sæpè exigere decimas ex omnibus redditibus Ecclesiarum, Monasteriorum, etiam cum non leui Ecclesiasticorum onere cur ergo duplici onere sunt grauandi Ecclesiastici?

25 Non obstat etiam Noua Const. Dominij Mediolani, altera sub titul. de pœnis §. Collegis, ne bona alienentur in non subditum dicto Dominio, altera sub tit. de onerib. statuens vt Bona in quemcunque, etiam exemptum perueniāt, transeant cum onere suo.

26 Respondetur .n. primo, quòd hunc casum in terminis proponunt Azor. & Duard. locis supra allegat. & respondent huiusmodi statutis non comprehendi Ecclesias, aut Ecclesiasticos, ad quos Bona iam dictis oneribus obnoxia transierint, & ex communi sententia probant. Panormit in cap. non minus cit. Iaso. & Bald. in l. placet cit. Bartol. d. cons. 180. Andr. Gemin. in cap. fin. de immunit. Eccles. sicut etiam fusè, & benè probat Gall. cons. dicto 69. num. 80. & Surd. d. cons. 301. à num. 14. &c. & Silu. u. immunitas 2. quæst. 7. num. 6. nec est præsumendum statientes in illa generalitate verborum voluisse contineri Ecclesias, ac Ecclesiasticos in quos iurisdictionem non habent, vt per DD. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ cit. sup. communiter traditur.

27 Respondetur secundò, illas Const. seu statuta non loqui de Ecclesiasticis, vt ibi videri potest; quare, immunitati Ecclesiasticæ non officiunt talia statuta, sicut nec officit, quòd dicta bona sint allibrata, & registrata Osas. decis. 136. cit. n. 2. vbi dicit esse receptissimam sententiam, immunitatem ad bona allibrata extendi per DD. ibidem cit. & per rationem supra allatam, vid. quia mutatione personæ in collectis mutatur conditio rei, & hanc sequitur Thesau. d. decis. 234. nu. 7. & habet Gall. num. 30. addo hoc censeri adeo verum, vt multi DD. velint, qđ si bona cathastrata, & allibrata ad Ecclesias, aut Ecclesiasticos peruenerint, debeant à cathastro, & registro eximi, & tolli. Balb. in suo cons. cit. num. 24. Gall. num. 14. & 39. vbi cit. multis, dicit cum hac sententia transi-

re communiter Canonistas, & Legistas.

28 Illud verò vulgatum axioma, bona cum onere transire ex cap. ex litteris de pignor. &c. si quis laicus 16. q. 1 & similibus locis deductum, Doctores communi calculo limitant, vt locum habeat dumtaxat in onere merè reali, tribus tamen qualitatibus concurrentibus videlicet, vt illud sit ordinarium, certum, & vniforme. Admittunt autem non procedere in onore mixto, nec in reali extraordinario, nec in incerto, minùs in variabili; quoniam primi illius generis onus, rei ab initio impositum censetur, & consequenter eo tempore, quo seculari potestati res subiecta erat posterioris autem generis onus, aut personam exemptam aliquo modo tangit, aut formatur in tempore, quo res laicorum iurisdictioni amplius non subijcitur Bart. d. cons. 180. in fin. Specul. tit. de Cler. congrua nu. 12. Ruin. d. cons. 117. per totum vol. 4. Thesaur. decis. 234. nu. 5. & 7. Bald. in cons. post. decis. Osas. 68. nu. 11. & seq. Niger. in d. Clem. vn num. 238. & 248. cum seq. de vit. & honest. clericor.

29 Sed, & idem axioma minimè difficultatē facit Albo. Carol. à Basilica Petri, & alijs, qui etiam ab onere prioris generis res Ecclesiasticas immunes esse defendunt, quoniam recte respondent non ex facto rem transferentis, sed ex priuilegio recipientis onus cessare, fert, enim res onus donec legitimè non aufertur. Nam cùm ipsa ad Ecclesiam venit, habet ius, & priuilegium obuium, quod contra ipsum onus rationabiliter introductum est, idque grauiori auctoritate, quam Principis cuiusuis secularis, ideòq; mutato rei statu, quæ ex prophana sit facta, iam sublatum est onus.

Hanc considerationem cùm omnes Doctores passim approbent in argo, in quo Ecclesia constructa est, in manso, & in horto Ecclesiæ per c. secundū Canonicam, &c. sancitum 23. q. 8. cur non eandem recipiunt, vt onus merè reale, à quibuscunque Ecclesiasticis bonis reijciant, postquam in omnibus eadem viget ratio, quod omnia Deo dicata sunt, vt acutissimè, & diffusè probant Cardinalis Alban. de tract. de immu. Eccles. nu. 23. vsque ad 33. & Carol. à Basilicapetri in

d. cap.

d. cap. cõuenior nu. 23. versic. videamus.) Apud quos etiam inuestiganda est vera interpretatio canonis ; tributum. c. magnum c. tributum. 23. q. 8. & aliorum locorum iuris Pontificij, ex quibus plerique conantur deducere, rem tributo obnoxiam transire ad Ecclesiam cum eodem onere merè reali, Albanus enim, & Basilica petri dilucidè probat non aliud ex ijs locis colligi, quam aliquando fuisse tributum solutum ad euitandum scandalum; vel non fuisse negatum, vbi de facto per quandam violentiam exigebatur.

Prædicti quoque ostẽdũt lõgè diuersam esse rationẽ oneris, quod à domino proprijs bonis impositum est per cõtractum, vel vltimam voluntatem, & oneris, quod rebus alienis Princeps imposuit, dum suæ iurisdictioni subiectæ erant, à qua statim exemptæ remanẽt, vbi ad Ecclesiam trãsferũtur, & consequenter deficiente oneris causa onus cessare oportet. Quæ quidem pluribus cõfirmarem, nisi animaduerterem in Prouincia hac Mediol. nullum ferè onus merè reale, & inuariabile reperiri. Taxus enim, quem aliqui pro reali habent, nec merè reale esse, nec inuariabile cognoscet quisquis causam formamque ipsius primariæ impositionis, modum soluendi Principali edicto præscriptum, atque augumentum considerabit.

Nec obijciat quisquam dictas Ciuitates, & loca aliquãdo forsitã exigisse à dictis Patribus prædicta onera, & trãsmisisse, etiam milites ad hospitandum in eorum Domibus, & Capsinis in aliquo loco, vbi possident bona, & ideo dictas Ciuitates, & loca esse in consuetudine, & quasi possessione, prædicta onera ab eis exigendi, Militesque ad eorum Domos, & Capsinas transmittendi, & patres recusare non posse, cum in huiusmodi onerum solutione maximè attẽdatur consuetudo Dec. lib. 1. cons. 14. num. 45. Ludou. in suis coment tit. de. consuet. illat. 109. Niger in d. Clem. vn. num. 274. cum seqq.

Nam Respondetur primò, quòd si Patres forsitan soluissent aliquid tempore vrgẽtis Belli, vel admisissent Milites ad hospitandum in eorum domibus, hoc coactos, & cum pro-

testatione fecisse, ad vitandum maius malum, statimq; recursum habuisse, ad superiores, à quibus etiam semper opportuna remedia reportarunt, quæ effectum suum sortita sunt vt Notorium est.

Secundò, dato quòd soluissent sine protestatione, etiam spontè, quod tamen non est præsumendum per ea, quæ tradit Rolan. à Vall. vol. 3. cons. 13. num. 50. hoc preiudicari non potest eorum immunitati, cui cum sit toti Collegio Ecclesiastico concessa, non possunt vlla ratione renuntiare l. ius publicum ff. de pactis, & cap. si diligenti de for. compet. & expressiùs extrauaga. quod olim de immunit. Eccles. inter com.

30 Tertiò, non potest introduci cõsuetudo cõtra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, absque Summi Pontificis auctoritate Auth. Cassa. C. de sacros. Eccles. cap. quãquam, & cap. non minus supr. alleg. vbi talis consuetudo vocatur corruptela, & proinde subsistere non potest Molina tract. 2. disp. 672. in fin. Carol. de Grass. d. effect. 3. num. 110. nec iuuat possessio abusiua, quæ contra prohibitiones Põtificias vsurpata proponitur c. vlt. in fin. de restitut. spol. lib. 6. Gratian. discept. for. c. 16. nu. 14. præsertim cum eiusmodi consuetudini derogetur ex clarissimis verbis in Bulla Cœnæ. Declarantes, quo in loco Sum. Pontifex habet hæc verba.

*Declarantes, & protestantes, & per patientiam, & tollerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunq; tempore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis.*

Inter quæ est clausula 18. super relata *nullatenus præiudicari* posse, aut debere, ex quo apertè sequitur dictas Ciuitates, & loca, earumq; Syndicos, & exactores cogendo dictos Patres ad dictorum onerum solutionem, Militesq; transmittendo ad hospitandum in eorum Domibus contra libertatem Ecclesiasticam, grauiter deliquisse, & ad restitutionẽ indebitè per-

perceptorum, damnorumque per ipsos passorum esse condemnandos.

31 Si quis verò proponat æquum, imò iustum esse, vt pro oneribus occasione belli, vel alterius necessitatis grauis impositis Ecclesiastici, cum laicis concurrant. Thesaur. dicta decis. 234. nu. 10. ex Calderino, & Osasc. & onera, quæ regulariter imponuntur à dictis Ciuitatibus, & locis sunt ob debita occasione belli contracta, eaque loca, & Ciuitates graui vrgeri necessitate.

Respondetur adhoc, vt Ecclesia, seu Ecclesiastici teneantur ad onera, quæ imponuntur ratione belli, vel alterius necessitatis plura scilicet debent concurrere.

Primò, quòd adsit magna necessitas.

Secundò, communis necessitas, vel vtilitas.

Tertiò, quòd ad huiusmodi onera nō sufficiant laici, quia Clerici, & Ecclesiæ solum tenentur in subsidium, cum laicis contribuere, vbi laicorum non suppetunt facultates, iuribus citatis cap. non minus cap. aduersus, & clariùs in extrauag. quod olim.

Quartò, quòd ad hoc onus imponēdum totus Clerus vocetur, vt consentiat, nam quod omnes tangit ab omnibus approbari debet, cap. quod omnes de regul. iur. in 6. & hoc requisitum habetur cap. aduersus, ibi, verum si forte Episcopus, &c.

Quintò, quòd imponatur Sum. Pontifice consulto, quia ita expresè habetur in claus. 18. Bull. cit. & antea fuerat statutum in Concil. Later. ea aduersus, & ita sentit Osasc. decis. alleg. 68. nu. 28. cui se remittit Thesaurus, & habent omnes Bullæ expositores, aliter facientes in excommunicationem dictæ Bullæ incidunt.

Sextò, quòd Ecclesia, & Ecclesiastici ad talia onera soluenda à suo Ecclesiastico superiore cogantur, & non à potestate laica. hec requisita singillatim, & apertè probat etiam Berous d. cons. 31. à nu. 13. & seq. ex varijs iuribus, & recēset, & approbat Gall. n. 55. Carol. de Graff. d. effect. 3. num. 224. vsq; ad 248. & alij, quos ipsi congerunt.

Quan-

Quando tamen necessitas esset tanta, adeoq; vrgens, vt absq; periculo communis boni, ac scãdali expectari, nõ posset responsum Sum Pontificis, posset Episcopus, & Clerus ipso inconsulto subsidium conferre, & contribuere. Less. nu. 26. Duard. q. 3. nu. 2. Silu. u. immunitas 1. num. 20. Abbas in cap. non minus nu. 19. verùm dicti Ciuitates, & loca non ea vrgentur, aut premuntur necessitate, vt aliter prouideri non possit, nisi etiam Regulares exempti, onera cum laicis soluant.

Sed dato etiam, quòd tanta adesset necessitas (quod Deus auertat) vt hoc postularet æquitas, ab Pietas, non adeo distãt dictæ Ciuitates, & loca à Curia Romana, vt facile non possit recursus haberi, sicut iura Ecclesiastica disponunt, ad Sum. Pontificem, qui in tali casu, quod expediens in Domino visum fuerit, præstabit.

Addo, Patres pred. etiam posita supradicta necessitate rebus sic stãtibus non teneri, nec vlla ratione cogi de iure posse ad subleuandam huiusmodi necessitatem, quia (vt non minùs rationabiliter, quàm piè, & religiosè docet, & probat Balb. in suo cons. pluries alleg. nu. 12. & 13. per tex. apertum in cap. statuto. §. vbi autem de decimis, & per alia iura ibidem citata) in taxatione summæ, pro qua deberent Patres contribuere ratione dictorum bonorum, extrahenda essent in primis necessaria ad congruam sustentationem Religiosorum in Collegio degentium, qui Ecclesiasticis functionibus ad cultum Dei, & animarum salutem spectantibus operam dare solent: de eo postea quod superest, soluenda essent onera: at tantum abest, vt in fine anni patribus remaneat, ac supersit, quod possit in dictorum onerum solutionem impedi, vt potius quotãnis æs alienum contrahant, & immobilia etiam alienent, vt ipsimet Ciuitates, & loca bene scire possunt.

32 Preterea animaduertendum est generaliter Ecclesiasticos non teneri contribuere ad onera, quæ per se, & immediatè pertinent ad commune, & publicum bonum, remotè verò, mediatè, & per quandam consequentiam ad Ecclesiam, Ecclesia-

clesiasticasq; personas, quatenus videlicet sunt Communitatis partes, & membra, quæ omnino gaudere debent ijs bonis, quibus cœtera membra, Panormit. in ca. non minus cit. Silu. cum communi sententia u. immunitas pr. num. 20. Tabiena u. excommunicatio 5. casu 18 §. secundo. Nauarr. in Manu. cap. 27. n. 115. Quaranta, u. vectigal. prope finem. Azorius post multos instit. Moral tom. p. lib. 5. ca. 19. q. 10. Molina tracta. 2. disp. 672. Less. l. sup. cit. dub. 3. Bona. de contract. disp. 2. quæst. 9. p. 2. num. 3. & alij quàm plures, & ratio etiam id suadet, quia si in his tenerentur Ecclesiastici; cum laicis concurrere, adeo angustum esset Clericorum priuilegium, adeo exigua immunitas, & libertas Ecclesiastica, vt ferè nulla esset, quo ad onera huiusmodi, cum hæc omnia regulariter soluãtur in bonum illo modo commune, vz in cõseruationem, defensionem, splendorem, augumentum, &c. Ciuitatis, & locorum. hinc fit vt non teneantur Clerici contribuere ad expensas, quæ fiunt pro refectione murorum, pro constructione arcis, pro mundando, vel aperiendo publico puteo, & similibus.

Secus tamen esse dicendũ de sumptibus, qui fiunt ratione eorum, quæ ex propinquo, immediatè, & directè respiciunt Ecclesiam, vel Ecclesiasticos, aut eorum bona, non enim par esse videtur, vt laici priuatis commodis Ecclesiasticorũ cum suo detrimento inseruiant, cum potiùs ius naturale dictet. vt qui proximè, & directè commodum sentit consequenter debeat incomodum, & onus sentire. ita DD. citati, hinc, sequitur Clericos concurrere debere ad constructionẽ aquæductus necessarij, pro irrigandis agris, tam Clericorũ, quàm Laicorum, ad sternendam lapidibus viam, quæ est ante eorum ianuas, vt Mol. loc. cit. declarat.

Eo tamen casu, quo contribuere debent Ecclesiastici, aut spontè contribuunt, aut à Iudice Ecclesiastico compelluntur, nam cogi nõ possunt à Iudice sæculari, quamuis de onere merè, reali tractaretur Surd. alleg. cons. 3c1. nu. 35. Gratian. discep. for. cap. 16. num. 21. & 25. vbi dicit nec esse cogendos colonos Ecclesiasticorum, vt pro ipsis censum soluãt.

Quare apertissimum iam est Syndicos, seu exactores, & officiales dictarum Ciuitatum,& locorum non posse per Iudices sęculares cogere RR. Clericos Sancti Pauli ad solutionem collectarum, nec ad eas Ecclesiasticos teneri: neque audiendos esse laicos, dum proponunt se velle probare esse in antiqua possessione exigēdi pro bonis in æstimo descriptis antequam ad Ecclesiam peruenirent: verùm potius esse admonendos, vt indebitè exactas pecunias,si eorum facultates suppetunt, ipsis Clericis restituant, atq; viros doctrina,& religione præstantes consulant pro salute animarum, quæ in magno periculo versantur propter excommunicationem contra quoscunque imponentes, vel exigentes collectas bonis Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum impositas,vel ijsdem consilium, aut auxilium dantes a Summ. Pontificibus promulgatam. Hæc tamen omnia, quæ veritati consona mihi videntur cuiuslibet melius sentientis censuræ, & præsertim Sanctæ Matris Ecclesiæ correctioni subijcio.

*D. Isidorus Clericus Regularis S. Pauli.*

Cele-

# Celeberrimi, ac inter insigniores, magniq; nominis recentiores Theologos Scriptores Primarij.

## F. IOANNIS PAVLI NAZARII CREMONENSIS

Ord. Præd. Sac. Theol. Magistri:

Necnon Collegij Theologorum Vniuersitatis Bononiensis Doctoris Egregij, Moderatorisq; Studij Generalis Conuentus S. Dominici eiusdem Ciuitatis Eruditissimi.

## Perillustre Consilium, seu Responsum Decisiuum.

## Pro Ecclesiastica libertate, & Immunitate

*In Causa Successionis.*

EPITOME.

Statuta laicorum prohibentia successionem bonorum, *vt est Med. vol. 1. cap. 484. §. Illa persona; & Mutinense Rub. 152. lib. 2. & alia his similia, &c.* nullo modo afficere possunt Ecclesiasticas personas, seu Monasteria capacia bonorum, tam de iure, quàm ex priuilegio; quin succedere iure possint, &c.

## SUMMARIUM.

1 Adducuntur rationes argumentatiuo modo contra veritatem,
2 & diluuntur in num. 10. & 13.
3 Monasteria capacia bonorum in commune ex iure communi, & ex diuersorum Pontificum Priuilegijs succedere possunt in hæreditatem bonorum obuenientium fratribus in illis professis.
4 Religiosus professus in Religione capaci bonorum succedere potest in hæreditatem, ac si professus non esset.
5 Validis rationibus probatur Religiosos non esse ab hæreditate excludendos.
6 Laicalis potestas nullo modo afficere potest Ecclesiasticas personas.
7 Auctoritas Summi Pontificis, vbiq; terrarum se extendit, tam ad spiritualia secundùm se, quàm ad temporalia, quatenus ad spiritualia diriguntur.
8 Statuta probibentia Religiosis successionem bonorum sunt contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ, tam quod sint directè, quàm indirectè contra illam.
9 Libertas Ecclesiastica comprehendit omne id, in quo Ecclesia non subijcitur, aut arctatur, quodcunq; sit illud.
10 Dirimitur vis argumenti allati in primo numero pro parte affirmatiua.
11 Imperialis auctoritas non potest abolere decreta Imperialia à Summis Pontificibus, & generalibus concilijs acceptata, & per eorum specialia decreta roborata.
12 Totus orbis terræ consensit in exemptionem, & Priuilegia personis Ecclesiasticis ab Imperatoribus collata; etiam iuxta doctrinam Bartoli
13 Dirimitur uis secundi argumenti allati in secundo numero pro parte affirmatiua.
14 Legibus Pontificibus, & Imperialibus inter se controuertentibus, quomodo non Pontificia, sed Imperiales sint abolendæ.
15 Ad laicum Principem nullo modo spectat ordinare temporalia ad spiritualia.

VE-

QVærentibus: An inter alia consimilia statuta Statutum Mutinense de successione in bonis ingredientium Monasterium, Rub. 132. lib. 2. obstet Monasterio S. Dominici de Mutina, quin ex persona Fratrum Michaelis Angeli, & Virginij de Catis possit succedere eorum consanguineis defunctis ab intestato post eorum ingressum, & professionem Religionis, cum dicti Fratres, nec ante ingressum, nec ante Professionem vllam fecerint renunciationem, aut dispositionem.

1 Videtur respondendũ esse affirmatiuè. Primo, per aperta verba dicti Statuti, in quo ita cauetur: Quoniam, vt pluriès in præcedentibus nostris Statutis clarissimè expressum fuit, intentionis nostræ est, conseruare agnationem opulentam; cum in hoc summopere versetur fauor publicus; ideo sancimus, quòd omnia bona, & iura, etiam in spe probabili existentia cuiuslibet volentis ingredi Religionem, si sequatur ingressus, & Religionis Professio, intelligantur, & sint ipso iure ante eius ingressum translata in personam illorum, vel illius, qui de iure communi, vel ex forma Statutorum nostrorum ab intestato succederent, nisi ante Religionis primum ingressum, ipse ingrediens aliter de bonis, & iuribus suis legitimè disposuerit, &c. Sed prædicti Fratres ante primum ingressum Religionis de bonis, & iuribus suis legitimè non disposuerunt; ergo virtute dicti Statuti deneganda est Monasterio supradicta successio, de qua quæritur, &c.

2 Secundò, quia, & si Monasterium ex Priuilegijs à Sum. Pontificibus concessis Religioni Dominicanæ, & alijs valeat qualecunque hæreditates, & quæcũque bona ratione successionis Professis Fratribus prouenientes, & obuenientia, liberè petere, ac licitè retinere, ac si in sæculo remãsissent, vt patet ex Priuil. Clem. IV. & ex alijs, attamen hæc nõ habent locum in Ciuitate, & Dominio Mutinensi, nam Statutum affi-

cit Laicum, qui ingreditur, non Religiosum, & Sum. Pôtif. in tali Ciuitate, & dominio nõ habet iurisdictionem temporalem, sed spiritualem tantùm, & ob hoc talia Priuilegia in gratiam Ecclesiasticorũ in huiusmodi Dominijs nullam habent subsistentiam, &c. cum tangant temporalia, super quæ Summus Pontif. non habet dispositionem, &c.

3 Pro veritate tamen, & pro tutiori conscientia contraria opinio tenenda est; Proinde indubiè primò dicendum venit Conuentum, eorum Regularium, quibus in communi licet habere bona stabilia, ius etiam habere successionis in bonis eorum Religiosorum, qui ante ingressum Religionis, vel ante Professionem nihil de illis disposuerunt; vt. s. Conuentus in eorum personis bona iusto aliquo titulo ad eos, etiam post emissam Professionem pertinentia possideat.

Conclusionem hãc, vt veritatem indubitatam sequuntur communissimè Doctores omnes, tam legum Ciuiliũ, quàm Ecclesiasticarum, & sacræ Theologiæ Professores: Nam §. *si qua mulier. Auth. de sanctissimis Episcop. & §. illud quoque, Authen. de Monachis, & Auth. ingressis C. de sacrosanct. Eccles.* Fuit dicta conclusio tanquam lex inuiolabilis, Imperiali decreto constituta; & in Gratiani Decreto, 19. quæst. 3. cap. 7. dicitur: *Quia ingredientibus Monasterium, conuertendi gratia, ulterius nulla sit testandi licentia, sed res eorum eiusdem Monasterij iuris fiant, aperta legis definitione decretum est.* Quæ sunt verba Gregorij cap. Perlatum, ad leges prædictas respicientis; quod etiam pluribus alijs cap. eod. tit. decernitur, scilicet cap. *Perlatum, cap. si qua mulier, aut vir. §. Nunc autem, &* capi. 10. dicitur. *Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hæreditate repellere Monachos factos; quamuis dum Laici fuerant, in causam ingratitudinis inciderint.* Vbi Glossa notat ingratitudinem aboleri per ingressum Monasterij.

Ex quo etiam patet per Religionis ingressum, & Professionem personam, quoad bonorum hæreditatẽ, seu successionem, aut prætensionem non fieri deterioris, sed longè melioris conditionis, quàm esset in sæculo. Similia Decreta post leges Imperiales condidere plures Summi Pontifices, præci-

pue verò Clemen. IV. in Priuilegio Ordini Prædicatorum concesso; quod habetur in libro Priuilegiorum dictæ Religionis, cuius verba refert Rodericus Tom.2.quæst. Regularium, quæst.78. art.6. Hæc verò sunt.

*Quòd Fratres Ordinis Prædicatorum possunt liberè succedere in bonis temporalibus, in quibus succederent in sæculo existentes, ac bonorum ipsorum possessionem apprehendere, & vendere liberè bona ipsa, eorumq; pretium in vtilitatem suam conuertere, prout Prælatis dictorum Ordinum melius visum fuerit expedire.*

Vnde etiam Constitutiones eiusdem Ordinis Dist. 2. cap. 14. §.5. decernunt, ad quem Conuentum pertinere debeant bona immobilia iure hęreditario ad aliquem Fratrem obuenientia.

Idem author in eadem quæst. art.7. ait simile Priuilegium fuisse cōcessum ab Alexandro IV. Fratrib. Heremitanis S. Augustini, & Carmelitis, & art.8. dicit idem Priuilegium fuisse concessum ab Innocentio IV. Cisterciensibus, & à Pio II. fuisse confirmatum, qui etiam idem indulsit Congregationi Montis Oliueti; à Iulio autem Secundo, & Eugenio Quarto, idem ait fuisse concessum Cōgregationi S. Iustinæ, & à Leone X. Camaldulensibus, & à Clemente Quarto Carthusiensibus, vt ex eorum Compendio constat.

Et artic.8. idem author affirmat Canonicos Regulares eodem Priuilegio gaudere, & Cœlestinum Quintum suæ Congregationi concessisse, vt bona etiam fœudalia recipere, ac licitè retinere posset, & ad quasdam alias fuisse Religiones extensum. Et art. 10. idem affirmat ex communi Doctorum sententia de Conuersis Professis, & in art. 11. de Monialibus in illis Religionibus, quibus concessum est habere proprium in communi.

Eadem succedēdi facultas intelligitur à Concilio Tridentino Regularibus prædictis fuisse concessa, sess. 25. cap. 3. de

Regularib. vbi decernit: *Vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat.* Cum enim verba hæc indefinita sint, & generaliter etiam sunt intelligenda, & cum dictio illa, *Deinceps*, importet tempus futurum, consequẽter etiam verbum illud, *Possidere*, intelligendum est de futura possessione, ex quocunque iusto titulo, cum nullum à Concilio determinetur, vt ex Hondedeo, & Rebuffo Sanchez aduertit in secundo Tomo operis sui moralis lib. 7. cap. 12. num. 1.

Et confirmantur, quia mens Concilij fuit Religiosorum paupertati consulere; ne vagari ex eis multi cogerentur ad ea, quæ victui necessaria sunt, emendicanda: quem finem non obtineret, nisi dicti Regulares ius etiam successoris haberent modo supradicto.

Quod etiam implicitè continetur in iure possessionis immobilium indefinitè concesso; vt ante dictũ est. Huius enim sola carentia successionis prius obstabat, & Minoritis Obseruantibus, qui ius tale possessionis non habent, nunc etiam obstat, ne in hæreditate succedãt in persona alicuius sui Religiosi, ad quem pertineret hæreditas, si non esset in ea Religione Professus: Vnde etiam l. finali, C. de Episcopis, & Cle-
4 ricis dicitur Religiosum in hæreditate succedere perinde, ac si Religionem ingressus non fuisset: Quod intelligendum est modo supradicto, scilicet transmittendo ad Monasterium iura successionis, siue, vt Iuristæ dicunt, suitatis.

Quam esse communem Doctorum sententiam nemine contradicente affirmat Sanchez loco allegato nu. 5. Eandem sententiam, vt indubitatam sequuntur Angelus in summa, verbo, *Religiosus*, num. 19. Syluester verbo, *Religio*. quæst. 1. dicto secundo, Tabiensis, verbo, *Religio*, quæst. 39. Molina tomo 1. de Iust. disp. 1 1 1. Lessius de Iust. & Iure, sub tit. de statu Religioso, lib. 2. cap. 2 1. dubit. 1 0. Azorius tom. 1. instit. moralium, lib. 12. cap. 8. Sanchez loco supra notato, & alij per eum allegati. Doctorum farraginem allegat Augustinus Barbosa in suis collectaneis in librum secundum Decretaliũ cap. *In præsentia, de probationibus*; clarè demonstrans communissimam de veritate propositæ conclusionis esse Iuris

Vtri-

Vtriusque Doctorum sententiam.

Probatur etiam eadem veritas optimis argumentis. Nam primò; Non videtur æquitati congruere, vt, qui se totum 5 diuino tradidit obsequio, res suas prophanis vsibus applicet, & mundo per eas inseruiat, & qui per opera pœnitentię corpus affligit, luxus materiam mundanis hominibus subministret. Absit tamen, vt charitatem propinquis, ac domesticis indigentibus à Religiosorum cordibus abnegandam esse censeamus.

Secundò, quia Religiosus in Monasterio Professus, ab eo, donec vixerit, est alimenta, cæteraq; vitæ necessaria percepturus. Aequum igitur est, vt res suas potiùs conferat Monasterio, quàm alijs, quibus nihil debet, nec vlla ad prouidendum eis necessitate constringitur.

Tertiò, quia Christi Domini consilium est, vt, qui eius vestigia absque impedimento sequi desiderant, res suas pauperibus erogent: Nullis verò pauperibus conuenientius dari possunt, quàm ijs, qui propter Christū omnia sua relinquentes paupertatem voluntariam professi sunt; quibus promissa sunt à Christo Regna Cœlorum, & qui benè sibi facientes recipere possunt in æterna tabernacula. Hi verò sunt Religiosi Deo continuè seruientes.

Postremò; per collatas à Religiosis ingredientibus Monasterium facultates, tàm cultus diuinus, quàm numerus Deo seruientium augetur.

Ex his igitur patet conclusionem nostram iuribus omnibus esse consentaneam. s. Naturali, Diuino, & Humano, tam Ciuili, quàm Ecclesiastico.

Secundò dico. Prædictum ius successionis per nullum 6 Statutum potestatis sęcularis tolli posse, vel abrogari. Probatur primò, quia Rector, aut Princeps, vel Prælatus inferior, nō potest dispēsare in lege Superioris, nisi quatenus ei fuerit expressè, vel interpretatiuè commissum, vt habetur in lege prima, C. *De legibus*: quod etiam affirmant, & probant Medina in prima, secundæ quæst. 97. art. 4. Rodericus tom 1. quæst. Regulariū, quęst. 22. art. 8. & 9. Soarez in tractatu de legi-

legibus, lib. 6. cap. 10. Bonacina de legibus, disp. 1. quæst. 1. puncto primo; & alij per eum allegati.

Et ratio euidēs est; quia inferior nō habet potestatē in superiorem. Si ergo nō potest inferior in lege Superioris dispensare, nisi eo consentiēte, multò minus poterit legem eius vniuersaliter, aut in aliqua parte ditionis eius abrogare, aut limitare statuendo, vt hic, aut ibi lex superioris, puta Imperatoris, aut Pontificis, non obseruetur. Vel eius effectum per appositas conditiones impediendo, vt in casu proposito fieri dicitur per Statutum, quo successio Religiosorum impeditur, si qui Religionem ingressus est, & in ea professus, de bonis ad se pertinentibus non disposuit ante Religionis ingressum; Hac enim apposita conditione, Domini Mutinenses limitare, & in tali casu impedire voluerunt prædictarum legum, & Priuilegiorum effectum; qui, cum à supremis procedat mundi Rectoribus, nulla ratione poterat ab corū subditis impediri, aut aliqua ex parte limitari.

His adde intentionem Dominorum Mutinensium in eo Statuto disertis verbis expressam, esse cōseruare agnationes opulentas; quod in eiusdem Statuti materia non alia ratione fieri potest, nisi impediendo Religiosis bonorum successionem, & eam agnatis Religiosi conferendo, contra legum Imperialium, & Priuilegiorum Pontificiorum dispositiones.

7 Certum est autem ditionem Imperatoris ad omnes status eius fœudales extendi, & authoritatem Summi Pontif. nullis terrarum, aut locorum limitibus esse circumscriptam, sed ad omnes in Christo regeneratos, vbiq; terrarum existentes extendi, tam quo ad spiritualia, secundùm se, quàm quo ad temporalia, quatenus ad spiritualia diriguntur, vt inferiùs ostendetur. Cum ergo Mutina Ciuitas Inclita, vt Imperatori Fœudalis, subdita sit eius Imperio, &, vt Christiana legibus Summi Pontif. ad Ecclesiæ regimen pertinentibus obedire teneatur, consequens fit, vt dictæ Ciuitatis Rectores decretum, seu Statutum in casu supra posito relatum legibus Imperatorum, Summorumq; Pontificum aduersum sua nō potuerint authoritate formare, ac Populo Ciuitatis, eiusq; distri-

ſtrictui obſeruandum publicare. Eo namq; ſtatuto tam leges Imperiales, quàm decreta, ſeu Priuilegia Pontificia, vim legum habentia in materia ſucceſſionis in bonis ad Religioſos iuſto titulo pertinentibus, directè tolluntur cum magno præiudicio Imperialis, & Pontificiæ authoritatis; & inſigni Eccleſiæ damno in ea Ciuit. & eius diſtrictu.

An autem Statuti prædicti authores, eiuſq; defenſores, & rerum iuxta ſupradicta Religioſorũ Cõuentibus debitarum poſſeſſores Cenſuras, & alias Canonum pœnas violatoribus Eccleſiaſticę libertatis, aut immunitatis inflictas incurrerint, nec libet, nec expedit in præſenti definire; fortaſſe namq; ex honorabili concepta ſuorum opinione maiorum, à quibus Statutum illud emanauit, præſenti ſęculo viuentes hactenus in foro conſcientiæ excuſari potuerunt: qui tamen nunc viros doctos, & pios pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate conſulere tenentur, ne tamquam ſacrilegi pœnas æternæ damnationis incurrant.

8 Quoad forum tamen exterius, certum eſt prædictos DD. Mutinenſes, & bonorum Religioſorum Monaſterijs de iure obuenientium poſſeſſores fuiſſe, & eſſe Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis violatores, vt affirmat Leonardus Duardus in ſuis commentarijs in Bullam Pauli Quinti, lectam in Cœna Domini Anno 1618. dicens; Ea ſtatuta dici contra libertatem Eccleſiaſticam; quibus perſonæ Eccleſiaſticæ impediuntur agere, quod cõmuniter alij facere poſſunt, dummodo eorum ſtatui non repugnet, aut perſonis Eccleſiaſticis aliquid prohibetur, vel præcipitur, quod nec Diuino, nec humano iure prohibitum, nec præceptum eſt; vel quando impediuntur eis Priuilegia à legibus Diuinis, aut humanis eis conceſſa, vt etiam colligitur ex his, quæ docet Felinus in Cap. *Eccleſia Sanctæ Mariæ, de Conſt.* & cap. Nouerit, vbi etiam idem aſſerunt Innocentius, Hoſtienſis, Antonius de Butrio, & alij de ſententia Excommunicationis, & Cardinalis Zabarella in Cap. *Perpendimus*, eod. Tit.

Et dicũtur contra libertatẽ Eccleſiaſticam, ſiue directè, ſiue indirectè ſupradicto modo fiant, ſiue tacitè, ſiue expreſſè,

vt ait prędictus Duardus; & ante eum Gaietanus in Summula Verbo *Excommunicatio, §. Quinto nota*, idem affirmat, dicens:
9 Libertatem Ecclesiasticam comprehendere omne id, in quo Ecclesia non subijcitur, aut arctatur, siue illud spectet ad esse naturale, vel spirituale, siue ad operari, aut recipere, siue ad quodcunque aliud; & rursus, siue illud conueniat Ecclesiæ ex dono naturali, siue ex gratuito, siue ex iure communi, siue ex Priuilegio, vndecunque illud habeat, siue à Deo, siue à Papa, siue ab Imperatore.

Nec verum est, Statutum præcisè afficere laicum, & non
10 afficere Religiosum; nã primò hoc ipso, quod afficit laicum ingredientem Religionem, ad quam de iure communi bona dicti ingredictis pertinerent, afficit cum eo simul etiam Religionem; quæ tali Statuto priuatur bonis ad se in persona talis Religiosi pertinentibus.

Secũdò, effectus Statuti prædicti dirigitur in tempus, quo ille est Religionem ingressus, & in ea professus; Nam vsq; ad illud instans, quo verè professus est, non excluditur à possessione, nec illius incapax redditur; ab eo autẽ instanti, in quo 8
est professus, est omninò exemptus à iurisdictione sæculari; ergo non potest eo Statuto ligari; quod, vt dictũ est, ad tempus post professionis instans dirigitur; ita vt tunc solùm, & non prius effectum habere intelligatur; Immo, & ipsum Statutum expressè suum effectum refert ad dictum tempus, cum ait:

*Ideo sancimus, quòd omnia bona, & iura etiam in spe probabili existentia cuiuslibet volentis ingredi Religionem, si sequatur ingressus, & Religionis professio, intelligantur, & sint ipso iure ante eius ingressum translata, vel illius, qui de iure communi, &c. succederet.*

In quibus etiam verbis ad excludẽdam, seu tollẽdam vim legum Imperialium, & Priuilegiorum Põtificalium effectus

d. Sta-

d. Statuti ingressum, & Professionem consequens retrotrahitur ad tempus præcedens Religionis ingressum; quod, an in causis merè laicalibus fieri possit, non disputo; sed ex prędictis, & infra dicendis mihi certum est, id fieri nullo modo posse, in ijs, quibus iura Ecclesiasticorum sunt admixta; quia hæc ad altioris ordinis forum pertinent.

Et cōfirmantur predicta: Quia idem est aliquid fieri tempore inhabili, & eius effectum conferri tempore inhabili. *l. Quod sponsa, C. de donat. ante nuptias*.

Quamuis ergo Statutum illud Mutinēse retrotrahere nitatur effectum ad tempus, quod præcedit ingressum; quod est tempus habile; quia tamen eius effectus non confertur, nisi post Professionem; quod est tempus inhabile, nullius potest esse valoris.

11 Denique, vt Sanchez aduertit in allegato cap. 7. num. 18. Ab omni veritate, & Christiana pietate alienum est asserere, Priuilegia ab Imperatoribus concessa tam Ecclesijs, quàm personis Ecclesiasticis, & à Summis Pontificibus, & Generalibus Concilijs sunt acceptata, & per eorum specialia Decreta roborata; posse ab ipsis Imperatoribus aboleri; cum.n. in Ecclesiasticas personas nō habeant iurisdictionem, quod semel illis liberè contulerunt, auferre pro sua voluntate non possunt. Nam, vt Bellarminus ait, tomo 1. par. 2. cōtrou. 5. lib. 1. de Clericis cap. 28. in fine, totus orbis terræ consensit

12 in exemptionem, & Priuilegia personis Ecclesiasticis ab Imperatoribus collata. Quod etiam affirmat Bart. in *l. Priuilegia*, num. 3. C. de sacros. Eccles. Couarruuias quæst. pract. cap. 31. nu. 3. Ledesma par. 2. quæst. 10. art. 4. Molina tomo 1. de iustitia, disp. 51. col. 9. & alij quāplurimi; quos allegat Sanchez in d. cap. 12. num. 18.

Ex quibus patet primo, Ciuitatem Mutinæ non posse suo Statuto legum Imperialium, & Ecclesiasticarum effectum impedire. Nam, si potestatem hanc non habent Imperatores, multò minus eam habebunt eorum Imperio subiectæ Ciuitates.

**Secundò, patet eorum sententiam nō esse admittendam,**

qui-

qui dicunt: Si Statutum conditum sit his verbis. Ingressi Religionem, vel Monachi non succedant, irritum esse: Si autem dicat: Ingrediens Religionem non succedat, validum esse; eo quod in priori casu Statutum afficit eos, qui iam effecti sunt Religiosi; supra quos nullam habet potestatem: sed in posteriori casu afficit ante ingressum, quo tempore sæculares sunt, & Principum legibus sunt subiecti.

Sed hæc distinctio vana est: quoniam, vt supra dictũ est, effectus Statuti dirigitur in tempus, quo personæ iam effectę sunt Religiosæ, ac proinde à sæculari potestate subtractæ legibus Imperatorum, Summorumq; Pontificum decretis, ac Priuilegijs. His adde Statutum Mutinense expresè dirigi ad ingressos, & professos, licèt effectum retrotrahere nitatur ad tempus præcedens.

Vnde Duardus prædictus lib. 2. in Bullam Pauli Quinti Canone 15. quæst. 19. num. 38. dicit, non valere Statutum specificè Moniales Clericos, & alias personas Ecclesiasticas excludens; vt si diceret: Ingrediens Monasterium, aut se Clericum faciens promoueri, non succedat, & hoc etiam si Statutum præcedat ingressum, aut Clericatum, & vtatur verbis præsentis temporis, & ita (inquit) tenet Iason, & alij per eum alleg. in l. de q. nu. 25. C. de pact. & hæc opinio est magis recepta; Nam, licet Statutum loquatur per verbum præsens; *Ingrediens*; tamen subdit, *Non succedet*; quod est verbum futuri temporis, & sic refert se ad tẽpus oblatæ successionis, quo tempore est in Monasterio, vel Clericatu, & propterea exemptus à iurisdictione statuentium. Vnde inquit paria sunt aliqua fieri tempore prohibito, vel fieri tempore licito, & conferre effectum in tempus prohibitum, l. quam sponsæ, C. de donat. ante nup.

Postremò, conditio per Statutum Dominorum Mutinensium apposita per ea verba.

*Nisi ante Religionis ingressum, ipse ingrediens aliter de bonis, & iuribus suis legitimè disposuerit.*

Satis apertè videtur aduersari decreto Sacri Concilij Trident.

dent. seß. 25. de Regularibus cap. 16. vbi de renunciatione ingredientium Religionem sic decernit:

*Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses ante Professionem, &c.*

Quæ verba secundum planiorem sensum extenduntur, etiam ad tempus, quo ingrediens Religionem erat in sæculo vt benè aduertit Molina de iustitia, tomo 1. tract. 2. disp. 139.

Primò, quia Concilium vniuersim loquitur de renunciatione facta ante Professionem, non restringendo ad renunciationem factam tempore Nouitiatus, id verò, quod lex non restringit, neque nos restringere debemus.

Secundò, quia finis legis, ne s. Nouitius ante Professionem libertatem non habeat recedendi, eo quòd non potietur omnibus suis bonis, quibus intuitu ingressus se spoliauit, æquè vim habet in renunciatione, aut obligatione, facta ante ingressum, & post ingressum Religionis.

Sed dicent, Concilium loqui de renunciatione, & obligatione, non autem de donatione, per quam poterit volens ingredi Religionem de bonis suis disponere. Sed contrà hoc replicat Molina. Primò: Quia donatio species quædam est renunciationis. Secundò: Quia finis legis non minus, sed magis habet locum in donatione, quàm in nuda promissione, seu obligatione; ac proinde cum maiori ratione censenda est reddita nulla, quàm obligatio inducta per promissionem.

Hæc tamen non sunt nostra præcipua fundamenta, sed ad vberiorem causę defensionem placuit verba Concilij, & rationes pro sensu satis plano, & nobis fauorabili pręmissis demonstratiuè concludentibus argumentis adiungere.

Sed dicunt partis aduersæ defensores, Summum Pontificem in Ciuitate, & Dominio Mutinensi non habere iurisdictio-

ctionem temporalem, atque ideo Priuilegia in gratiam Ecclesiasticorum ab eo concessa in eo Dominio; & alijs similibus nullam habere subsistentiam; cum tangant temporalia, super quæ Summus Pontifex non habet dispositoinem.

Quod dictum non solum esse falsum, sed etiam acri censura, & castigatione dignum multis argumentis ostenditur.

Nam, & si concedamus Pontificem nullam habere potestatem merè temporalem, non potest tamen, salua fide, negari, Pontificem in ordine ad bonum spirituale summam habere potestatem disponendi ex iusta causa de temporalib. rebus omnium Christianorum; Huic enim veritati nullus Catholicorum, sed Hæretici soli contradicunt; vt est videre apud Nicolaum Sanderū lib. 2. cap. 4. de visibili Monarchia, & apud Bellarminum tomo 1. lib. de Rom. Pontifice cap. 7. & 8. & alios inferius allegandos.

Sed probatur hæc veritas: Primò, quando potestas ciuilis sunt partes vnius Christianæ Reipub. potestas ciuilis est subiecta potestati spirituali; ergo tunc potest imperare potestati ciuili, seu temporali, & de rebus temporalib. disponere in ordine ad bonum spirituale: Consequentia est euidens; quia omnis Superior imperare potest inferiori suæ potestati subiecto. Assumpta verò propositio, probatur primò ex finibus vtriusq. potestatis: Quia finis potestatis ciuilis, seu temporalis, qui est fælicitas temporalis, subordinatur fini potestatis spiritualis, qui est perfecta fœlicitas, seu beatitudo: ergo potestas temporalis subordinatur potestati spirituali; sequela constat ex Arist. 1. Ethic. cap. 1. dicente iuxta finium subordinationem facultates ad inuicem subordinari.

Secundò probatur eadem propositio: quoniam in vno Reipublicæ corpore comprehenduntur Reges, Pontifices, Clerici, & Laici, & ex his constituitur vnum tantum Ecclesiæ corpus; vt ait Apost. ad Rom. 12. & primæ Corinth. 12. In quolibet autem corpore necesse est membra ita esse cōnexa vt vnum ab altero dependeat. At dici non potest, spiritualia à temporalibus dependere; igitur asserendum est à spiritualibus temporalia dependere: spiritualia tamq; ad temporalia

com-

comparantur, vt anima, seu spiritus ad carnem; & sicut, cum affectiones, aut actiones carnis officiunt fini animæ, seu spiritus, impediendo eius operationes, spiritus imperat carni, & si opus fuerit, ieiunijs, & alijs afflictionib' eius lapsus emendat, etiam cum aliquo corporis detrimento; ita si potestas ciuilis officiat fini potestatis spiritualis, poterit, ac debebit potestas spiritualis, secundum prudentiæ regulas eam omni meliori modo cohercere.

Hoc ferrè discusu vtuntur Magist. victoria in releEt. prima de potestate Ecclesiæ sect. 6. proposit. 8. Sotus in 4. senten. dist. 25. quæst. 2. art. 1. conclus. 5. & Bellarminus lib. 5. de Romano Pont. cap. 6. & 7.

Ex quo deducit posse Romanum Pontificem, si necesse fuerit ad animarum salutem, & ad cõmune Ecclesię bonum Principatus, Regna, & Imperia mutare, & alijs Principibus Ecclesiam ad eius finem spiritualem adiuuantibus ea cõferre, & multò magis ad eundem finem, si necesse fuerit, eorundem Principum leges animarum saluti contrarias abrogare, postquam illi admoniti hoc facere recusauerint; & eadem ratione legem etiam ciuilem cõdere poterit ad salutem animarum necessariam; si eam Principes admoniti ferre, seu promulgare neglexerint.

Vnde vera, & optima est ea regula, quam tradit glossa ad cap. *Possessio, de reg. iur. in 6.* dicens: Quando de eadem re contrariæ inueniuntur leges Imperatoriæ, & Pontificiæ, si
14 materia legis est res animarum periculum concernens (adde, vel spiritualib. annexa) abrogatur lex Imperialis per Pontificiam; & hoc modo lex Pontificia, quæ habetur cap. finali, de præscriptionib. abrogauit legem Imperatoriam de pręscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum, etiam cum mala fide; quia non poterat sine mortali culpa seruari. Si verò legis materia sit res temporalis, non implicans periculum animarum, nec spiritualibus annexa; non potest lex Põtificia abrogare legem Imperatoriam, sed vtraq; seruanda est, illa in foro Ecclesiastico; ista in foro Ciuili.

15 Secundò probatur eadem veritas: Quia ad spiritualium

 conser-

conseruationem, & profectum necessaria sunt temporalia; atque ideo hæc ad eorum finem sunt ordinata; vt ante dictum est; ergo Christusnon prouidisset rebus spiritualibus, si non reliquisset in Ecclesia sua aliquā potestatem, ad quam spectaret, quando opus esset ordinare, & vti temporalibus modo conuenienti ad finem spiritualem: Hoc verò non spectat ad officium Principum secularium, ad quos non pertinet cognoscere proportionem rerum temporalium ad spiritualia, quarum administratio non est eis à Christo demandata; igitur hoc munus vtendi temporalibus ad spiritualia, ad Ecclesiasticam attinet potestatem; igitur, si necessariū quandoq; fuerit pro conseruatione, & administratione rerum spiritualium, vti gladio, & authoritate temporali, hoc poterit Summus Antistes. Hoc argumento vtitur Victoria in allegata prima Relect. de potestate Ecclesiæ sect. 6. propos. 8. Qua verò prudentia, & dexteritate id à Summo Pontifice sit agendum, docet idem author ibidem dubio subsequenti; & Sotus in allegato art. 1. post quintæ conclusionis probationes.

Tertiò probatur eadem veritas: Quia Pontifex Maximus constitutus fuit à Cristo Domino Pastor vniuersalis totius Christiani gregis: Pastoris autem officium est Oues errantes, cuiuscunq; sint gradus, & ordinis, in viam reuocare, & quacunque recta ratione compellere; ergo sua potest authoritate pastorali, si necesse fuerit, viribus, ac subsidijs vti temporalibus. Qua ratione (inquit Sotus) vsus est Innocentius Papa in cap. *Solitæ, de maioritate, & obed.* ad fastum Imperatoris Constantinopolitani coercendum, dicens.

*Nobis .n. in B. Petro sunt oues Christi commissa nullo discrimine inter has; & illas interiecto; & quod ad Petrum Christus dixit, in ipso ad eius successores dixit: Quodcunque ligaueris super terram, &c. nihil excipiens.*

Quam

Quam rationem Bellarminus amplificat in allegato cap. 7. in fine.

Quartò probatur eadem veritas: Quia Respublica spiritualis debet esse perfecta, sicut, & temporalis; ac proinde sibi debet esse sufficiens, ita, vt ad finem suum spiritualem rebus omnibus vti possit, quæ ad illum assequendum fuerint necessariæ; cum itaque sine temporalibus nequeant in Ecclesia Christi spiritualia conseruari, & sufficienter ministrari, necesse est Summum Pontificem Ecclesiæ Christianæ Principem à Christo Domino hanc habuisse potestatem, vt rebus, & adiumentis temporalibus ad bonum Ecclesiæ regimen opportunis vti posset. Simili argumento vtitur prædictus Victoria, & post eum Bellarminus in d. cap. 7.

Nec desunt exempla plurima ex historijs Ecclesiasticis, & Annalibus; quorum præcipua recensent Autores prædicti, præsertim autẽ Bellarminus cap. 8. dicti libri quinti; ex quibus elucet Summi Pontificis authoritas ad deponendos, & instituendos Principes, Reges, & Imperatores propter commune bonum Ecclesiæ Chisti: sed viris Catholicis, cum quibus agitur, prædicta sufficiant.

Ex quibus clarissimè constat, primò irritum esse Decretum, siue Statutum Dominorum Mutinensium in præiudicium Ecclesiæ formatum, & promulgatum contra leges Imperiales, & Decreta, ac Priuilegia Summorum Pontificum, & Conciliorum. Ex quo secundò sequitur, Conuentum Sancti Dominici in Ciuitate Mutinæ ius habere ad ea omnia bona mobilia, vel immobilia repetenda, quæ illi titulo hæreditatis, aut alio quocunq; iusto titulo debentur, virtute legum Imperialium, aut Priuilegium, vel Decretorum Summorum Pontificum, non obstante Statuto Ciuitatis, cuius virtute bona prædicta ab iniustis possessoribus occupata detinentur.

Bononiæ die 7. Ianuarij Anno salutis 1632.

*Ita sentio, saluo, &c. Fr. Io. Paulus Nazarius, Sacræ Theologiæ Magister.*

 Cele-

Celeberrimi, ac Eruditissimi V.I.Consulti

# ALEXANDRI MONETAE MEDIOLANENSIS

Aduocati Concistorialis, &c.

## V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

### EPITOME.

Nullum statum laicale, & inter alia illud Mediolani volu. 1. cap. 284. §. Illa persona, &c. afficere potest Ecclesiasticas personas; maximè eas, quæ sunt capaces bonorum, tam de iure, quàm ex priuilegio, quin non admittantur ad successionem.

### SVMMARIVM.

1 *Rationes contra Religiosos professos in Religione capaci bonorum, quod, iuxta Statutum Med. vol. 1. cap. 284. §. Illa persona, non faciant partem, nec admittantur ad partem in successionibus ab intestato, adducuntur à num. 1. vsq; ad num. 7. resoluunturq; in num. 14. 17. 18. 19. 20. 21. & 23.*

8 *Statutum excludens Religiosos professos a successionibus, non potest excludere eos, qui sunt Religionis capacis bonorum.*

9 *Huiusmodi statutum ex ipso iure est illico omnino nullum, & inualidum, vt puta contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam; & etiam in num. 13.*

10 *Imo statuentes, & exequentes sunt à iure excommunicati.*

11 *Statutum Med. Illa persona, &c. loquens in personato, non comprehendit Ecclesiasticas personas.*

12 Sta-

12 *Statutum illud Med. excludens à successionibus, non potest afficere personas Ecclesiasticas.*
13 *Statutum illud Med. Illa persona, &c. non afficit Religiosos capaces bonorum ex priuilegio, quia non potest auferre vim priuilegij Immunitatis in corpore iuris inserti.*
14 *Resoluuntur obiecta in contrarium, maximè illa allata à num. 1. vsq; ad num. 7.*
15 *Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi.*
16 *Statutum illud Med. Illa persona, &c. non admittit extensionem præsertim ad casum improprium, sed restrictionem ad tollendum prauum intellectum.*
22 *Vnicus actus in fauorem di... statuti non inducit consuetudinem.*
23 *Terminantur solutiones obiectorum.*

A VERITATE CALAMVM NON AVERTAM.

QVoniam audio non paucos existimare, atq; etiam conari pro viribus tueri statutū Mediol. Illa persona, &c. quod est sub capite 284. vol. 1. decernens, vt illa persona, quæ de iure communi pro mortua ciuiliter reputatur, in successione non admittatur ad partem, nec faciat partem, & quò ad successionem tam eius quàm alterius in omnibus, & per omnia habeatur, & reputetur pro mortua, ac si naturaliter, & verè esset mortua, comprehendere quoq; Monasteria, seu Religiosos Religionis capacis bonorum: Statui hunc articulum ad partes discutere, vt eius decisio facilius habeatur, & veritas partis negatiuæ, quam & ipse pro viribus tueri conabor, melius appareat.

1 Et quidem quod memoratum statutum, etiam prædictos Religiosos comprehendat, quia nimirum, & voluerit, & potuerit comprehendere suadetur ex infrascriptis.

Nam quod voluerit Religiosos omnes comprehendere in terminis tenet Orat. Carpan. in Apostilla ad d. statutum sub num. 2. dicens loqui necessariò statutum in hac parte de in-

 gressu

gressu Monasteriorum, vel Religionum, cum is similiter habeatur pro mortuo Bal. in Anch. excipitur num. 3. C. de ben. quæ liber. Bart. in Anch. de Monach. §. illud, quoq; num. 6. Alber. in l. Deo nobis num. 1. cum seqq. vbi Cesari scriben. c. de Episc. & cleric. facitq; sex in cap. placuit d. quæst. 1. notat prob. in addit ad Monach in cap. possenti, num. 3. de offic. ad in 6. & Alciat. in l. stipulatio ista §. alteri num. 23. ff. de verb. oblig. Nec potest intelligi de bannitis, quos in specie statutum excipit in fin. aut de solis Religiosis ingressis Religionem incapacem, quia statutum hoc indistinctè, & generaliter loquitur; ideo generaliter, & indistinctè intelligendum vulgata l. de pretio ff. de public. in rem act. tantò magis stante alio statuto, nimirum 174. volum. 2. quod statuta Mediol. seruentur ad litteram, prout iacent, & quia si mea hæc interpretatio superflua redderetur controuersia scribentium, vtrum statutum hoc sit validum, vel ne, certum esset illud.

2 Quod autem potuerit statutum hoc præfatos Religiosos comprehendere suadetur. Primò, ita in terminis tenet Carpan. d. cap. 284. num. 3. cum aliquot seq. vbi sub nu. 3. vers. quod autem valeat multos refert ad hoc vt valeat hoc statutum, ita vt comprehendat omnes personas Ecclesiasticas Monachales, etiam successibiles de iure communi.

3 Secundò, quia statutum inijciens vinculum ante clericatum, seù statum Ecclesiasticũ valet, & comprehendit, etiam personas Ecclesiasticas ex communi de qua per Buria. cons. 93. num. 38. cum duob. seqq. vol. 2. quam etiam tenent plerią; relati à Tiraq. de primog. quæst. 43. num. 5. 6. 7. 14. & 17. cum duob. seq. & aliqui probati à Cæsar. Vrsillo in addit. ad Afflict. decis. 310. num. 11. & num. 9. vbi ex communi de bonis, nedum Ecclesiæ quæsitis, quod & vtrunq; post multos tradit Io. Mar. Dellettus disquisit. Cleric. par. 1. tit. de exemptionib. cleric. à statu. secul. §. 4. num. 19. & 22. vsq; ad num. 26. huiusmodi autem est hoc statutum, quod hæ personæ tempore natiuitatis reperiantur exclusæ, & exclusio nascatur ex qualitate præcedente Religionem, vt notat post alios Cot. in suis Memorabilibus, verbo Clerici ligantur, ad fin. &

Lap. allegationib. 101. numer. 26.

4. Tertiò, quia statutum excludens fœminas propter masculos, excludit etiam fœminas ingredientes Monasterium capax ad fauorem masculorum existentium, vt post multos tradit Alb. Brun. tract. de stat. exclud. fœm. art. 6. quæst. 2. princ. & Tiraq. d. quæst.43. num. 7. ac 14. sicut,& statutum excludens secundo genitos,excludit clericum secundum genitum, vt post multos tenet Triq. d. quæst.43. num.6. & 14. Alber. in can. 15. Bullæ Cœnæ cap. 5. dubit. 7. & Leonard. Duard. quæst.17. num.23. ac 28. vt quæst.19. num.39. cum duob. seqq.

5 Quartò, quia clerici, & Monachi vtuntur huiusmodi statutis contra laicos, prout de statuto, quod primogenitus excludat à successione cœteros, id probat Tiraq. d. tracta. de primogenit. quæst.44. num. 6. 7. ac seqq. de statuto præponente: Masculos fœminis, post multos docet idem Tiraq. d. num.7. & generaliter de statutis laicorum post alios Carpan. in prælud. stat. Mediol. num.612. vol.1. & ad cap.180.num. 18. & 20.vol.2. Crass. d.effect.2. num.42. cum seqq.& Delectus disq. Cleric. par.1. tit. de excep. cleric. à statut.secul.§.2. num. 35. & tribus seqq. ergo etiam ipsi Clerici, & Monachi, debent pati, vt contra eos laici vtantur similib. statutis, per regulam,Sotius, tit.quod quisq;iuris,& per alia,quæ ad hoc allegat Vrsillus vbi sup. nu. 12. ac Tiraq. de retract. Lignag. §.1. glos.13. num.6. Carpan. in 1. prælud. num. 613. & 615. & vt æqualitas seruetur iuxta tex.in l.si de meis;& l.cum dies ff. de arbitr. ac l. fin. C. de fruct. & lit. exp. & secundum rationem est, vt qui statutis nō ligantur, nec illis obtemperent, eorumq; emolumenti participes non sint, l. auxilium §. fin. ff. de minor. l.fin. C. de sum. Trinit. & fide cathol. cap. quia frustra, de vsur.

6 Quintò, quia statutum excludens Monachos,& moniales à successione de consuetudine in multis locis seruatur,& interpretantur consuetudo illud valere, pro vt de Francia, & Hispania nonnullos refert Carpan. sup. num.4. vbi etiam citat Alciat. cons.500. ad fin. & cons.502. num.4.& cons.633.

nu.5. eundem Alciat. inter conf. Alb. conf.32. num.10. fubdens idem Carpan. num.7. in fin. iuxta huius ftatuti difpofitionem in terminis noftris olim fic iudicaffe quendam Senatorem contra Reuerendos Fratres S. Mariæ Gratiarū Med. Ord. Præd. quæ autem habent certam confuetudinem non funt mutanda, l. minimè ff. de legibus Bart. in l. fi expreffim num.7. ff. de appellat. Abb. conf.8. num.3. & 4. & conf. 53. num.4. vol.2. Coar. cap. quamuis pactum 3.par. §.2.num.2. de pactis in 6. etiam fi fit iuri communi contrarium, vt notat Tiraq. de retractu Lignag. §.5. glof.10. num.12. atq; hoc argumento hac in re vtitur Soc. Sen. conf. 145. num.7. vol.2. conf.7. num.17. & 27.

7 Sextò, quia hoc ftatutum non poteft dici cōtra libertatem Ecclefiafticam, cum tantum lædatur fecundariò, quæ legi non habetur in confideratione, Crauet. de antiq. temp. 4. part. princ. verf. circa præmiffa, nu. 19. Anchar. iun. quæft. famil. 57. num.8. par.1. Vltra quod lædi libertas Ecclefiaftica tunc dicitur, fi tollitur priuilegium conceffum Monacho per Principem, vel Pontificem, Crauet. d. iuris circa præmiffa num. 17. Calcan. d. conf.7. nu. 14. Soc. fen. conf. 241. num. 36. vol. 2. Gomez. tract. quan. reus gaudeat benefic. Ecclef. circa fin. Rimin. iun. conf. 85. vol. 1. quod quidem in cafu noftro non videtur contingere.

8 Quibus tamen non obftantibus omninò tenendum eft præfatum ftatutum Mediol. in cap. Illa perfona, &c. nequaquam comprehendere ingreffos Religionem capacem bonorum in communi.

Primò, quia fatis apertè dictum ftatutum noluit eos Religiofos comprehendere; tum quod præter bannitos, & alios, qui pro mortuis ciuiliter ob delictum reputantur à dicto ftatuto ad fin. exceptos, funt quoq; captiui apud hoftes, vt conftat ex l. penul. §. fin. ff. vfucap. l. fin. ff. de cap. minut. l. pater, in princ. ff. de cap. & poft lim. reuerf. qui ideò maximam capitis diminutionem pati dicuntur §. maximam inftit. de capit. diminut. pariterq; funt ferui nati, & qui ad pretium participandum fe venundari paffi funt §. ferui aūt inftit. de iur. perfon.

&§.

& §.maximam instit. de capit.diminut.cum simil.& quælibet seruitus morti assimilatur. l. intercidia ff. de cond. & dom. l. qui res.§. Aream.ff. de sil. l. seruitutem de reg. iur. Tum quod vbi etiam statutum prædictum comprehendere vellet Religiosos, cēseri debet intelligere voluisse solum de ingressis Religionem incapacem, vt aperte sentire videtur Alciat. consi. 194. num. 2. & in l. contra tabulas, §. quidam filium. num. 13. ff. de bon. ponent. cont. tabul. & post alios Carolus de Grass. de effect. Cleric. effect. 2. num. 184. cum seqq. Et quia statutum ita est accipiendum vt quam minus sit possibile lædat ius commune, cap. cum dilectus, de contuet. l.
20 serui vestri, C. de noxalib cum vtrobique notatis, latè Surd. decis.43. num.6. decis.138. num.22. & decis. 167. num.17. Monachi autem ingressi Religionem capacem non habētur pro mortuis de iure communi, pro vt statutum ipsum requirit, saltem quò ad successionem, per l. Deo nobis. C. de Episcop.& Cler. Alex. consi.139. num.9.vol.2. Anchar.consi. 436. num. 4. Felin. cap. licet vndiq; num. 3. de offi. deleg. & post Bart. Gargia in l. Gallus §. & quid si nuntium num. 66. ff. de lib. & posthum. aut certè non ita propriè pro mortuis habentur, sicut ingressi Religionem incapacē; verba autem accipienda sunt in potentiori, ac propria significatione l. 1. §. qui in perpetuū, ff. si ager vectig. vel emphyt. petatur l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3. l. quæritur ff. de statu hom. §. ius ciuile, instit. de iur. natur. gentium, & ciuil. cum 1
simil. & statuti verba propriè sunt intelligenda. Surd. decis. 9. num. 4. & decis. 174. num. 1. latè Carp. in prælud. statut. Med. nu.214. & Dec. consi. 53. n.4. ac recipit interpretationē passiuam à iure communi, vt probat Carpan. d. prælud. stat. Med. num.275. Alba. consi.422. num.5. ibiq; Addentes Surd. decis.178. nu. 16. etiam si reddatur superfluū, aut modicum operetur, vt idem ostendit decis.36.num. 19. & decis.49.nu. 8. alios quoq; ad id allegans, quod & facit ipse Carpan. eod. cap. 249. nu. 104. ac sentit inter alios Decius consi.31. num.17. nec non consi. 37. Tum quod præsumendum est ita voluisse statuentes, tam ad euitandum delictum, iuxta l. merito

 ff. pro

ff. pro soc. esset enim statutum hoc contra libertatem Ecclesiasticam, cui censuræ impositæ sunt à iure, vt paulò post videbimus; quin etiam ne actum nullũ facere velle videantur contra l. quoties, ff. de reb. dub. cum simil. nam huiusmodi statutum nullum est, & inualidum, vt mox pluribus ostendemus.

9 Secundò ergo principaliter probatur præfato statuto non comprehendi ingressos Religionẽ capacem bonorum, quoniam licet voluissent statuentes, illos cõprehendere non potuissent, cum tale statutum excludens huiusmodi Religiosos à successione, irritum omninò sit; Tum quod sit contra libertatem Ecclesiasticam, vt post Ang. cons. 48. num. 3. Bursat. cons. 12. circa fin. vol. 1. Fœlin. in cap. Nouerit. num. 2. de sent. excom. Decius in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 4. de constit. & cons. 114. num. 5. & cons. 124. col. 3. vers. sexto est, fatetur Carpan. ad d. cap. 284. num. 7. statuta verò contra libertatem Ecclesiasticam cassa omninò, & irrita, atq; ipso iure nulla sunt; vt est tex. ad litterã in Auth. cassa, & irrita, C. de sacros. Eccles. quæ sumpta est, ex noua constitutione Friderici Imperat. col. 10. & admittit post alios ipse Carpan. in prælud. statut. Med. nu. 49. & 579. vnde manifesto errorẽ lapsus est idem Carpan. d. num. 7. dum ait, negari minimè posse, data etiam validitate huius statuti quin sit aduersus libertatem Ecclesiasticam, seu & qui statuta cõtra libertatem
10 Ecclesiasticam condunt, seu edunt, ac seruari faciunt, & secundum ea iudicant, ipso iure excommunicationem incurrunt, vt constat ex d. cap. nouerit, eaq; renouatur omni anno à Romano Pontifice in can. 15. Bullæ cœnæ Domini. Quòd autem hoc statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam, ex eo etiam patet, quòd aufert id, quod competit religiosis de iure communi d. l. Deo nobis, cum simil. iuxtà tradit. communiter per Bart. in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. & in d. can. 15. Bullæ cœnæ, & citatos, ac probatos à Carpan. in prælud. statut. Mediol. num. 583. cum seqq. nec non Duard. Alter. Suar. & alios communiter in d. can. 15. Bullæ Cœnæ, & cap. nouerit de sent. excomun. Tum quod in specie

cie hoc statutum nullum esse, & inualidum pariter relatos à Carpan. d. num.3. pleriq; tradunt, quos referunt, ac sequuntur Leonard. Duard. in d. can. 15. Bullæ Cœnæ quæst. 17. num.32. & quæst. 19. num. 38. & 101. cum multis seqq. Thomas Sanchez in Decalog. seu oper. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 12. num. 18. ac nouissimè Carol. de Graff. d. tracta. de effect. Cleric. effect. 2. num 283. & 350. ac Io. Mar. Bellet. d. §.4. num. 14. ex quibus Duard. & Sanchez optimè reijciunt illam Bart. distinctionem in l. finali num. 6. c. de pact. quem nonnulli sequuntur relati à Duard. num. 101. Sanch. nu. 17. & Carpan. d. nu.3. & valeat statutum si excludat à successione ingredientes Religionem, secus si excludat ingressos, quia vtroq; casu effectus dirigitur in tempus, quo ille est ingressus Religionem, in eaq; professus, nam vsq; ad illud instans, quo verè professus est, non excluditur à successione, nec illius incapax redditur; tunc autem est omnino exemptus à iurisdictione sæculari, ergo nullatenus potest eo statuto sæculari ligari, præsertim quia paria sunt, imò idē est aliquid fieri tempore inhabili, & eius effectum conferri in tempus inhabile l. quod sponsus C. de donat. ante nupt. & regulariter attendi debet tempus executionis, & effectus statuti, hoc est tempus delatæ successionis, non autem ipsius statuti ex adductis à Tiraquel. d. quæst. 43. num. 11. cum duobus seqq. & nu. 15. ac 16. ex quibus patet non esse cum affectu iniectum vinculum per statutum ante clericatum, vel Monachismum.

11. Tum quod Doct. ferè omnes in eo conueniunt, quod statutum laicorum excludēs à successione si loquitur in personam non comprehendit Clericos, & personas Ecclesiasticas, vt colligitur ex allegat. à Tiraquel. d. tract. de primog. quæst. 46. num. 4. vsq; ad 8. & expressè postquam plurimos tradūt Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. num. 186. & 389. cum aliq. seqq. ac Honded. cons. 3. num. 29. lib. 1. Belletus d. §.4. nu. 19. & 22. & post nonnullos docent quoq; ipse Ruin. num.4. cum seqq. & Carpan. ad cap. 348. num. 2. vol. 2. statut. Mediol. atq. alibi sæpè; quod autem statutū hoc, de quo agitur loquatur in personam, patet ex ipsis verbis, illa perso-

na, &c. & quidem de solis Religiosis, & specialiter, vt ipse Carpan. contendit in Apostilla ad d. statutum sub nu. 2.

12 Sed vbi etiam dici possit generale statutum, adhuc non comprehendit clericos, vel Religiosos ex deffectu potestatis, vt post alios tradit ipse Carpan. in d. prælud. nu. 563. & 608. ex magis communi post Bursa. cons. 93. num. 22. volum. 1. & quod non possunt expresse, ac directè, minus tacitè, & indirectè ex adductis à Duard. d. quæst. 17. num. 32. per tex. in l. si pater ff. quæ in fraud. credit. & d. quæst. 19. numer. 85. cum duob. seq. arg. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui mādata est iurisdictio §. pen. ff. ad munic. & cap. quanto de priuil. & tacitè, atq; expresse videre est cursus vulg. l. cum quid ff. si cert. petat. cum simil.

13 Neq; admittendum est, quod aliqui concedunt, vt Carpan. ad d. cap. 284. num. 3. statutum, de quo agitur intelligi posse de mendicantibus ex regula, sed capacibus bonorum ex priuilegio, quia priuilegia facilius tolluntur per statuta, vt sentit Cott. in Memorabil. verbo, clerici ligantur vers. & ideo in proposito. Tum quia laici per statutum non possunt tollere etiam, quæ per priuilegij vim personis Ecclesiasticis concessa sunt ab Imperatore, vel Romano Pontifice, aliàs hoc statutum esset contra libertatem Ecclesiasticam, vt post alios fatetur Carpan. d. prælud. num. 584. & ad d. cap. 284. num. 3. vers. vltra quod tunc lædi, &c. Tum quòd prædictum Priuilegium, iam est insertum in corpore Iuris, & effectum est ius commune, vt patet ex Conc. Tride. sess. 25. cap. 3. de regular. Neq; in hoc casu loquitur Alciat. aut Cott. sed cum professus in Religione incapaci ex priuilegio Regio transit ad Religionem capacem.

14 Quibus stantibus haud difficile erit ad ea, quæ in contrarium alldgata sunt respōdere. Ad Primum enim fundamentum ex ijs, quæ in primo fundamēto pro negatiua parte adducta sunt, satis patet statuentes voluisse in eo statuto comprehendere Religiosos, præsertim professos in Religione capaci bonorum in communi: soli enim verè, & propriè dicuntur mortui inter Religiosos, qui Religionem incapacem bonorum

norum sunt ingressi, qui verò capacem, retinēt iura suitatis, & agnationis, & proinde succedūt,ac si non fuissent ingressi l. Deo nobis C.de episc.& cleric.vbi Glosa verbo parentum, vt omnes id notant,ac multi,quos referunt, & sequuntur Tiraq. de retract. lign. §.1. glos.8. num.19. & l. si vnquam,verbo, susceperit, num.42. C. de reuoc. donat. & Sanchez d. c. 12. nu.5. subdit post alios, secus esse in Monasterio, seu Religione incapace bonorum, eamq; ingresso; alij verò non dicuntur mortui mūdo, nisi quò ad eius contemptum, & quò ad possessionem propriæ voluntatis, & bonorum temporalium, vt optimè adnotauit Sanchez d. cap.12. nu.13. docens hoc solum colligi ex cap. prorsus 20. quæst.3. & cap. scripsit 27.quæst.2.quod etiam solum probatur in cap. placuit 16.q. 1. & volunt doct. in contrarium alleg. de his igitur Religiosis,qui ingressi sunt Monasterium incapax accipiendum erit statutum ex abductis in 1. fundamento pro hac parte.

Neq;ideo superflua esset controuersia scribentium, an sit vallidum hoc statutum; nam dubitari adhuc potest de eius valliditate ob deffectum potestatis disponendi de rebus, ac personis Ecclesiasticis, iuxta cap. benè quidem, 96. dist.cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia S.Mariæ, de constit.nec non cap. fin. de reb. Ecclesiæ non alie. cum ibi notatis,& alibi sæpè.

Licet etiam possit hoc statutū intelligi de captiuis, & alijs, qui pro mortuis ciuiliter à iure habentur, maximè cum verba statutorum proprè, & in potentiori significatione sint accipienda, vt supra in d. priori fundamento pro parte nega-
15 tiua deduximus;vbi etiam ostendimus statuta recipere interpretationē passiuam à iure communi; Vnde non obstat statutum, quia statuta Mediolani sunt intelligēda ad literam ex traditis, post alios ab ipso Carpan.ad.d. statu.5. cap.174.vol. 2. maximè à num.65.vsq;ad num.73. imo ad 77.quin potius
16 fauet,nam hoc statutum non admittit extensionem, prætertim ad casum improprium; ita post alios dicit Carpan. ibid. num. 14. cum seqq. & admittit restrictionem ad tollendum prauum intellectum, idem post nonnullos nu.24. & interpre-

tatio.

tationem, vt euitetur absurdum nu.88. (vbi multos refertur, & vt optime arguit Alba. d. cõſ. 422. in fin. ſi littere ſtatuti in herendum eſt, Monaſterium capax per illud ſtatutum non excluditur; ipſum enim, non autem Monacus, ſuccedit in hereditate defuncti; vt ſentit Bart. in l. 1. num. 21. ff. de vulg. ac pop. vt poſt multos probat Sanchez d. lib. 7. in Decaleg. cap. 12. num. 36.

17 Ad ſecundum fundamentum principale pro contrariâ opinione adductum, quò ad primam eius confirmationem, ſeu probationem, reſpondetur veriorem, & cõmuniorem ſententiam eſſe non valere ſtatutum excludens Religioſos à ſuceſſione quibuſcunque verbis accipiatur, vt ſatis oſtendimus in ſecundo fundamento per nos adducto, pro parte negatiua.

18 Ad ſecundam confirmationem, ſeù probationem eiuſdem poſterioris fundamenti principalis, dicitur, quòd imo vinculum cenſetur iniectum poſt clericatum, ſeu Monacatum ex eo, quod illud ſtatutũ diſponeret pro tempore inhabili, nimirum poſt profeſſionem, in quod confertur effectus ſtatuti, ac ſatis deduximus in d. poſteriori fundamento pro parte negatiua, ex quibus etiam patet non ſufficere, quòd ſtatutum conditum fuerit, antequam quis Clericatum, vel Monachatum ſuſcipiat, & tunc meritò dici ſtatutum præiudicare Eccleſiæ, & perſonis Eccleſiaſticis, in quæſitis, non autem ſolùm in quærendis, & pariter non obſtare, quod ab aliquibus adducitur de primogenito, qui per ſtatutum excludit ſecundo genitũ Clericum, vel Monachum poſtea effectum; nam primogenitus ſtatim vt naſcitur acquirit ius ad ſucceſſionem, neq; tunc eſt aliquis, de cuius præiuditio agi poſſit, immo neq; cui ius quæri poſſit, nil mirum ſi ſecũdò genitus, cum naſcitur excluſus maneat, neq; ei proſit, quod poſtea Clericus, vel Monachus fiat.

19 Ad tertiam confirmationem reſpondetur, quòd admiſſa quacũq; opinione, quod ſtatutũ excludat fœminas propter maſculos, includat etiam moniales, de quo tamen non pauci dubitant, hoc ideo eſt, quia Clerici, & Monachi eodem

ſtatu-

statuto pro se vtuntur, & vti possunt, vt communiter Doctores admittunt, & communius praxis habet, quare eodē statuto contra se vti debent, vt seruetur æqualitas; & quia Ecclesia vtens statuto aliquo laicorum illo vti debet cum suis qualitatibus, vt pariter Doctores communiter admittunt.

Neq; sola publica vtilitas sufficit, adhoc, vt statutum laicorum liget Clericos, & personas Ecclesiasticas, quoniam ad hoc deficit potestas, & iurisdictio, iuxta tex. d. cap. benè quidem 96. dist. cap. qua in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia S. Mariæ de consti. & cap. fin. de reb. Eccles. nō alien. cum ibi not. perscribentes ferè communiter.

20 Ad quartam cōfirmationem, seu probationem eiusdem posterioris fundamenti respondetur prout in simili respondet Duar. in d. can. 15. Bull. cœnæ quæst. 19. num. 35. quod statutum laicorū, quod expressam mentionem personarum Ecclesiasticarum, earumq; commodum, & fauorem concernit, vt post alios ibidem docet, & latius probauerat quæst. 17. num. 27. cum. seqq. & si in hoc est aliqua inequalitas ei cōsulere non debet sęcularis potestas, quæ caret iurisdictione in personas, & res Ecclesiasticas. cap. bene quidem 96. dist. cū alijs iuribus supra citatis, & summa est ratio, quæ pro Religione facit vulgata l. siue persona, ff. de regul. & sumpt. funer. & in hoc seruatur æqualitas, quò ad statutum excludēs fęminas propter masculos, quòd sicut clerici masculi excludunt à successione feminas seculares, ità femime moniales excludantur à masculis sęcularibus, vt ex Fœlin. d. cap. Ecclesia S. Mariæ num. 77. respondet Duard. vt supra num. 36. & quod statutum excludens secundo genitos à successione, sicut primogenitus clericus excludit secūdo genitū laicum, ita primogenitus laicus excludit secundo genitum clericum, vt supra diximus, & post alios sentit Duard. ibidem num. 37. generaliter verò quò ad statuta laicorum æqualitas in hoc.

Secunda est, quòd si clerici, vel Ecclesia vti volunt statuto aliquo, eo vti debent cum suis qualitatibus, & seruare quoq; aliud statutum, quod illi est correspondiuum, vt satis colligitur ex Carpan. d. cap. 180. num. 23. & cap. 201. verbo, non

sup-

suppositi, circa med. vol.2. Beletto. d. §.2. num.39. quomodo sunt intelligendi ab eo,& num.37.

21 Ad quintam confirmationem respondetur consuetudinem non extēdi de loco ad locum,nisi illi subditum, seu suppositum, vt post alios tradit Carpan. ad cap. 176. num. 23. cum duob. seqq.vol.2. statut. Mediol. subdens num.27. consuetudinem laicorū non ligare clericos, seu Ecclesiam post Bouerium in suis singul. verbo stylus nu.8. & Duen. reg.135. maximè si sit cōtra libertatem Ecclesiasticam,Duen.reg.143. hæc enim nulla est ipso iure, Auth. cassa ,& irrita cap. de sacros. Ecclel.

22 Deinde (vt audio) Mediolani non est consuetudo, vt Monasterium capax bonorum non succedat, sed solū incapax: quod si semel ita iudicatum fuit à quodam Senatore,præterterquamquod vnus actus non inducit cōsuetudinem, vt tradunt Doctores in cap.fin. de consuetud. atq; alibi passim, est enim vulgare axioma, non esse iudicandum exemplis, quod sumptum est ex lege, nemo, cap. de sent. & inter loc. coram iudi. cum simil.

23 Ad sextam breuiter respondetur. quod ex ijs, quæ adduximus in fine primæ confirmationis posterioris fundamenti pro parte negatiua, satis patet statutum, de quò agitur, esse contra Ecclesiasticam libertatem, eo quod auferat id, quod personis Ecclesiasticis de iure communi eis competit, præsertim per l. Deo nobis cap. de Episc. & Cleric.

## Consilium, & Responsum Secundum Decisiuum Eiusdem Celeberrimi, & Eruditissimi AVCTORIS In eadem causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

EPI-

Ecclesiarum bona, coloni, ac alij eorum famuli, sunt immunes ab omnibus oneribus extraordinarijs, etiam pro bonis, quę in dies acquiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas onerum extraordinariorum omni iure competit Ecclesiæ, & omnibus ab ea causam habentibus.*

2 *Nullus absq; licentia Summi Pontificis potest collectare personas Ecclesiasticas, nec eorum bona, & colonos.*

3 *Collectæ nullo modo imponi possunt bonis quouis modo ab Ecclesia acquisitis, aut acquirēdis à quauis laica potestate, tam quòd bona sint in æstimo, quàm quòd non sint.*

4 *Idq; defectu laicæ potestatis, & ne coloni Ecclesiasticorum duplici onere grauentur.*

5 *Immunitas competit Ecclesiæ ex Iure, & ex æquitate.*

Quicquid sit de omnib. ordinarijs, certum est bona Ecclesiarum exempta, & immunia esse ab omnibus extraordinarijs sæcularium potestate; idq; tam iure ciuili, quàm iure canonico.

1 Namquò ad ius ciuile textus sunt in l. 1. & 2. Auth. item nulla communitas, & l. omnes §. priuilegijs c. de Episc. & cleric. d. verò l. 1. in specie dicitur de hospitio militum.

In iure canonico habetur cap. non minus, & cap. aduersus, de immun. Eccles. cap. quamquam, de censib. in 6. cap. 1. de immun. Eccles. eodem lib. Clem. vnic. eodem tit. Cōc. Lateran. sub Leone X. sess. 9. tit. de reform. cur, & aliorum §. & cum à iure, cur sic, & cum in Lateranensi, vbi innouatur, quod in Concilijs generalibus statutū fuerit, ne Princeps, Respublica, aut Potentatus quicunq; collectas, decimas, & alia huiusmodi onera quibuscunq; personis Ecclesiasticis

imponant, exigantq; neue à sponte dantibus, & consentientibus, etiā recipiant, atq; in premissis auxiliū, fauorē, cōsiliūue palam, vel occultè præstantes, in excōmunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso incidant, & Respublica communitates, & Vniuersitates Ecclesiastico eo ipso subijciantur interdicto.

Et vlteriùs inibi decernitur, quod talia præsumentes ad omnes actus legitimos inhabiles, & intestabiles habeantur Concil. quoque Tridentinum sess. 25. cap. 20. de reformat. innouat, & exactè ab omnibus obseruari præcipit sacros Canones, & concilia generalia omnia; necnon alias Apostolicas sanctiones omnes in fauorem Ecclesiasticarum personarum, ac libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores æditas.

2 Deniq; habemus canonem, seu §. 18. Bullæ Cœnæ Domini, vbi disertis verbis excommunicantur, qui collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, & eorum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorū Ecclesiasticorum bonis, illorumq; fructibus, redditibus, & prouentibus absq; Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigūt, aut sic imposita, etiam à spontè dantibus, & concedentibus accipiunt: necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, fauorem, vel consilium præstare non verentur, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate; seù Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus, quicunq; etiam Regnis, Prouintijs, Ciuitatibus, & Terris, quoquomodo præsidentes, & Consiliatij, ac Senatores, aut quauis etiam pontificali dignitate insigniti; innouando decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quàm in alijs consilijs generalibus, edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis. Concilium autem hoc Lateranense est illud celebratum sub Leone X. mox relatum; alia Concilia generalia sunt Lateranensia sub Alex. III. & Innoc. III. d. cap. non minus, & cap. aduer-

aduersus; & Viennense sub Clem. V. in d. Clemen. vnic.

13 Huiusmodi autem onera extraordinaria non modò imponi non possunt Ecclesijs, pro earum bonis antiquis, seù in earum fundatione assignatis; verùm etiam pro bonis postea quocunq; tempore, aut modo per eas acquisitis, vel acquirendis; tum quòd prædicta cùm ciuilia, & canonica non distinguunt de bonis antiquis Ecclesiarum, vel nouiter ab illa acquisitis; vnde nec nos distinguemus, iuxta l. præses, la 2. ff. de offic. Præsid. l. Imperator ff. de postul. cum simil. tum per textum expressum in d. cap. 1. §. sanè de immunit. Eccles. in 6. ibi; decernimus, non licere præfatis communijs, scabinis, & ijs, qui in eis iurisdictionem temporalem obtinent, vel iustitiam sæcularem exercent, taleas, vel collectas, seù exactiones quascunq; Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædijs, vel quibuscunq; possessionibus ab eisdem Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis; etiam si ipsæ Ecclesiæ, vel personæ, vel res huiusmodi sint infra illorum districtum, vel territorium constitutæ. Idq; præter Glos. & doct. d. cap. 1. atq; alibi sæpè adnotarũt interpretes Bullæ Cœnæ can. 15. vbi post alios Alter. cap. 5. dubi. 6. Duard. quæst. 17. numer. 53. & latius in can. 18. q. 6. num. 1. vsq; ad 5. & num. 10. latissimè Carol. de Graff. tractatu de effectib. clericat. effect. 3. num. 26. cum duobus seqq. à 31. vsq; ad 38. & rursus à num. 162. vsq; ad 172. vbi etiam ostendunt id locum habere, siuè bona, quæ ad Ecclesiam, vel Clericum prouenerũt essent in æstimo, seù allibrata, vel non & siue titulo donationis, legati, alioue lucratiuo ad eam peruenerint, siue titulo venditionis, aut alio oneroso; quæ postrema distinctio, præter rationes Graff. d. effect. 3. num. 35. cum duobus sequentibus, ex eo etiam confunditur, quòd si Ecclesia grauatur in titulo oneroso, pretij, aut æquiualenti solutione, tũc debet potius releuari ab onere collectę, quàm cum ea titulo lucratiuo acquirit, & qui in vno grauatur, in alio releuetur l. eum, qui in prou. vbi Iason num. 4. ff. de iureiur. l. 1. §. deniq; vbi idem Ias. numer. 7. ff. ad Trebell. l. iu-

Mm 2 re

re succursum ff. de iure dot.

4 His, & illa æquitas accedit, quòd cum Ecclesia, etiam pro bonis acquisitis decima Papali grauari possit, & nunc re ipsa grauatur, non debet hoc alio extraordinario onere à sæculari Principe, vel ex hac ratione posse grauari; cum plura onera eiusdem generis, eodem tempore quis subire non debeat, l. si cum dotem §. si pater ff. sol. matrim. latè Card. Tusch. in suis pract. concl. tom. 5. lit. o. conclus. 137. vt nemo duplici onere grauatus sit, l. manus onusta §. cum autem ff. ad leg. Rhod. de iact. l. Stich. in fine ff. de vsufruct. leg. cum alijs, tum iuribus, tum plerisq; doctoribus ad id allegatis à Simon. Vaz in suis princip. & hoc communibus vtriusq; iur. lit. O. num. 7.

5 Siuè igitur æquitatem spectemus, siuè iuris rigorem debent Religiosi ex predictis immunes seruari ab oneribus saltem extraordinarijs, ac signãter ab hospitatione militum ex d. l. 1. c. de Epis. & Cler. cum sua glosa recepta in verbo Hospites; necnon ex cap. 1. iuncta glos. communiter approbata verbo Hospitium de immun. Eccles. Reiecta etiam illa distinctione de bonis Ecclesiarũ antiquis, vel nouiter acquisitis; & illa de acquisitis titulo lucratiuo, vel oneroso, quæ satis destruitur, tum ex superiùs adductis, tum ex eo, quòd bona æquè propriè acquiri dicuntur titulo emptionis, aut simili oneroso, ac titulo donationis, testamenti, aut alio lucratiuo, vt constat ex toto tit. ff. de acquir. rer. domin. & Inst. per quos persona nob. acquir. Ac deniq; illa distinctione de bonis allibratis, seù in æstimo antea positis, cum negari non possit, quin ea verè fuerint postea Ecclesiastica effecta, & mutatione personæ, statum, & naturam mutauerint, transeundo in personam priuilegiatam, vt latiùs deducit inter alios Gras. loco citato, & in d. cap. 1. de immun. Eccles. in 6.

bona per Ecclesias acquisita, vel acquirenda indistinctè à laicorum exactionibus eximuntur, & exigentes habentur pro violatoribus libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ.

Con-

# Consilium, & Responsum Tertium Decisiuum

## Eiusdem Celeberrimi, & Eruditissimi AVCTORIS In eadem Causa Ecclesiasticę Immunitatis.

### EPITOME.

Ecclesiasticæ personæ nullo modo comprehendi possunt in Nouis Constitutionibus Mediol. lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus §. oneribus, &c. vid. quòd bona ad illas transeant cum onere; nec in illa titul. de Pœnis, &c. quòd non transeant in personam non subditam; ac vt acquirendo fide iubeant, &c.

### SVMMARIVM.

1 *Statuta omnia, vt illud Med. Nou. Const. quòd bona non transeant in non subditos, nisi cum onere, quòd fide iubeant, soluantq; quandam pecuniæ summam, si intendunt includere personas Ecclesiasticas, sunt ex ipso iure nulla, & statuentes, ac exequentes sunt ipso facto excommunicati.*

2 *Huiusmodi statuta non sunt attendenda, nec amplectenda.*

3 *Ostenditur quæ sint statuta offendentia Ecclesiasticam immunitatem.*

4 *Ecclesia de iure communi potest quoquo modo acquirere.*

5 *Ostenditur non esse necessariam dispensationem traditam à Nou. Const. Med. pro acquirendo, maximè personis Ecclesiasticis, nec vnquam factum fuisse aliquem contractum celebratum sine illa.*

6 *Statuta si quæ obligare possunt Ecclesiasticos colonos ad onera, non*

*quem tamen illos ad extraordinaria obligare possunt.*

7 *Existente textu eximente Ecclesias ab omni onere, sequitur, quòd etiam in iure statutum oppositum obligans ad onus, nullum sit.*

8 *Imò, cum nulla laicalia statuta ligent Ecclesias, statuta contra libertatem Ecclesiæ illam minùs ligabunt, & ideo omnino nulla, & inualida sunt.*

9 *Dispositio statutorum comitatur secundum potestatem, & iurisdictionem statuentium.*

10 *Verba generalia non comprehendunt priuilegiatos.*

11 *Statuentes per supradicta statuta non intelligunt de Ecclesiasticis.*

12 *In quauis dispositione ea est facienda interpretatio, qua actus sustineatur.*

13 *Constitutio non potest referri ad ea, quæ speciali nota digna sunt, quale est priuilegium immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ in iure clausum.*

14 *Senatus, & Magistratus Mediolan. iudicarunt per illa statuta de non succedendo, de fide iubendo, & de oneribus, &c. non includi, nec agi de personis Ecclesiasticis.*

Quamuis ex ijs, quæ in alijs scriptis adducta sunt pro immunitate Ecclesiarum, quò ad bona, quouis titulo, ac tempore acquisita, etiam antea in catastro, seu æstimo descripta; satis appareat, quòd vbi existat ordinatio Excellentissimi Senatus Mediolani, & inde consuetudo, seu praxis inoleuerit, vt Ecclesia non acquirat bona titulo emptionis, aut alterius contractus, nisi ex dispensatione eiusdem Senatus, qui eam non cõcedit, nisi præstita fideiussione per Ecclesiam de soluendis oneribus ab emptore solui consuetis, nulla distinctione adhibita de ordinarijs, vel extraordinarijs oneribus (quod vix credibile est) neq; ordinatio, neq; consuetudo, praxisuè prædicta viribus subsistat, seu admittenda sit.

1 Tamen hoc ipsum ex eo quoq; apertè conuincitur, quòd statuta, consuetudines laicorũ contra libertatẽ Ecclesiasticam, sunt ipso iure nulla, vt patet ex noua constit. Friderici

Imperat. collatio 9. quæ summatim habetur in Auth. cassa. C. de sacros. Eccles. in hæc verba; cassa, & irrita esse denuntiari per totam Italiam præcipimus omnia statuta, & consuetudines contra libertatem Eccl. eiusq; personas inductas aduersùs canonicas, & Imperiales sanctiones, & ea de capitularibus pœnitus aboleri mandat noua constitutio; & de cætero similia attentata ipso iure nulla esse decernit. & quò ad statuta præter scribentes ibi, adnotarunt post alios Horat. Carpan. in prælud. statut. Mediol. nu. 49. & 579. vbi etiam cum alijs de communi testatur, quod etiam, plurimis relatis facit Carolus de Grass. tract. de effectibus clericat. effect. 2. num. 61. & num. 65. post multos idem docet, vbi statutum solùm indirectè foret contra libertatem Ecclesiasticam, quo etiam casu incurritur excommunicatio Bullæ cœnæ Dom. can. 15. in secunda eius parte; cuius hæc sunt verba: Nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seù quæuis alia decreta in genere, vel in specie ex quauis causa, & quouis quæsito colore, & etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint vnde libertas Ecclesiast. tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu Sedis Apostolicæ, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel espresse præiudicatur.

Ad hæc in cap. nouerit, de senten. excommun. excommunicatur qui seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas cōtra Eccles. libertatem, nisi ea de capitularibus suis fecerint amoueri. Item statutarij, & scriptores statutorum ipsorum, nec non Potestates, Consules, Rectores, & Consiliarij locorum, vbi huiusmodi statuta, & cōsuetudines editæ fuerint, vel seruatæ; nec non & illi, qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata. Ac tandem quò ad consuetudines, & praxes, seù obseruantias hac in re attinet ad finem eiusdem Bullę cœnæ habētur hæc verba; Non obstantibus priuilegijs (& post pauca) nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac

præscriptionibus, quantuncunq; longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias, quò minus includantur in eis se iuuare valeāt, & tueri. Per quæ verba, & alia prædicta satis, superq; apparet non esse attendendam ordinatio-
2 nem aliquam laicæ potestatis, aut cōsuetudinem inductam à laicis contra libertatem, seù immunitatem Ecclesiasticā, quæ duo idem prorsus esse ostendit Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. num. 1. ac præterea manifestè colligitur ex cap. 1. in principio de immunit. Ecclesiæ lib. 6.

3 Illa verò statuta, seù consuetudines sunt cōtra libertatem, seù immunitatem Ecclesiasticam, quæ alicui Ecclesiæ auferunt ius, aut priuilegium illi concessum à Deo, vel Papa, aut Principe sęculari, vel à iure communi, vt post multos ex recepta Doctorum sententia tradunt Iul. Clar. in praxi crimin. seu §. fin. quæst. 77. versic. facientes. Carpan. in d. prælud. statut. Mediol. num. 583. cum seq. Flau. Tort. in prælud. ad stat. Papiæ num. 45. Duard. in d. can. 15. Bullæ cœnæ. quęst. 19. nu. 1. & 2. latissimè Carol. de Graff. d. effect. 2. à nu. 67. vsq; ad 78.

4 Possunt autem de iure communi Ecclesiæ, siue per vltimam voluntatem, siue titulo venditionis, aut alio quocumq; inter viuos à quouis bona acquirere, vt constat ex l. 1. C. gen. Auth. ingressi. Auth. si qua mulier. l. iubemus, la. 2. §. verum. l. pen. & vlt. C. de sacros. Eccles. d. cap. 1. & cap. fin. de immunit. Eccles. in 6. vbi excommunicantur tamquam derogantes libertati Ecclesiasticæ interdicentes suis subditis ne quicquam vendant personis Ecclesiasticis. Verùm de hoc etiam mox aliquid dicemus.

Ex hactenus tamen adductis satis patet non obstare conclusioni, quam in his, & alijs scriptis firmauimus, Nouam constitut. Mediolani sub titulo de pœnis. §. collegijs, vbi decernitur, ne cuiusuis personæ, Collegio, aut vniuersitati liceat vendere, nec alienare, etiam per vltimam voluntatem rem aliquam immobilem huius dominij; neq; annuum reditum, aut eorum vsum fructum in personam huic Domi-

aio non subditam, sub pœna amissionis rei sic venditæ, vel alienatæ, vel prætij eiusdem; bonaq; res, & prætium ipso iure, & facto in fiscum perueniant; contractus, & alienationes non valeant.

Nam, præterquam quòd hæc constitutio vbi statuentes comprehendere voluerint etiam Ecclesiam acquirentem, nullius est momenti, tamquam contra libertatem Ecclesiasticam, iuxta supradicta, & communiter tradita per doctr. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. d. cap. nouerit, de senten. excommun. & in dican. 15. Bullæ Cœnæ, ac præsertim Duard. quæst. 19. à n. 83 vsq; ad 110. Plot. cons. 19. num. 12. Crass. d. effect. 2. num. 61. & 65. iuncto num. 333. & ex defectu potestatis per tex. in cap. benè quidem 96. dist. cap. quæ in Ecclesiam, & cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. cap. fin. de reb. Eccles. non alienandis, cum suis concord.

5 Adhuc verius est voluisse statuentes comprehendere Ecclesiam, prout in simili statuto post plurimos, quos refert, ex communi resoluit Crass. d. num. 333. & in specie huius nouæ constit. Mediol. pluribus comprobat Plot. d. cons. 19. nu. 2. cum trib. seq; iuncto num. 11. & 12. & in addit. ad cons. 63. Mart. Laudens. & ex communi multis citatis tradit Carpan. in commentar. d. §. Collegijs, verbo non subditum, nu. 150. & 151. vbi inter alios recenset Clar. §. fin. quæst. 82. ad quintum statutum: & Boss. tit. de poen. num. 43. dicentem nunquam vidisse infringi alienationem alicui personæ Ecclesiasticæ factam sine Senatus dispensatione; & ipse Carpan. d. num. 150. sentit eam dispensationem non esse necessariam, quod eo latiùs confirmat Lancellot. Gall. cons. 58. num. 87. cum aliquot sequentibus. Atq; hoc ipsum, quòd nimirum statuentes noluerint in hac constitutione comprehendere Ecclesias, facilè suaderi potest; tum ex eo, quòd statuta ita sunt interpretanda, vt habeant rationabilem sensum, neq; ad illicitũ trahantur, aut sequatur absurdum, vt post alios tradit Carpan. in d. prælud. num. 293. 295. 296. & 298. cũ seq. at rationabile non est, sed absurdum, quòd Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ sint deterioris conditionis quàm laici, vt

tra-

tradunt communiter Doctores in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. l. 1. & l. generali C. de sacros. Eccles. atq; alibi sæpè pariterq; hæc constitutio traheretur ad illicitum quoniam tolleret Ecclesiæ libertatem, quod habet à iure acquirendi bona, d. c. 1. l. generali, & l. iubemus l. 2. §. verū C. de sacros. cumsimil. adhoc supra citatis. Tum ex eo, quòd esset contra libertatem Ecclesiasticam, atq: adeo nulla, quod noluisse statuentes censendum est, & ex alijs fundamentis adducendis, quo ad hoc circa sequentem nouam const.

5 Eadem ratione constat non esse attendendam, neq; dictæ conclusioni in his, & alijs scriptis firmatæ obstare aliam nouam constitutionem Mediolani sub tit. de oneribus in principio, vbi cautur, quòd acquirentes bona quocunq; titulo, etiam causa dotis, vel priuilegiata, & siue ex successione vniuersali, siue particulari, etiam si acquirentes immunes, & exempti essent, teneantur ad solutionem omnium onerum his modo, & forma, prout tenebatur ille cuius erant bona, & in eo loco vbi solui consuetum fuerat, pro huiusmodi bonis acquisitis onera quelibet sustinere, quia voluit statuentes, bona cum suo onere transire debere; quod postremū etiam vniforme est iuri communi dictanti rem transire cum onere suo l. alienatio la 2. ff. de contrahend. empt. l. si diuina c. de exactio. tribut. lib. 10. cap. si quis laicus 16. q. 1. cap. ex litteris, de pignor. cap. cum non sit, de decim. & extrau. vnic. §. de stagnis, vers. quid si hæc eodem tit. in commun.

6 Verùm, quod attinet ad hoc iuris axioma, rem transire cum onere suo, accipiendum est de onere affixo, & annexo ipsi rei, qualis est census, & tributum prout post Marantam cons. 99. num. 7. alios allegantem illud hac in re accipit huic fundamento respondens Crass. d. tractat. de effectib. clericat. effect. 3. num. 33. & Duard. in comment. can. 18. Bullæ Cœnæ quæst. 6. nu. 6. idemq; sentit Sim. Vasq. in d. princip. vtriusq; iur. lit. R. num. 17. dum asserit hoc axioma intelligi quando onus est reale, id ex iurib. & Doctorib. comprobans, quod & suadet illud pronomen, suo; quod stat restrictiuè, & significat immediationem quandam, vt post Menoch. cons.

328. num. 24. docet Aug. Barbos. tracta. de Dictionibus, & clausul. diction. 344. num. 3. onus autem extraordinarium, ac præsertim hospitationis militum, de quo nunc agitur, certum est non esse reale, sed vel personale, vel mixtum, ad quod indistinctè non tenentur Ecclesiæ, vt alijs scriptis deductum fuit, per l. 2. C. de Episc. & Cleric. cap. 2. iuncta glos. de immun. Eccles. & colligitur ex cap. expedit. Natt. cons. 203. nu. 2. Corr. cons. 72. num. 16. lib. 4. & Ias. in l. placet, notab. 2. C. de sacros. Eccles. id deducit ex eo, tex. quod idem de contributione, seu expensis, quæ loco hospitationis fiunt, statuendum est, Natta cons. 280. col. fin. Castr. cons. 423 col. fin. lib. 2. Bursat. cons. 16. num. 6. iuncto 27. sentiuntq; Bar. l. vnic. num. 30. C. de mulier. & in quo loco, &c. lib. 10. Bald. in l. etiam, in fi. c. de execut. rei iudic. Bellon. cons. 12. num. 4. Ripa respons. 1. tit. de muneri. & honor. numer. 3. & seq. ac probatur ex regula subrogatorum, de qua in l. si eum, §. qui iniuriarum, vbi Bart. Bald. & alij ff. si quis caution. cum vulgar.

7 Deinde cum textum specialem habemus eximentem Ecclesias, earumq; bona ab omnibus exactionibus, etiam pro bonis acquisitis, vel acquirendis, per eum satis derogatum censetur illi generali axiomati, quòd res transit cum onere suo; nam generi per speciem derogatur, cap. generi de regul. iur. in 6. & in toto iure (vt ait l. C. l. in toto ff. eodem tit.) generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

8 Quò ad ipsam verò nouam Constitutionem Mediolani prædictam de oneribus, Respondetur primò, quòd si illi, qui eam constitutionem ediderunt, etiam Ecclesias, & bonorum acquisitionem ab ipsis faciendam comprehendere voluerunt, nihil prorsus egerunt, tum ex defectu potestatis, tum quia ea constitutio foret contra libertatem Ecclesiasticam, & quæ Ecclesijs auferret liberum ius acquirendi bona, quod eisdem à iure communi conceditur, iuxta latè superius deducta, quæ quidē procedunt, licèt huiusmodi cōstitutiones non faciant in specie mentionem de Clericis, vel Ecclesijs, vt

pro-

probat Alba cõs.8.n.3.& Craff. d.effect.2.n.77.ac 111.satisq; cõstat ex d.can.13.Bul.Cõ. ibi,in genere,vel specie; put inter cœteros Duar.ibi exponit q.20.citans Vgol.alios allegantem.

Respondetur secundo, verisimiliter noluisse statuentes in præfata noua constitutione comprehendere Ecclesias vel bona per ipsas acquirẽda, cum regulariter statuta laicorum non ligent Ecclesias, nec Ecclesiasticas personas, eorumue bona, vt post alios tradit ex cõmuni Aegid. Boss. in sua praxi crimin. tit. de pœnis, num. 43. & rursus tit. de Principe, & priuil. eius num. 339. & ex magis communi Carp. in dictis prælud. stat. Mediolã.nu.563.nec nõ pleriq; relati, & laudati à Carolo de Craff. d. effect. 2. cum multis seqq. ac. numer. 33. 34. & 38. at verò sub numer. 10. id post multos ostendit, licet statutum vtatur verbis quantumuis generalibus, & vniuersalibus, vt puta, quicunq; quilibet, omnes, aut similibus,vel si diceretur, quæuis persona cuiuscunq; status & conditionis existat, vt num. 11. alijs citatis huius rei eam rationem affert, quia dispositio statuentium limitatur se-
9 cundùm eorum potestatem, & non creditur voluisse illas personas in generali dispositione statuti comprehendere, de quibus in specie disponere non potuissent. duobus deinde num. seqq. duas alias in id rationes afferens, satisq; confir-
10 mans, quòd nimirum verba generalia non comprehendunt priuilegiatos, & intelliguntur iuxta subiectam materiam, ac restringuntur ne odiosa comprehendant. quibus & illæ adijci possunt, quod statuta ita sunt accipienda,vt per ea,quàm minus fieri possit, lædatur ius commune latè Surd. tract. de alimen. tit.8. priuil.90, num.4. Carpan. in d. prælud. nu.238. 253. 339. & vt correctio iuris communis vitetur, num. 269. à quo recipiunt interpretationem omnia statuta; vt quamplurimis relatis tradit Carpan. ibidem, à nu.274. vsq; ad nu. 286. inter quas interpretationes illam ponit post alias sub.
11 num.288. cum duob. seqq. ne quis amittat ius suum, & indebitè damnum patiatur, atq; cum illa ratio, quòd statuta ita interpretanda sunt, vt habeant rationabilem sensum, & sanum intellectum, & ne trahãtur ad quid illicitum, vt post

alios

alios docet Carpan. in d. prælud. nu. 293. 295. & 296. at verò irrationabile est credere voluisse statuentes paris conditionis facere Ecclesias, ac personas Ecclesiasticas, & laicos, quò ad sustinenda onera pro bonis acquisitis contra iura expressa Ecclesias eximentia ab oneribus laicorum, etiam quò ad bona nuper acquisita, ideòq; prædicta constitutio traheretur ad illicitum, essetq; contra libertatem Ecclesiasticam vt superiùs latè deductum fuit. Ac præterea illa ratio addi potest ad excludendam voluntatem statuentium compre-
12 hēdi Ecclesias, & bona per eas acquisita, quia in quauis dispositione ea est facienda interpretatio, qua actus sustineatur, l. quoties, ff. de reb. dub. cum alijs, tum iurib. tum Doctorib. quib. id latè comprobant Menoch. lib. 6. præsumpt 4. ferè per tot. & Simon Vaz. in princip. & locis commun. vtriusq; iur. sub. l. A. num. 61. & seq; inualidus autem esset actus ac. d. constitutio si comprehendere voluissent statuentes etiam Ecclesias; quoniam vti contra libertatem Ecclesiasticam esset nulla Auth. cassa. c. de sacros. Eccles. cap. benè quidem, 96. dist. cum alijs superius ad id allegat.

13 Accedunt & illę duæ rationes, quas latius prosequitur lancell. Gallia. d. cons. 59. nu. 81. cùm duob. seqq. tradens constitutionem generalem non referri ad ea, quæ speciali nota digna sunt, neq; derogare priuilegio inserto in corpore iuris; subdens. d. nouam constitutionem de oneribus ex præfato duplici capite, defectus sil. voluntatis, ac potestatis statuentium, eam non comprehendere Ecclesias bona acquirentes; atq; in terminis eiusdem constitutionis sub. num. 87. & 94. adducit Plot. in additionibus ad cons. 63. Martini Laudensis, vbi etiam Plot. attestatur ita sæpe ab illus. Magistra. & ab Excell. Senatu fuisse iudicatum, atq; huiusmodi obseruantiam magnopere commendat. Et comprobatur etiam ex quampluribus declarationibus, quæ in similib. casibus
14 factæ fuerunt, tàm in senatu, quàm in magistratu, & exhibentur, nec non ex instructione, quam Magistratus anno 1541. 4. Augusti dedit Alexandro Crasso pro reformatione partiti taxarum agri Papiensis. Ita etiam fuit ordinatum pro

Mo-

Monialibus. sancti Dominici Nouarię. die. 23. Septembris 1558. vt refert Plot. in prædict. addit. sub num. 13. & à Duce Suessę tunc Mediolani Gubernatore, vt testatur Magistratus ordinarius in litteris datis die 14. Decēbris 1558, pro religiosis S. Bartholomęi de Caua curta, & per Excellentissimū Senatū die 23. Martij 1564. ad relationē Ill. Senatoris Montij, qui ita etiam facto verbo cum eodem Excell. Senatu sub die. 12. Februarij 1573. stabiliuit æstimum Melegnani, demptis Ecclesiasticis. Huiusmodi autem consuetudo interpretatiuæ legis, seù obseruantia maximè attendenda est. l. minimè. & l. si de interpretatione cūm seqq. ff. de legib. cap. cum dilectus de consuetud. latè in terminis huius constit. Gall. d. cons. 59. à num. 94. vsq; ad 100. inter cætera per tex. in l. quod si nolit. §. qui assidua ff. de ædilitio edicto, & cap. cum. M. de constit. maximè in materia onerum. Alex. cons. 52. num. 4. & 5. lib. 5. Socin. iun. cons. 49. nu. 16. lib. 1. Osasc. deci. 43. in fi. Duen. reg. 100. limit. 1.

3

## Consilium, & Responsum Quartum Decisiuum Eiusdem Celeberrimi, & Eruditissimi AVCTORIS In eadem causa Ecclesiasticæ Immunitatis.

EPITOME.

Statuta quæcunq; ac nouæ Constitutiones Mediol. titul. de oneribus, de fide iubendo, & alia his similia officientes Ecclesiasticæ libertati, & immunitati, nulla,
4 & inualida sunt.

SVM-

1 *ADducitur ratio ostendens noluisse statuentes per statuta, quod bona transeant cum onere, quod acquirentes fide iubeant, dum transeunt de supposito in non suppositum, comprehendere Ecclesiasticas personas, quamuis populariter sic existimetur, & obseruetur.*

2 *Item quòd nullo modo potuerit illos comprehendere.*

3 *Ecclesiastici non tenentur parere supradicto statuto.*

4 *Statuentes, & exequentes quid contra Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem, sunt excommunicati.*

CRedibile certè est Ecclesiasticos non comprehendi in statuto Mediolani sub num.44.
1 volu.1. De fideiussione præstanda. Primò, ex eo, quòd statuentes ipsi noluerint comprehendere Ecclesiasticas personas ex eo, quòd non suppositorum appellatione includere eos dumtaxat voluerint, qui alias suppositi esse possent; cum priuatio præsupponat habitum l. decem, vbi Bart. & Doct. ff. de verb. oblig. l. manumissiones ff. de iust. & iure cap. ad dissoluendum, de despons. in pub. & cap. de infidelibus, de consang. & affin. latè Euuard. in Topic. iur. loc. à priuat. ad habitum, ac præsupponit saltem potentiam; prout & Philosophi asserunt, & ex iure apertè habetur; vnde Lapis, aut etiam Talpa non dicitur cœca, quia non potest sui natura videre; & seruus manu missus capite non minuitur; quia nullũ caput habet l. liberos, §.fin. ff. de cap. minus, & §. seruus instit. de capit. diminut. cum simili. Secundò, ex eo, quòd statuẽtes nõ potuerint Ecclesiasticas personas, aut res comprehendere, quia laici de rebus, personisue Ecclesiasticis disponere, maximè ad earum præiuditium, & grauamen nequaquam possunt cap. benè quidem 96. dist. cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. Eccles. cum suis concord.

Et quamuis Felin. d. cap. Ecclesia. S. Mariæ num. 81. vers.

ter-

tertius casus, & allij, quos referunt, & sequuntur Carpan.ad statut. Mediol. 21. prelud. num.600. & Carol. Crass. tract. de effectib. Clericat. effectu 2. numer. 132. cum duobus seqq. velint statuta laicorum ligare clericos vbi ea concernunt tantum ordinatoria iuditij, tamen apertè loquuntur, aut certe accipiendi sunt vbi statutum non loquitur in personam iuxta tradita quoq; per ipsum Carpan. ad cap. 83. num. 2. vol. 2. stat. Med. atq; alibi sæpe, Crass. loco citato præsertim nu. 186. & 589. cum seqq. Hond. cons. 3. num. 29. & duob. seqq. volum. 1. Tiraq. ad leg. connubiales glos. 8. quest. 27. num. 225. & melius. tract. de primogen. quest. 46 nu. 4. vsq ad. 8. Vrsil. ad Afflict. decis. 310. num. 4. cum seqq. Io. Mar. Belle-ctus post multas disquisit. Cleric. par. 1. tit. de exempt. Cleric. à statut. secular. §. 4. num. 19. & 22. præterea apertè loquntur Carpan. & Crass. cum citat. abeis vbi Clericus laicum coram iudice seculari conueniat, secus autem omnino dicendum erit vbi cum coram Iudice Ecclesiastico conueniat, vt mox latius ostendemus.

3 Tertiò deniq; ex eo, quòd non tenentur Ecclesiastici ad fidè iubendum ad formam statut. quoniam statutum loquitur in casu, quo non suppositus conuenire velit laicum, seu suppositum statuentibus, seu dominio Mediolani, hoc est quando sunt actores, quod idem est, vt satis constat ex tex. in l. 2. ff. nequis eum, qui in ius vocat, est vi exm. cap. cum sit generale, & cap. ex parte §. de for. compet. cap. statutũ §. cum verò de rescript. in 6. secus autem erit cum Ecclesiastici non conueniunt aduersantes coram aliquo iudice, sed potius conuenti abipsis aduersarijs fuerunt, vt puta quià ijs Ecclesiasticis denuntiari curauerint aliquam sententiam, qui vexationem iniustam redimentes iudicem sibi non suspectum dari postularunt, coram quo excipiant de nullitate, & iniustitia ipsius assertæ sententiæ, eamq; vt talem faciant ab eo declarari.

4 An verò pars aduersans Ecclesiasticis, per talem actum denunciationis sententiæ à causa cadat, Iudexq; priuandus sit officio, iuxta tex. in d. cap. si quis diligenti, Auth. statuimus

mus cap. de Episc. & Cleric. eorum sit iudicium, quorum interest. Et An, tam Iudex, quam dicta pars aduersans cadat in excommunicationem ex dispositione tex. d. cap. 2. necnon Bullæ Cœnæ Domini can. seu §. 15. ipsi viderint, & conscientiæ suæ consulant; indubiè enim hoc apud sapientes benè sapientes, & rectè, ac catholicè sentientes plusquam verum, & clarum est, & ob id non vanum erit suspicari, quod multi apud Dominum pareant, qui infirmitatis suæ pericula non curant, nec vulnera sanant.

# Celeberrimi, ac Eruditissimi V. I. Consulti Sacræq; Theologiæ Doctoris DOMINICI ANFOSII V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum.

## EPITOME.

Bona quæcunq; Ecclesiasticorum, etiam quæ in ipsos nouiter peruenerunt, licèt prius in publico ęstimo allibrâta, & cathastrata in ipsos iam peruenta, vel quæ in dies peruenient, nullo modo possunt collectari pro oneribus extraordinarijs, neq; etiam pro illa parte, quę remanere existimatur colonis eorum solutis Dominis, & deductis expensis seminum massaritij, & culturæ, morę cæterorum negotiatorum.

## SVMMARIVM.

1 Onera fixa, certa, immobilia, realia, tributaria, quæ in dies imponuntur rebus ipsis, pro ipsismet rebus sequuntur rem quocunque ierit, quia sunt perpetua.

2 Onera extraordinaria, quæ sunt iurisdictionis imposita personis pro rebus, non sunt perpetua, nec sequi debent rem quocumque ierit.

3 Bona priuatorum, & si catastrata, & in libro æstimi allibrata, non sunt hypothecata pro oneribus extraordinarijs.

4 Bona catastrata non transeunt in Ecclesiam nisi cum illo onere, quo sunt hypothecata in dicto catastro.

5 Statutum extat particulare Ciuitatis Papiensis circa collectas.

6 Debitum, & creditum singulorum, non est debitum, & creditum Vniuersitatis, & è contra.

7 Priuilegium singulare non est Vniuersitatis, & è contra.

8 Vniuersitas, & singuli de Vniuersitate nil habent commune intra se.

9 Obligatione communi non potest capi res singularis.

10 Liberatio, lis, & his similia Vniuersitatis, non afficiunt singulos de Vniuersitate, & è contra.

11 Vniuersitas est quidem conflatio vnius corporis ex pluribus, non tamen est singulorum.

12 Inter illos de communitate licèt bona sint communia nullus tamen singularis partem habet in bonis Vniuersitatis.

13 Ante indictam collectam nullus, & si laicus, tenetur pro bonis suis catastratis ad solutionem debitorum Vniuersitatis.

14 Quando priuati obligentur pro bonis suis ad solutionem onerum extraordinariorum.

15 Bona Ecclesiastica sunt excepta à laica potestate.

16 Onus capitationis impositum post mortem obligati ad illud, nō debet solui per eius hæredes, nec defunctus tenetur pro collectis impositis post eius mortem.

17 Nec minùs Ecclesia pro bonis sibi ab illo relictis tenetur ad onera extraordinaria.

18 Ecclesia non tenetur ad onera mixta imposita personæ pro rebus, quia

*quia persona Ecclesiastica est priuilegiata.*

19 *Res non tenetur ad onus dum est apud eum, qui non tenetur ad tale onus; nam ex mutatione personæ mutatur status rei.*

20 *Quàm indebitè, & nequiter collectentur bona translata in Ecclesias; & hoc etiam habetur num. 28.*

21 *Noua constitutio Mediolani titul. de pœnis §. Collegijs nullo modo cóprehendere potest personas Ecclesiasticas; nec aliud quodpiam consimile decretum laicorum.*

22 *Constitutio, seù quodlibet laicale decretum de oneribus, sil. quod bona transeant cum onere, non est de extraordinarijs, nec de illis afficere potest Ecclesiam.*

23 *Onera Ecclesiasticorum sunt numero plura, & grauiora oneribus laicorum.*

24 *Bona Ecclesiasticorum extant beneficio laicorum, quod non est è contra.*

25 *Onus hospitandi milites, & Mensuale sunt onera extraordinaria.*

26 *Ad onera extraordinaria non tenentur Ecclesiastici, nec eorum massarij, seu coloni.*

27 *Obiectionibus aduersantium respondetur, illas ressoluendo, & inuallidas ostendendo, vsq; ad finem.*

28 *Numerus hic 28. respicit num. 20. & in eo continetur, proinde contenta in eo ibi require.*

## *NE SCRIBAM VANVM, DVC PIA VIRGO MANVM.*

Communitas quædam pro sustinendis oneribus hospitationum militum, præcedente Excellentissimi Senatus dispensatione, constituit quosdam annuos census super bonis, & iuribus Communitatis, & priuatorum municipum soluentium onera cum dicta Communitate, quem censum sic constitutum vendiderunt diuersis personis emere volentibus: per hæc verba, obligando dictam Communitatem, & illius omnes singulares personas, bona, & iura quæq;



Caius

Caius tunc municeps, & qui soluebat, sicut cœteri, onera cum dicta Communitate tempore constitutionis illius census, & venditionis eiusdem à Deo vocatus ingressus est relegionem capacem bonorum in Communi, in qua emisit professionem; eamq; Hæredem instituit omnium bonorum suorum, in qua transiui t dicta hæreditas professi, ære tamen non modico grauata alieno.

Modò, dicta Communitas prætendit exigere annuos redditus pro portione à dicta religione; ex multis.

Primò, sub eo colore, quòd tempore creationis, & venditionis dicti census, illa bona essent cadiastrata, & affecta dictis oneribus, quodq; pro releuatione, & commodo dictorum bonorum, illud æs alienum contractum sit, & proinde licèt transierint in Ecclesiam, censeantur transijsse cum huiusmodi onere iam imposito. Bellon. Iunior. cons. 69. per totum, Surd. cons. 262. num. 1. & sequenti. Go. cum intus c. Pastoralis de decimis, l. Alienatio ff. de contract. empt. Curt. Iun. cons. 68. num. 4. stante maximè Const. Nou. Mediolani titulo de oneribus; vbi expresse cauetur, bona debere trãsire cum onere suo, in quemcũq; trãnseant, quòd sequitur rem, sicut lepra leprosum, Bald. cons. 407. in principio, vol. quinto, Paul. de Castro in l. Inter debitorem nu. 4. ff. de pactis. Negusan. de pignor. 4. membro par. 2. nu. 125.

Secundò, quia, esto, immunitatis priuilegium posset competere dictæ Religioni, id solum intelligendum, quò ad onera futura, non autem quò ad præterita, qualia sunt isthæc onera, de quibus quæritur, quia, antequam bona illa transissent in Ecclesiam, iam debitum erat contractum, & obligatio nata; & per consequens bona affecta, l. 2. §. qui à muneribus, ff. de vacat. muner. l. Incola 2. ff. ad municipal. Natt. cons. 71. num. 1. Surd. cons. 147. num. 11. Bellon. dicto cons. 69. num. 33. Sic in casu nostro videtur dicendum; nec sine ratione; quia in his oneribus extraordinarijs est inspiciendũ tempus, & causa, quo, & propter quam Communitas contraxerit debitum prædictũ, ex quo causatur inde obligatio collectandi, Natt. dicto cons. 71. nu. 1. Andr. Gail. obseruat.

52. num. 16. lib. 2. Surd. dicto cons. 146. Bellon. dicto cõs. 69. num. 48. Bart. in d. l. Incola 2. num. 4. ff. ad municipal. vbi cauetur sufficere, ad hoc, vt quis cogi possit ad onera, causa, propter quam datur onerũ suppositio, originem habeat ab eo tempore, quo municeps erat obligatus, vel ratione incolatus, vel ratione bonorum cathastratorum: ratio rationis est, quia recessus non liberat recedentem ab oneribus impositis occasione præcedẽtis obligationis contractæ ante recessum, glos. in d. l. Incola, & auct. addit. ibi ad Bart. versic. quærit glos. ff. ad municipiales ex speculat. Bald. Angelo, & alijs; At, cum tempore, quo Communitas contraxit illud debitũ, & obligationem suscepit super municipũ, capitationem, ipsorũq; omniũ bona, dictus Caius esset laicus, & municeps, solueretq; onera, & realia, & personalia, cum dicto Communi, super quibus impositus est cẽsus per dictũ Commune, omnis non modò æquitas, sed & Iustitia exigit, vt ad sanandum illud debitum contractum pro dicto Caio, & ipsius bonis, quibus erat adiuncta hospitatio militum, teneantur illam, & bona, esto transierint in Ecclesiam.

Tertiò, Quia id videmus passim obseruari in nouis Ciuibus, qui non tenentur ad onera vetera imposita, sed tenẽtur Ciues veteres, qui inerant tempore obligationis per vniuersitatem contractæ; Andreas Gail. de Aresto. Imper. cap. 9. nu. 21. Bart. in l. Prouidendũ, n. 3. C. de Decurionib. lib. 10. specul. de cẽsib. exact. & procurat. §. 1. nu. 12. vbi habẽtur rusticũ venientem ad habitandũ in aliquã villam grauatam debitis, non teneri ad debita vetera causata tempore, quo non erat adhuc ingressus, sed teneri illos, qui aderant tẽpore debiti contracti, Bald. cons. 47. sub numero 7. vol. 3. & in l. prima, §. Quod cuiusq; vniuers. nomin. caueat Corn. cons. 24. n. 15. vol. 4. Alex. cons. 145. nu. 5. vol. 2. Bero. cons. 150. nu. 28. vol. 3. Thomat. de collectis, §. Pauperes an aliquibus muneribus alligari possint num. 11. fol. mihi 411. impress. Lugdunensis. Costa de subsidiarijs, remedio 81. num. 7. sic dicendum videtur in casu nostro, quia non est conueniens, vt noui aduenientes ad habitandum in illa villa; item, nec qui

habent bona cathastrata, soluant onera pro dicto Caio, qui & ipse erat tempore contractæ obligationis municeps, & accola dictæ Communitatis.

Sed his minimè attentis, totum contrarium verius est, & tutius in vtroq; foro, & poli, & fori.

Pro faciliori huiusce quæstionis profligatione præmittendum est.

1 Primò, duo dari regulariter onerum subditis imponẽdorum genera; Alia sunt ordinaria, fixa, certa, & immutabilia, quæ imponuntur rebus ipsis, pro ipsis rebus, quæ alio nomine realia, nuncupantur, vel tributaria; Hæc sequuntur rem quocunq; vadat, adhærentq; fundo perpetuò, sicut, vt diximus, lepra leproso, & pro istis oneribus, bona in cathastro descripta semper censentur obligata, & hypothecata vigore dictorum onerum Principi soluendorum, Bart. in l. vnica C. de vacat. public. munerum lib. 10. Iason. In prima lectura, l. Placet num. 6. C. de sacrosanct. Ecclesijs, Bald. cons. 407. in princ. vol. 5. Mantic. de Tacit. & ambiguis lib. 11. tit. 18. nu. 13. & circa hæc, non versatur casus noster; non desunt tamen Doctores, & magni nominis, qui tenent, nec ad ista onera ordinaria teneri bona Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis relicta; Bart. cons. 180. Bald. in dicta l. Placet C. de sacrosan. Ecclesijs Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 76. de constit. Marc. Brun. cons. 40. nu. 5. Bellon. sen. cons. 40. Card. Alb. de immun. Ecclesiæ per totum, Ruin. cons. 117. per totum vol. 4. & alij multi; sed de his hic disserere nostri non est instituti.

2 Alia sunt onera extraordinaria, quę imponuntur personis pro rebus in signum superioritatis, iurisdictionis, & subiectionis, quas vocitant collectas, à colligendo, quòd à diuersis subditis pro necessitatibus vniuersitatis colligantur, quando bursa communitatis est exausta, nec aliqua ipsius propria bona quibus possit tueri, & sustinere, suppetunt. Hæc non imponuntur perpetuò, sed ad tempus pro occurrentibus, necessitatibus, quãdiu Bursa Communitatis remanet exausta, & nulla sunt bona propria Vniuersitatum collectantium,

tunc

tunc in subsidium recurritur ad Bursam priuatorum subditorum ratione personæ, capitis, vel bonorũ, de quibus, Bar. dicto cons. 180. num. 1. & 2. Menoch. cons. 297. nu. 3. Galli. cons. 59. num. 51. Alex. cons. 78. num. 4 colum. 6. Lessius de Iure vniu. par. 3. cap. 9. nu. primo, pro istis oneribus extraordinarijs, & seu collectis, circa quas versatur hic casus noster, nulla Communitas, nulla Vniuersitas, nulla vel Ciuitas habet aliqua bona incolarum, & habitantium subditorum municipum, nec aliquorum in eis onera soluentiũ, siue realia, siuè personalia, obligata, nec hypothecata, Mantica. de Tacitis, & ambig. dicto lib. 11. tit. 18. num. 15. Ruin. cons.
3 111. num. 14. vol. 1. qui dicunt, esto bona priuatorum sint cathastrata apud libros æstimi, & cathastri villarum, locorum, & vniuersitatum, vel Ciuitatum, tamen ipsorum bona non sunt pro talibus extraordinarijs oneribus obligata, nec hippothecata, secus in oneribus tributarijs; ratio est, quia hypotheca non cadit super incerta obligatione, qualis est ista de qua quæritur, cum collectæ istæ, ac onera extraordinaria sint incerta; Id enim esset contra naturam ipsius hypothecę, vt caderet super re incerta; Crauet. cons. 872. nu. 4. ex Bald. Archid. Io. Andrea, Castrense, add. ad Bart. in l. rescripto §. fin. ff. de muner. Boer. cons. 150. num. 29. 33. vol. 3. Corn. cons. 217. num. 8. vol. 2. Alex. cons. 78. num. 9. vol. 6. Surd. cons. 262. num. 31. nisi postquam collecta, & onera isthæc extraordinaria fuerint legitimè indicta, Abb. in cap. fin. nu. 12. de vita, & honest. Clericorũ. Archid. in cap. 1. de immun. Ecclesiæ, lib. 6. Io. de Lignano Doctor antiquus, in Clē. præsertim de censibus Barbat. cons. 1. nu. 13. & 14. vol. 3. Alex.
4 cons. 8. nu. 8. vol. 3. & loquuntur de bonis laicorum cathastratis transeuntibus in Ecclesiam; quæ non transeunt, cum illo onere, quòd nō sint ex cathastro solo hypothecata communi pro ære alieno ab ipsa communitate contracto, quod ante cum voluit, Bart. in d. l. rescripto §. sciendum sub nu.
5 4. ff. de muneribus, maximè in Ciuitate Papiæ, vbi adest statutum 127. ex quo expressè cauetur, singulares personas Communitatis ære alieno grauatis non teneri, antequam

facta congregatione ac clametur collecta, & cogatur ad constituendũ bursam communem, & publicam, vt sonat illud statutum, quod in hoc est conforme iuri communi, nam antequam singulares personæ obligentur ex debito Communitatis, & cogi possint, est necesse vt Vniuersitas congregetur, collectam publicet, eamq; indicat ad obligandum bona priuatorum, Neuiz. cons. 66. nu. 12. ex glos. Bart. Bald. Albert. & alijs, Ias. in l. si se non obtulerit, in princ. ff. de re iudicata, & renuente tunc Communitate facere hanc bursam publicam, & collectam indicere, poterit eam tunc Iudex indicere, Flauius Tortus ad dictum Statutum 127. nu. 2. signum manifestissimum, nulla bona priuatorũ descripta in æstimo, esse hypothecata vlli Vniuersitati, Communi, vel Villæ pro ipsorum debitis, durumque nimis esset aliter asserere, & in-
6 conueniens manifestum, quòd bona mea sint hypothecata pro debito vniuersitatis, & quòd debitum vniuersitatis sit debitum meum, nam sicut debitum singulorum, nõ dicitur debitum vniuersitatis, nec ipsorum creditum, vniuersitatis creditum, nec è contra debitum vniuersitatis, vel creditum dici debet debitum, vel creditum singulorum l. sicut municipium, §. si quid & ibi, Bald. Paul. de Castro, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, §. Vniuersitas. Instit. eodem Ti-
7 tulo, Borgn. Caualc. diffusè decis. 22. nu. 2. part. 2. sic videmus in priuilegijs concessis vni de vniuersitate, quæ nõ possumus dicere concessa ipsi Vniuersitati, nec è contra, Costa
8 de portione rata, q. 146. nu. 3. per textum l. In tantum §. Vniuersitatis ff. de rerũ diuisione. nihil enim commune habent intra se vniuersitas, & singuli de vniuersitate, sed sunt quid inter se separatum, quia pro debito communitatis, bona particularium, & singulorum ante indictam collectam nequeũt capi, Franc. Marc. decis. 489. nu. 6. & 19. decis. 803. num. 2. vol. primo per tex. l. par. C. de sumpt. in iunct. muner. lib. 10. ponderando verba illa, prouisione Præsidis diuidantur, prout ponderauit Paul. de Castro, & l. prima §. primo ff. quod cuiusque vniuersit. nomine caueat. Bald. in l. etiam sub nu. 16. C. de executione rei Iud. vbi dicit ex obligatione facta à

Com-

9 Communi, non posse capi res singulorum, ea ratione, quia quod meum est, non est de Vniuersitate, Bart. in l. solent in fine ff. de aliment. & cibar. relict. Losius de vniuers. part. 1. cap. 9. num. 11. Ioseph. Ludouic. decis. 43. Reusin. num. 11. per tex. l. 2. C. de prædijs decurio. l. Ad reparationem C. de aquæduct. Natta cons. 418. num. primo, Boer. decis. 69. nu. 5. Alex. in l. 4. num. 13. & ibi Ripa num. 28. ff. de re iudica-
10 ta. Hinc item videmus liberationem factam vniuersitati, non afficere singulos de Vniuersitate, nec è contra sicut nec lis Vniuersitatis, est lis singulorum, nec Vniuersitatis compromissum singulorum est compromissum, sicut nec procurator illius est singulorum procurator, l. 2. ff. quod cuiusque Vniuersitatis, Roland. cons. 53. num. 6. & seq. vol. 4. Losius de vniuers. part. prima cap. primo num. 11. vbi dicit bona singulorum pro debito Vniuersitatis nõ esse obnoxia, nec illorum possessores posse conueniri pro debito ipsius vniuersitatis, nec è contra. vltra adductos adest, glos. magna in dicta l. prima ff. quod cuiusque vniuers. nomine Losius dicta parte prima cap. primo num. 27. quoniam Vniuersitas esto
11 sit vnius corporis ex pluribus conflatio, non est tamen singulorum, quia Vniuersitas persona est repræsentata de per se, l. in tantum §. Vniuersitas ff. de rerum diuisione §. Vniuersitatis institut. eodem tit. Gabriel. in suis communibus concl. 1. num. 6. 7. & 10. Crauett. cons. 317. num. 9. vbi ex quasi possessione venandi, singulorum nõ infertur possessio, Menoch.
12 cons. 80. num. 55. vbi, esto bona Vniuersitatis dicantur intra ipsos de Communitate communia, nulla tamen singularis persona potest dicere habere partem in ipsis bonis Vniuersitatis est, nõ est singulorum, Rot. Rom. decis. 1. de dolo, & contract. in antiquis, Natt. cons. 83. num. 9. Ancharan in c. Mandatum num. 1. de præben. in 6. vbi singuli de capitulo, non tenentur ad obligationem capituli.

13 Secundò, supponimus neminem, etiam laicũ pro bonis suis cathastratis in æstimo Vniuersitatis, teneri ad aliquam solutionem debitorum Vniuersitatis, antequam collecta indicatur, & publicetur, quia tũc solũ incipit obligatio, quãdo colle-

collecta indicitur, non autem ante, nec attenditur tempus obligationis cōtractæ ab ipsa Communitate, & Vniuersitate, pro quo sanando collecta imponitur; sed solum tempus indictionis, & acclamationis onerum, quod vulgò dicitur, cridare la taglia. Bald. in d.l. si negotium C. de negot. gest. Crau. dicto cons. 872. num. 4. & sequenti, vol. 5. Surd. dicto cons. 262. num. 23. Natt. dicto cons. primo num. 8. Franciscus de Celesi singulari secundo per textum, l. Deo nobis, in fine C. de Episcopis, & Clericis, Surd. dicto cons. 146. numer. 9. vbi probat in oneribus extraordinarijs obligationem nasci eo ipso, quo in dicitur collecta, Speculator de censibus §. nūc dicendum, num. 12. Paul. de Castro cons. 175. sub num. 5. sed debitum, vol. 1. Angel. cons. 206. num. 2. Socin. senior, cōs. 245. sub nu. 1. vers. collectæ erāt iam denuntiatæ cōsulibus, vol. 2. Bellon. Iunior, dicto cons. 69. sub num. 51. vbi diffusè, licèt pro contraria adducatur; si tamen inspiciatur, prout in responsione ad contraria dicemus, firmat hanc nostrā sen-
14 tentiam, neminem ex priuatis, obligari pro bonis suis ad solutionem onerum extraordinariorum, nisi ex illo momento, quo collecta indicitur cōsulibus, quo tempore debitum denuntiatur particularibus.

His pro veris, & indubitatis suppositis, videat æquissimus ille Iudex quisquis ille sit, an dicta Vniuersitas, tutè possit, & iuridicè prætendere collectas, vel prædictorum extraordinariorum onerū portionem à dicta Religione pro ipsis bonis; cum dicta Religio, nec ratione personæ, nec bonorum, tempore quo in esse dicta collecta, vel obligatio soluendi onera deducitur, subiecta sit dictæ Vniuersitati.

15 Bona prædicta ratione personæ nō possunt dici supposita, tum quia Religio est excepta à laica Potestate omni Iure, Diuino Genes. cap. 47. nu. 18. Esdræ primo, Trid. Concil. sess. 25. cap. 20. & Humano cap. generaliter, 16. q. 1. c. cōuenior. c. Tributum cap. in quolibet, cap. sancitum 23. q. fin. l. Placet, C. de sacrosanct. Eccles. l. omnes, §. Priuileg. C. de Episc. & Cler. Rolan. à Vall. cōs. 71. num. 1. & 14. vol. 4. Bursatt. cons. 42. num. 1. & 2. Io. Lupp. de libertate Ecclesiastica, q. 2.

tum

tum quia si velemus bona illa considerare sub persona Caij tunc laici, qui aliàs vti laicus teneretur ad capitationem, Menoch. cons. 144. num. 23. & 37. Flauius Tortus ad statut. Papiense 6. de regimine Potestatis nu. 10. cum actio ista petendi personale onus, seu capitationẽ sit nata tempore, quo mortuus est dictus Caius, & sic remanet inefficax, quia onus
16 capitationis non soluitur per hæredes defuncti, quãdo obligatus ad capitationem moritur, antequam capitationis collecta imponatur, esto, ipso viuente debitum contrahatur à Communitate Paul. de Castro dicta l. apud Iulianum, §. hæres ff. de legat. primo, vbi defũctus nõ tenetur ad onera personalia, nec ad collectas pro debito contracto ipso viuente, quando collecta est indicta, & publicata ipso defuncto, Abbas dicto cõs. 8. num. primo. Iason. in dicta l. Placet nu. 20. in secũda lectura C. de sacrosa. Ecclesijs, Cald dicto cõs. 7. de cnostit. ea ratione, quòd tũc desinat esse subditus, facit dictum Guido Papæ decis. 381. Ofasc. decis. 136. Berous cõs. 150. num. 18. vol. 8. Ricc. collect. 504.
17 Minùs ratione bonorum ipsorum, quasi quòd bona transeãt in Ecclesiã cũ prædicto onere extraordinario, quia nec Ecclesia, nec Ecclesiasticæ personæ tenẽtur pro bonis acquisitis, vel relictis eisdem, nõ obstante quòd sint cathastrata in æstimo communi, etiamsi extarẽt laicorum statuta in cõtrarium, Abb. cõs. 9. num. 2. vol. primo, & cõs. 13. num. 2. vers. quinimo si res esset allibrata vol. 2. Archid. in cap. primo sub num. 1. vers. postquam peruenit, & ibi Anchar. sub num. 4. vers. Ad hoc dico, de immu. Ecclesiæ in 6. Specul. de clericis coniugatis, in principio nu. 10. Festa de col. num. 434. & 437. Alba cõs. 8. sub nu. 20. ibi pro bonis acquisitis, & acquirẽdis, Bart. dicto cõs. 180. sub nu. 3. vbi correxit dictũ suum, quod ante protulerat cõtra Ecclesiam in d. l. rescripto, §. fin. ff. de muneribus, & honoribus, vt obseruat hãc nostram tenens sentẽtiam Ias. in d. l. placet sub nu. 20. in secũda lectura C. de sacrosanctis Ecclesijs, asserẽs priorem Bart. opinionem, qua sic cõsuluit Eugubinis, & Perusinis, esse falsam, damnatam, & reprobatam ab omnibus, de qua Baldus in dicta l. Placet,

& ibi

& ibi Castr. nu.7. Pampil. nu.77. Romã. in l. si publicanus, §. primo num.7. ff. de publicanis. Abbas in cap. fi. de vita, & honestate Clericorum, Dec. ad cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 53. vers. & ista opinio, Salicet. in auth. Item nulla; in prima quæstione in fine C. de Episcop. & clericis, Ioannes de Platea in l. fi. c. de exact. Tribut. Capua in regula 96. num. 43. Thesaur. decis. 234. sub nu. 4. vers. sed Aduerte, vbi testatur de Communi, Ecclesiam, nõ teneri pro bonis acquisitis dicẽs, Bart. opinionem communiter damnari. Diffusè Plotus ad cõs. Mart. Laud. num. 13. diffusissimè D. Io. Baptista Trottus, modò Præses meritissimus, in suo cõsilio, quod est insertum in collectis Caroli à Basilica Petri Epis. Nou. seù Gattici fol. 140. nunc vero Tomo I. eiusdem fol. 5 per totum, qui respõdet ad Cõstitutiones Mediolani, ibi §. Tertio, qui damnat hãc Bart. opinionem, de quo nõ desũt, qui dixerint animam Bartoli cruciari in inferno, per hãc cautelam datam populis prædictis, licèt nõ desint, qui excusẽt, ex eo quod dixerit, salua semper censura Sanctæ Matris Ecclesiæ, & ni aliter esset ab Ecclesia decisum, prout post mortẽ Bartoli decisum est, in cap. Quamquam de cẽsibus, diffusè hãc nostram sẽtentiam defẽsat Calder. cõs. 7. de cõstit. vbi idem asserit, vt mu-
18 tato possessore rei allibratæ trãseũtis in Ecclesiã, vel clericos; nõ teneri amplius ad ista onera mixta, vel collectas, nisi essẽt iam indicta, antequam trãsirẽt in Ecclesiam, Lancellot. Gall. cõs. 59. nu. 14. vbi dicit, Ecclesiam, & Ecclesiasticos nõ teneri ad aliquod onus mixtum, quia cum imponitur personæ pro rebus, & persona sit priuilegiata, ei nequeũt imponi, inferẽs, si res priuati, quæ erat solita collectari, transierit in Ecclesiam effici immunem; Idem Bellõ. senior cõs. 40. num. 3. vbi dicit rem priuati trãseũtem in Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas, deleri debere de cathastro, quò ad onera mixta, & collectas; Feli. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 27. sub numero 67. vers. 2. Natta de cõstit. vbi loquitur de acquisitione facta ab Ecclesia, vel personis Ecclesiasticis; si inquit res acquisita erat prius æstimata, & allibrata in libris Communis, eo ipso eximi ab onere collectarum, & respõdet

ad

ad statuta in contrarium disponentia; Idem Remig. de Charitat. subsidiar. q. 66. Ruin. cons. 113. sub nu. 4. vers. quod si res, vol. 4. vbi nullam constituit differentiam; siue sit clericus, qui acquirat, siue Ecclesia; Idem cons. 111. nu. 9. vers. quod si res est in æstimo, vol. 5. Bursat. dicto cons. 42. nu. 2. & 19. ibi, de nouo acquisitis; Bellō. Iun. dicto cōs. 69. num. 35. Berous cons. 150. num. 37. 38. vol. 3. Natta cons. 203. sub nu. 1. 5. & 7. Roland. à Valle cons. 71. nu 6. vol. 4. Surd. cons. 272. num. 36. & 53. vbi numerat plurimos; & loquitur de bonis iam cathastratis, Brun. cons. 91. num. 1. cons. 103. nu. 3. & 6. Guido Papa quæst. 381. qui loquitur de bonis clericorum; Idem quæst. 382. & circa hoc, quò ad ista onera mixta, & collectas, oneraue extraordinaria; apud Doctores non esse hæsitandum.

19 Nec sine ratione, quod soluendi hoc onus non inhæreat rei, ratione rei, sed personæ dicta l. rescriptum §. fi. ff. de muneribus, & honoribus, Bart. dicto cons. 180. Felin. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, sub num. 26. de constitut. tum quia inconueniens est, vt res teneatur ad onera, quæ est poenes personam, quæ non tenetur l. prima C. sine censu, & reliquis; tum quia, sicut quando quid statuitur ratione personæ, si illa persona desinit esse subdita statuto, desinit statutum ipsum leg. prima §. permittitur ff. de acqua quot, & æstiua, tum quia ex mutatione personæ priuilegium mutatur, & inducitur alterum leg. Paulus §. primo ff. de acquir. hæreditate.

Sed rem fortius stringamus, dicta Communitas, vel ipsa Ciuitas, quam poenes cathastrata reperiuntur dicta bona, si recusant Ecclesiam conseruare immunem ab oneribus istis mixtis, pro bonis quæ titulo acquisitionis, vel alio titulo transierunt in Ecclesiam, vel Ecclesiasticas personas, ex nullo alio, quàm ex vno ex istis capitibus recusant.

Primò, vel quia id putant non esse de iure communi.

Secundò, vel ex eo, quòd prohibeantur a Constitutione Mediolani, mandante non posse bona alienari in non subditum, in titulo de poenis §. Collegijs.

Tertiò, vel ex eo, quòd Constitutio videatur mandare, vt bona transeant cum onere suo.

Quartò, vel quia timeant, ne bonis transeuntibus in Ecclesiam, ipsi sæculares magis grauentur, quàm grauarentur, si bona transirent cum onere.

Quoquomodo id consideretur, res remanet quò ad Ecclesiam, & ipsas Ecclesiasticas personas, absque scrupulo, & dubio.

20 Primum enim non potest verificari, cum iam probauerimus id esse de iure Diuino, & Humano, quòd bona laicorum cathastrata, cum æstimo communi trāseūtia in Ecclesiam, vel Ecclesiasticas personas, nō possint collectari, nec teneantur ad ista onera mixta, quæ opinio, & sententia cum sit fundata tot iuribus, rationibus, & auctoritatibus, cū expressa prohibitione sub cēsuris, & Ecclesiasticis Interdictis, nō potest apud Catholicos, & Ecclesiæ Romanæ filios in dubium reuocari, eo magis, cum sit fundata nō solùm in dicto iure diuino, quod nullo iure humano potest violari, cum sit immutabile, sed, & in ipso iure Canonico, non solùm ex dictis iuribus, sed præcipuè in d. cap. nō minus, & in cap. Aduersus cōsules de immunit. Ecclesiæ, & in cap. Clericis, eodem tit. in 6. in Clem. vnica, de immunitate Ecclesiæ, & à Iure Cæsareo, præsertim in Cōstitutionibus Federici Secundi Imperatoris in vsibus fæudorum in tit. de stat. & cōsuetudinibus cōtra libertatem Ecclesiæ editis, in §. Item nullus Potestas, & seqq. omninò vidēd. quæ Iura lata fuerunt cum summa prouidētia, discussione, & maturitate, nam, non aliquo angulo non audita parte, vel non vocata, sed in cōcilijs generalibus, primo in Cōcilio Laterā. sub Alex. III. cap. 19. altero Lateranensi sub Innocentio tertio, cap. 46. quibus Cōcilijs interfuerūt Imperatores, oratores regum Hierusalē, Hispaniæ, Franciæ, Angliæ, Cipri, Principum Græcorum, & plurium Ducum, Patriarcha Hierosolymitanus, Constantinopolitanus; necnō mille tercentum Episcopi, & in Generali Viennēsi sub Clemente Primo, vbi aderāt in Spiritu Sancto legitimè Congregati vltra summum Pōtificem, tot Eminētissimi Cardi-

nales,

nales, Episcopi vltra tercentum, & alij innumeri Prælati, Imperatoris, regum, Ducum Principum, Rerumq; publicarum oratoribus, vt est videre ex ipsorum Conciliorum actis nouissimè impressis, idque refert, Burs. dicto cons. 42. num. 3. vol. primo Sant. Anto. histori. par. 3. tit. 21. cap. 3. à quorum decisionibus periculosum esset discedere; atq; contrarium consulere.

Præterea vltra ius Diuinum, & Canonicum, quod nulla alia lege, vel Constitutione potest tolli, adest & ius positiuum tot Imperatorum in prædictis legibus enunciatorum, qui ita declararunt, bona prædicta posse transire in Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas absque vllo onere, quod ius, tamquam latum in fauorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum non potest tolli non modo ab inferiore, sed nec à pari auctoritate prædito, quia hoc Ius tamquam commune, latū ad communem vtilitatem in fauorem Ecclesiæ, non potest restringi, nec violari, citra incursum censurarum, & violationem Ecclesiasti. immunitatis. Cyn. Salic. & alij in dicta authen. Cassa, de sacrosanct. Ecclesiijs Bald. in l. Cunctos populos. C. eodem Imol. in cap. nouit. de Iudic. num. 1. & ibi Abb. num. 7. Allex. cons. 209. nu. 30. vol. 4. Io. Belerand. in suo propugnaculo, §. 1. sub. nu. 8. Abb. dicto cons. 8. nu. 8.

Nec secūdum potest verificari deductum ex Nouis. Constitutionibus.

21 Primo, Quia vltra prædicta supra per nos adducta, Illæ Constitutiones in illo loco, non compræhendunt Ecclesiasticos, nec ad excludendam Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas conditæ sunt; sed solùm laicos compræhendunt, cum de Clericis nulla sit facta mentio, vt probat Fabricius Zumallus Laudensis, de quo supra in dicto suo consilio fol. mihi, 160. allegans Bossium id tenentem D. I. Baptista Trottus alias Iuris Consul. modo Præses Illustris. Eccellentissimi Senatus, in suo Consilio inserto vbi supra, fol. mihi 142. vers. ex his putat. Plot. ad dictum Consilium Martini Laud. 63. nu. 13. Gallia, dict. cons. 59. num. 88. Clarus in §. fin. quæstione 82. ad stat. 5. nu. 2. Plot. cons. 130. num. 11. & 12. inter cons. criminalia

diuer.

diuer. lib. primo Io. Beltramus Gueuar. in suo propugnaculo Ecclesiasticæ libertatis §. 1. 2. & 3. Franc. Fagnan. in 3. part. de Iustit. & Iure, & validit. censurarum D. Car. a Basilica Petri in suis commentarijs, in cap. conuenior 23. quæst. 8. num. 24. Bellar. disquisit. Clericalium part. 1. de exempt. Clericorum à statut. laicorum, §. primo per totum, & præcipuè sub num. 15.

Secundo, quia si aliter dictæ Constitutiones Mediolani intelligerentur, essent contra prædicta Iura Diuina, & Humana, & contra omnia Concilia, vt efficacissime probat Bellarm. controuersiarum tom. 2. qu. de Cleric. lib. 1. cap. 26. in tit. de possessionibus, quæ dono laicorum possidentur à Clericis, cap. 1. & cap. fin. de immunitat. Ecclesiæ. quod non est verisimile, tantos Duces Catholicos, voluisse facere Constitutionem sic perniciosam Ecclesiæ, & clericis, denegando eis, quod laicis non denegatur, & efficere eos conditionis deterioris. cap. fin. de immunitat. Ecclesiæ num. 6. dicto cap. non minus, extra eodem titulo, Ancar. cons. 155. nu. 7.

Tertio, quia, si sic non esset, non verificaretur conuentio facta inter Ducem Ludouicum, & Alexandrum Summum Pontificem, cui promisit tollere omnia statuta, quæ erant contra Ecclesiasticam libertatem, prout factum esse asserit Franciscus Crassus, de origine Iuris Mediolani, in apparatu Nou. Constit. vers. vt Alexandro Pontifici maximo satisfaceret.

Quartò, quia sic sæpe in facti contingētia fuit resolutum, vt paulò infra.

Quinto, quia Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ dicuntur de populo, & veniunt Ciuium appellatione, & Incolarum, imo sunt principalia populi membra, cap. fin. de officio Deleg. in cap. si sententia, de sententia Excommun. in 6. Bart. in l. prima ff. ad municipali. Felin. in dicto capitulo Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 74. de Constit. Beltrand. Gueuar. in dicto suo propugnaculo §. 7. nu. 10. quia, & ipsi sustinent onera spiritualia pro suo Principe, & degentibus in territorio apud Deum, orationibus, deprecationibus, sacramentorum admi-

administrationibus, verbi Dei prædicatione. Bursa conf. 59. num. 31. vol. 1. Plot in l. si quando, num. 854. C. vnde vi. Anchar. conf. 61. in fine Barbat. conf. 50. vol. 2. diffusè, & benè Card. Baro. in Epistola dedicat. tom. 5. suorum annalium ad Potentissimum Philippum Regem Hispan. qui, & dicuntur de districtu, veniuntq; appellatione districtualium dicto cap. fin. de offic. Delegati in 6. Allex. conf. 41. col. 2. vol. 7. eo magis, cum districtio æquipolleat subijectioni, & pro eadem accipiatur. Felin. in cap. Rodulphus nu. 29. de rescriptis Bald. conf. 419. lib. primo. Signorol. conf. 21. num. 7.

Tertium minus potest verificari, tum quia id esset contra Ius Diuinum, & Humanum, vt supra est probatum, tum quia esset contra libertatem Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum, & statuentes essent obnoxij censuris, quod non est dicendum, vt supra est probatum, tum quia Constit. loquens generaliter, non debet extendi ad id, quod est spetialiter prohibitum; cum igitur id prohibeatur omni Iure, Constitutio illa loquens generaliter, non debet extendi ad casum spetialiter prohibitum. Decius, conf. 496. nu. 11. Rimitald. Iunior. conf. 10. in fine.

22 Tum quia possumus arbitrari, dictam Constitutionem loquutam fuisse de oneribus ordinarijs, de quibus iam supra diximus, quæ ex aliquorum Doctorum opinione transeunt in Ecclesiam, secus de mixtis, vt in casu nostro; quia de his, non est censendum cōstitutionem loquutam fuisse propter periculum censurarum, vt ex iam supra deductis.

Tum quia possumus intelligere Constitutionem loqui de oneribus bonorum alienatorum post collectam indictam, quia diximus ista onera transire in Ecclesiam, nec esse contra libertatem Ecclesiæ, quia stante illa hippotheca, quæ oritur illicò post indictam collectam, illa bona essent obnoxia collectis iam indictis, vt supra admisimus.

Quòd vero dicta Constitutio intelligatur solùm de oneribus ordinarijs, innumeræ traduntur declarationes factæ, tum ab Excellentissimo Senatu, tum à Perillust. Magistratu Mediolani, quibus dictum est, Ecclesiam non teneri ad one-

ra extraordinaria, & mixta pro bonis ante cathastratis, & à laicis acquisits,& translatis in eam,exceptis ordinarijs. 1558. 14. Decembris Perillustris Magistratus sic declarauit in fauorem Patrum Sancti Bartholomei de Cauacurta Lauden. 1559. primo Iunij: sic declarauit Excellentissimus Senatus in fauorem Hospitalis mediolani. 1571. 2. Iunij: sic Senatus dixit in fauorem fratrum de Paterno ex num. 12. filiorum, ex litteris datis ad Pretorem Cremonę: 1580. 28. Nouembris, sic declarauit Magistratus ad Referendarium Nouariæ 1582. 22. Nouembris, sic Senatus pro Societate Iesu 1584. primo Septembris à Perillustri Magistratu pro fratribus Confalonerijs causa 12. filiorum ad Principatum Papiæ, pœnes Secretarium Petram nigram 1589. 9. Iunij pro qua dam iniuria, 1590. Maij Magistratus ad Refferendarium Nouariæ, 1601. 23. Ianuarij Magistratus ad eumd. Nouariæ Referendarium 1602. 10. Maij Magistratus ad Excellentissimum D. Gubernatorem 1604. 22. Maij Magistratus ad fauorem dictæ Ven. Congregationi Sancti Pauli Decollati 1604. 21. Iunij pro ead. Ven. Congregatione Sancti Pauli Decollati 1605. 5. Martij pro ead. Congregatione. Idem Magistratus ad Referendarium Papiæ 1612. 3. Augusti. Idem Magistratus pro ead. Congregatione ad dictum Referendarium Papiæ 1612. 10. Decembris. Idem Magistratus ad Syndicos Comitatus Alexandriæ 1616. 27. Februarij dictus Magistratus pro eadem Congregatione ad Syndicos Communit. Montis Acuti de Beccaria 1633. 12. Iulij pro ead. Congreg. Magistratus ad Agentes Communitatis Papiæ. Plotus ad dictum Cōsil. Martin. Laudens. 63. sub num. 23. dicit. Ita Perillustrem Magistratum declarasse sæpius, adducit in specie exemplum in fauorem Monialium Sanctæ Claræ Nouariensis, ita asserit rogatum fuisse de hac D. Hieronymum Antonianum Actuarium dicti Magistratus ordinarij, & sic declarasse Senatum Pedemontanum in causa Monialium de Azolio, quæ acceperant quędā bona in solutum à Petro Florano Epo indiēsi, cathastrata cum Communitate dicti loci, multa alia, & similia exempla adducuntur à Fabritio Zumallo Laudensi in di-

cto suo consilio, quod est inter dicta recollecta à Carolo à Basilica Petri Episc. Nouar. seu à Gattico fol. mihi 149. nunc verò ab eodem tomo primo fol. quinto §. hinc est, primo, & secundo, & §. Tertiò non obstat.

23 Nec itidem quartum potest adaptari, nam si res æqua lance ponderetur, apparebit magis grauari bona Ecclesię, quam bona laicalia, pro veritate huius assertionis.

Notandum est duas dari Respublicas, iuxta diuisionem iurisdictionum à Deo procedentium, Ecclesiasticam, quæ pręest dici: sæcularem, quæ præest nocti. capitulo duo sunt, dist. nonantesima quintą. Ecclesiastica est introducta à Deo, vt seruiat reipublicæ laicæ, ac laicos homines; & laicæ subditos Iurisdictioni dirigat in viam salutis, erudiat, doceat, regat in spiritualibus. Hæc Respublica Ecclesiastica, vt possit seruitutem illam rectè, & copiosè impendere Reipublicæ Laicæ, necesse est, vt habeat viros Clericos omnis ordinis, sæculares, regulares, Episcopos, Prælatos in ordine Ecclesiasticæ Hierarchiæ, iuxta Iesu Christi Saluatoris nostri institutionem. si isthec Ecclesiastica respublica debet tenere, ac manutenere hos Ecclesiasticos viros, qui inseruiant Reipublicæ laicæ, necesse est, vt habeat possessiones, & bona, quibus viuant, ad hoc, vt possint seruitutem prædictam impendere Reipublicæ laicæ. Vnde Sū. Pont. se vocat seruū seruorum.

Modo videamus, ad sedandas has laicorum querelas inter possessiones Reipublicæ Ecclesiasticæ, & possessiones Reipublicæ sæcularis, quæ harum maiora sustineant onera.

Onera, quæ sustinent bona reipublicæ Ecclesiasticæ sunt septem; primum, est onus seruitutis, quò ipsorum possessores coguntur alere personas, Ecclesiasticas, quæ inseruiant Reipublicæ Laicæ, & sic fundus Ecclesiasticus hoc primum habet onus erga Rempublicam Laicam, quod non habet respublica laica erga Ecclesiasticam.

Secundò, possessiones reipublicæ Ecclesiasticæ sustinent onera annatarum soluendarum Cameræ Apostolicæ; Tertiò sustinent onera decimarum statis anni temporibus soluendarum, quæ, vt plurimum expenduntur ad sublenandos



Prin-

Principes sæculares. quartò procurationem Episcopis visitantibus singulis annis; quintò Cathedraticum, & Synodaticum, licèt hoc apud aliquas Diœceses nunc desierit esse in vsu sexto Charitatiuum subsidium dandum Principibus, & Populis ad Iuris Canonici præscriptam formam dicto cap. non minus, cap. Aduersus de immun. Ecclesiæ; septimò ad Eleemosynas pauperibus largiendas, ad quas, licèt, & laici teneantur, strictiori tamen modo tenentur Ecclesiastici, qui de Iure coguntur beneficiorum suorum redditus in tres partes diuidere, vnam sibi pro victu, & vestitu. Secundam pro reparatione Ecclesiæ. Tertiam pro pauperum subuentione, & qui hæc non præstant, arguentur in extremo Iudicio, dum cogentur reddere rationem villicationis suæ. Si verò possidentes sunt Regulares, nec ipsi minora habent incommoda, nam præter alimenta, quæ præbent tot lectoribus, Prædicatoribus, confessarijs, & alijs regularibus ministris, qui inseruiunt Reipublicæ laicæ, soluũt quindennium Cameræ Apostolicæ, Paul. II. const. 2. & Paul. IV. constit. 7. Pius Quintus Constit. 38. Io. Andreas in cap. inter cætera in fine ff. de officio ord. propos. in cap. si quis præbendas 12. q. 2. alũt Nouitios, recipiũt Visitatores, soluunt decimas, & alia lõge maiora sustinẽt in suppellectibus Ecclesiasticis, Altaria ornant, Ecclesiarum reparationi necessaria impendunt, quæ in immẽsum superant laica. alia incommoda Possessiones verò laicæ duo tantum sustinẽt onera ordinaria realia, perpetua, & quædam extraordinaria non perpetua; videat modo, quomodo laicorum querelæ possint sustineri.

Dicent fortasse laici, onera isthæc, quibus premũtur, esse nimis dura, longa, insolita, imparia humeris suis, quibus, & succus pecori, & lac subducitur Agnis, iuxta illud Virgilij, Eglo. 3.

Nam respondetur id nõ esse dicendum, nouum nõ esse, sed iam fuisse in vsu, vt qui fideliter seruiunt Principi suo in necessitatibus constitutis abundantius debeant deseruire, sunt enim diuina ordinatione ad regendum Dei populum Instituti cap. si ergo 8. q. 1. fortasse Digitus Dei est hic ad pa-

ren-

rentum suorum, & propriorum peccatorum poenas luendas qui pecata hominum visitat vsq; ad tertiam, & quartam generationem, exod. cap 20.

24 Nec illud subticendum; Bona ista reipublicæ Ecclesiasticæ patere filijs laicorum, quos possunt promouere, facere ad ipsas possessiones Ecclesiasticas per dedicationem filiorum suorum diuino cultui, & Ecclesiasticæ seruituti; quibus est ita indultum Apostolica benignitate, vt redditibus, & acquisitis ex ipsis possessionibus, possint in hoc statu disponere ad fauorem suorum; Regularium verò possessiones nō mediocriter prosunt Reip. laicæ, recipiuntur enim laicorum filij ad perfectionis statum, & in ipsis laicis facultatibus subleuantur familiæ laicæ, & per ingressum religionis; lōgius, & diutius conseruātur familiæ, quæ illas vel corruerēt, vel deficerēt, & sic apparet non esse validam hāc laicorum querelam sic conquerētium, imo eo magis se grabāt, quo regularium bona tētant tenacius aggrauare, caccātes sibi mala ad instar Turdi, qui sibi malū caccat; videāt quæso ne imitari videantur Eutropium Arcadij, & Honorij Imperatorū familiarem, qui vnus audēs Ecclesiasticā immunitatem violare, primus illius auxilium postulauit; & qui Ecclesiæ fauorem denegabat, Ecclesiæ coactus est auxilium supliciter expostulare. Videant ne aliquo futuro tempore, vel ipsis, vel ipsorum filijs id eueniat, dum tētabunt Religionis ingressum, ne eis denegetur propter bonorum regularium oppressionem, & recipi excusentur, propter religionis inopiam; Tūc verè imitantes Eutropium, dicere poterūt: Heu patior telis, vulnera facta meis, premimur, perimus, euanescūt familiæ, dicēt laici, scimus, & compatimur, inquiūt, Ecclesiasticis; Deus est, occultum Dei Iuditium, Deus hūc exaltat, & alterum humiliat, vt hæredes faciat regni sui cœlestis.

25 His absolutis, reliquum est, vt videamus quæ sint onera extraordinaria, ad quæ probauimus Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas non teneri.

Illud imprimis occurrit onus hospitationis, & mensuale, quæ negari non possint esse mixta, & extraordinaria,

quod ex multis demonstratur.

Primò, quia differunt ab ordinario, nam ordinarium semper fixum, & inuariabile est, & dicitur propriũ onus rerum, quod ipsis hæret, Iuribus supra adductis; idque expresse signāt ipsę Constitutiones, quæ loquentes de oneribus ordinarijs, appellant, onera cum hoc additamento, suo, trāseant inquiunt, cum onere suo, ergo illud onus, adhoc, vt sit suum debet esse illi annexum perpetuo, & inseparabiliter, quale est tempore, quo bona ex vno in alium trāsferūtur, nō quale est, quod ex accidenti variatur, augetur, & minuitur, ex Bart. in l. prima C. sine censu, & reliquis, num. 2. Soc. cōs. 117. lib. 4. onus verò hospitandi milites, & illius contributio nō est dubiũ, quin sit variabile, cum occasionaliter tātũ, seu casu inopinato, in defectum stipēdij Principis imponitur, & per cōsequens extraordinarium. Ias. in d. l. placet sub num. 9. in 2. lectura, de sacros. Ecclesijs, Gallia dicto cons. 59. num. 7. vbi expresse eximitur Ecclesia ab hospitatione militũ pro rebus suis, iuxta tex. l. prima C. de sacros. Ecclesijs dicto cap. nō minus, de immu. Ecclesiæ, Natt. cons. 207. nu. 80. & 459. nu. 3. Flaui. Tort. ad stat. 132. num. 12. Io. de Plat. in l. Qui immunitatem, Cod. de oneribus Patrimonialibus Trott. dicto suo cons. verum quod attinet.

26 Nec mouere debet, si dicatur, esto Ecclesia non teneatur ad effectualem hospitationem, ne propter illorum impedimentum retrahantur à Diuinis, teneri saltem ad contributionem, vel ipsorum massarios.

Nam respondetur, nec ad illas expensas ratione huius hospitationis, quod est extraordinariũ, tenētur, vt optimè defensat Gallia dicto cons. 59. nu. 71. Natt. dicto cons. 280. sub num. 6. vers. Quo verò ad hospitationem militũ, & eorumdem cibaria, atq; stipendia, Paul. de Castro cons. 423. col. fi. volum. 2. Costa in suis memorabilibus, verbo militibus, Flau. Tortus ad dictum statutum 132. nũ. 12. eadem ratione, qua supra, quia istæ expensæ bellicæ, cum sint introductæ pro concurrenti necessitatę belli, & pro illius necessitate, magna, vel leui, longa vel breui, debent, nihilominus regulari, quæ

regu-

regulatio, alteratio, & diminutio arguunt haud dubiè non esse ordinarium, fixum, nec rei annexum, sed personale, vel mixtum; Crauett. cons. 631. num. 8. Bursat. cons. 16. nu. 76. volum. primo Gall. dicto cons. 59. num. 17. & sequentibus Trott. dicto suo cons. vers. tertio quia, fol. mihi 147.

Secundò, quia ità est à Iure decisum, ne alimenta, nec tota domus detur militibus, nec lectum, nec oleum, nec contrarium citra Iuris communis violationem potest introduci cōtra Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, l. vnica C. de salgā hospitibus non præstanda lib. 10. l. 2. C. de Mutat. & Epidim. lib. 12. l. 3. C. de errogāda militib. annona lib. 12. id decernente textu diuino, Lucæ cap. 3. estote, inquit militibus, contenti vestris stipendijs c. militare 23. quæst. prima. At cum sic sit à Iure decisum, non est, nec esse poterit onus ordinarium, sed erit extraordinarium; nec valet declaratio in contrarium, quia id esset tollere Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis Ius commune, quod nullo modo potest tolli, vt supra est probatum.

De mēsuale, quod sit extraordinarium, nō est dubitādum cum, & ipsum augeatur, & minuatur, nec fixum, nec reale sit, Gallia dicto cons. 59. nu. 67. vbi dicit ità fuisse declaratum per Quæstores ordinarios, Plotus ad cons. Mart. Garrat. 63. num. 13. Alex. Rhaud. de Analogis lib. 1. cap. 40. nū. 36. 55. 94. Boss. de vectigalibus nu. 8. Trott. dicto suo cons. vers. vbi etiam, fol. mihi 147.

Tertiò, quia huiusmodi onera semper fuerunt habita pro extraordinarijs, pluriesq; ità fuit ab ipso Principe decisum, & ab ipso Magistratu declaratum, vt est videre ex litteris ipsius Cæsaris, occasione dictæ Indictionis, 1547. 16. Septembris, vbi habetur hoc onus fuisse indictum ex præcisa necessitate tunc subortā, ob id ablatum, restitutum, auctum, diminutum, prout necessitas suggerebāt, ex quo dignoscitur, non ordinarium, sed extraordinarium esse, Ias. in d. l. placet, num. 7. versiculo superindictum, in prima lectura, nu. 14. & in 2. lectura sub nu. 8. C. de sacros. Eccles. Raud. in d. cap. 40. num. 47.

 Quar-

Quartò, quia extant litteræ Regiæ 1560. 13. Octobris, quibus dictum mensuale, & taxa æquitatus inter extraordinaria numerantur; ad id Flam. Tort. ad dictū statutum 132. num. 13. Bellon. cons. 12. num. 3. Grauett. cons. 972. num. 7. Plottus in dicta l. si quando num. 27. C. vnde vi, Gall. dicto cons. 59. num. 50.

Quintò, extant declarationes Excellētissimi Senatus factæ in contradictorio iudicio, altera anni 1554. 27. Ianuarij, altera 1561. 23. pariter Ianuarij, vbi declaratū est in causa exemptorum pro numero 12. filiorum, ipsorum priuilegium extendi ad onera prædicta taxæ equorum, hospitationis militum & mensualium, quod nō declaratum fuisset, si prædicta onera essent ordinaria, & realia.

Sextò, extat declaratio facta de anno 1559. primo Iunij, in fauorem Hospitalis Magni Mediolani, vt ipsius immunitas extendatur etiam ad onera prædicta hospitationis, & mensualis, quod si esset reale, & ordinarium, nulli dubium quin transissent in Hospitale.

Septimò, quia singulis annis dantur litteræ ad Ciuitates, vt perseuerent etiam illo anno in solutione prædicti oneris; ex quibus omnibus manifestè constat, ista onera esse extraordinaria, nec valere declarationem in contrarium, cum non possit declarari, [illegible] in præiudicium Ecclesiæ [illegible] Abb. dicto cons. 8. num. 6. Felin. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ [illegible] Constit. sed debet attendi [illegible] à principio [illegible] [illegible] dicto cons. [illegible] [illegible]

[illegible] firmatis non obstant contraria.

27 Ad primum respondetur, iam [illegible] supra deductum in corpore quæstionis, apparere non esse verum laicalia bona transeuntia in Ecclesiam, transire cum onere suo, præter ordinarium, secundum aliquos, non autem quò ad onera extraordinaria, & mixta, tū quia ista onera sunt incerta, & varia, non possunt dici inesse in ipsis fundis ante indi-

ctam collectam, ita vt in eis possit verificari propositio, Bona transeunt cum onere suo, nam hoc onus non est suum naturaliter, sed per accidens tunc dicitur suum, dum collecta indicitur, non autem ante, vt supra probauimus. Possunt quidem bona laicalia, quamdiu sunt apud laicos, quò ad ista onera extraordinaria, & mixta dici onerabilia, apta ad recipiendum onus soluendi ista onera extraordinaria, dum collecta indicitur personis, pro rebus ipsis, nō quod semper sint onerata, & obnoxia istis oneribus extraordinarijs, & mixtis; antequam nascantur, & indicantur. Et ideò semper est vetum bona laicalia, etiam cathastrata, & allibrata in æstimo ciuili, vel rurali simul ac transeunt in Ecclesiam, mutare naturam suam, & induere nouum statum, nouam naturam sicut videmus in Iure patronatus, quod dum est laicale, & penes laicos Patronos, Summus Pontifex non derogat nisi pro dimidia, & Patronus præsentat intra quadrimestre, sed dum transit in Ecclesiam, mutat naturam, & tunc Summus Pontifex derogat in totum, & Patronus effectus Ecclesiasticus præsentat intra semestre. Roch. de Curte de Iure patronatus verbo Ius nu. 15. Selua. de benefit. 3. par. q. 11 nu. 18. Grat. de benefit. par. 3. cap. 9. num. 8. 10, sic in casu nostro, Bona laicalia effecta Ecclesiastica induunt naturam Ecclesiasticam, & legibus, & priuilegijs subiacent Ecclesiasticis.

Quòd onera imposita rebus sequuntur rem sicut depræde- prosum, posset verificari in fundo censito, vel decimali, qui transeat in Ecclesiam, & Ecclesiasticos, scribet onera prędicta. Cenc. de censibus par. secunda capi. 2. q. 3. art. 6. numu. 3. Grauett. cons. 217. nu. 5. Grat. discept. forensium ca. 741. num. 4. Rebuff. de decim. q. 8. num. 29. D. Alex. Moneta de Decimis cap. 8. num. 18. ex cap. Commissum, de Decimis, Cap. fin. §. Cæterum, eodem tit. in 6. non autem in bonis laicalibus trāseuntibus in Ecclesiam esto ante transitum essent cathastrata, tùm quia opinio contraria nō est tuta, nec probabilis, nulla fulta efficaci ratione, & paucorum, & in se varios: sum contra tam aperta iura, & Diuina, & Humana, contra tot Concilia Generalia, Imperatorum Decreta, contra

tot classicos Patres timoratæ cōscientiæ, deficientibus qualitatibus, quæ debent necessario concurrere ad faciendam probabilem opinionē, quas enumerat. Sayr. in sua clau. reg. tom. primo, lib. primo cap. 6. num. primo ex Bart. Medin. Petro de Arago. Vasq. Bonacin. de legib. disp. 2. quæst. 14. punct. 9. num. primo ex Nauar. Emanuel Sà, Valent. Sāchez, & alijs, fulta solo laico statuto, vel aliqua constitutione, quæ tamquam contraria Ecclesiasticæ libertati, & immunitati Ecclesiæ, ipsam damnauit, & mandauit deleri de capitularibus. cap. Nouerit de sent. Excommunic. Bullæ Coen. Domini §. 24. ibi ex Archiuijs, & capitularibus; aut libris Alter. de censuris par. prima disp. 16. cap. 4. vers. respondeat fol. mihi 696. tum quia illa, si quam haberet probabilitatem, illam solam sibi vendicant, vel in ordinarijs, vt dictum est; vel in alienatione sequuta post indictam collectam.

Ad secundum, respondetur assumptum esse falsum, dum supponit debitum esse cōtractum obligatorium municipum eo ipso, quo Cōmunitas, vel Vniuersitas conflat æs alienum, quia hoc est verum quoad ipsam Communitatē, non autem quo ad ipsos municipes, nam, non priùs tangit municipes, nec municipum bona, quam debitum hoc Communitatis per indictionem collectæ priuatorum municipum fiat, & tunc solùm fit priuatum, & obligationem inijcit, quando collecta indicitur, vt iuribus, rationibus, & innumeris auctoritatibus probatum est.

Nec mouet dictum Belloni Iunioris in dicto cōsilio 69. sub num. 33. qui videtur asserere illum, qui desinit esse municipem; ac fieri immunem, liberari quidem ab oneribus extraordinarijs, & collectis futuris; non autem à præteritis, dicit enim verum, quia talis est casus, in quo consuluit; quia collecta, de qua loquitur in dicto cons. 69. erat iam formata, & indicta Communitati Cumi, antequam D. Comes Io. Antonius Caisottus consequeretur immunitatem ex duodecim liberis, quod euidentissime patet ex his, quæ adducit, sub nu. 61. vers. Tertio, quia ibi, nam eo momento, quo collecta indicitur Communitati, seu denuntiatur Consulibus, censetur

tur pro eius solutione obligati particulares ibidē bona possidentes, ergo expresse supponit, obligationem collectæ fuisse deductam ad esse suum per indictionem, & intimationem illius factæ Communitati.

Sic sonat, & dictum Surdi, in dicto cons. 146. vbi loquitur de collecta indicta toti Ducatui à Serenissimo Duce Mantuæ aureorum centum viginti millium soluendorum intra annos quatuor, vbi dicit, non excusari Dominū Antonium Solarium, exinde consequutum immunitatem duodecim liberorum; & optimè quidem, quia collecta erat iam indicta, imposita, & intimata Ducatui. Sic intelliguntur omnes Doctores supra adducti.

Ad tertium respondetur iisdem Iuribus, rationibus, atque auctoritatibus quibus alijs contrarijs supra respondimus; Verùm, Ciues nouos non teneri ad onera contracta, à Veteribus, nec rusticos veniētes ad in habitādum villam oneribus grauatam, teneri ad vetera onera, & debita à recedentibus contracta; sed hoc intelligēdum est, cum eodem grano salis, quibus intelliguntur superiora, si tempore, quo recesserunt Ciues Veteres, onus, & collecta esset iam indicta, acclamata, & ciuibus enunciata, non tenentur noui ad eam, quia iam nata erat personalis obligatio in ipsis Ciuibus, secus si non acclamata fuisset, nec indicta; nam tunc venientes Ciues noui, vel rustici ad habitandum, tenerentur noui non veteres, ea ratione, quòd debitum causatum esset solùm tempore receptionis in Ciues, & municipium iuribus, & rationibus prædictis.

Ex his nescio videre (vt verum coram Deo fatear) quomodo excusandi sint à censuris Doctores illi, qui post tot Iura Diuina, & Humana, post tot Concilia, & Bullam Cœnæ Domini, audent contrarium consulere, & scribere, eo magis, cùm sint Pontifici reseruatæ; Nam per talem in contrarium consultationem, negari non potest, quin auxilium, fauorem, & consilium præstare dicantur, vt exprèssè prohibet sub censuris Bonifatius Octauus in dicto capit. Clerici, §. nos igitur de immunit. Ecclesia, & Bulla ipsa Cœna Domin. §. 18.

Qui

tot classicos Patres timoratæ cõscientiæ, deficientibus qualitatibus, quæ debent necessario concurrere ad faciendam probabilem opinionẽ, quas enumerat. Sayr. in sua clau. reg. tom. primo, lib. primo cap. 6. num. primo ex Bart. Medin. Petro de Arago. Vasq. Bonacin. de legib. disp. 2. quæst. 14. punct. 9. num. primo ex Nauar. Emanuel Sà, Valent. Sãchez, & alijs, fulta solo laico statuto, vel aliqua constitutione, quæ tamquam contraria Ecclesiasticæ libertati, & immunitati Ecclesiæ, ipsam damnauit, & mandauit deleri de capitularibus. cap. Nouerit de sent. Excommunic. Bullæ Cœn. Domini §. 24. ibi ex Archiuijs, & capitularibus; aut libris Alter. de censuris par. prima disp. 16. cap. 4. vers. respondeat fol. mihi 696. tum quia illa, si quam haberet probabilitatem, illam solam sibi vendicant, vel in ordinarijs, vt dictum est, vel in alienatione sequuta post indictam collectam.

Ad secundum, respondetur assumptum esse falsum, dum supponit debitum esse cõtractum obligatorium municipum eo ipso, quo Cõmunitas, vel Vniuersitas conflat æs alienum, quia hoc est verum quoad ipsam Communitatẽ, non autem quo ad ipsos municipes, nam, non priùs tangit municipes, nec municipum bona, quam debitum hoc Communitatis per indictionem collectæ priuatorum municipum fiat, & tunc solùm fit priuatum, & obligationem inijcit, quando collecta indicitur, vt iuribus, rationibus, & innumeris auctoritatibus probatum est.

Nec mouet dictum Belloni Iunioris in dicto cõsilio 69. sub num. 33. qui videtur asserere illum, qui desinit esse municipem; ac fieri immunem, liberari quidem ab oneribus extraordinarijs, & collectis futuris; non autem à præteritis, dicit enim verum, quia talis est casus, in quo consuluit; quia collecta, de qua loquitur in dicto cons. 69. erat iam formata, & indicta Communitati Cumi, antequam D. Comes Io. Antonius Caisottus consequeretur immunitatem ex duodecim liberis, quod euidentissime patet ex his, quæ adducit, sub nu. 61. vers. Tertio, quia ibi, nam eo momento, quo collecta indicitur Communitati, seu denuntiatur Consulibus, censetur

tur pro eius solutione obligati particulares ibidē bona possidentes, ergo expresse supponit, obligationem collectæ fuisse deductam ad esse suum per indictionem, & intimationem illius factæ Communitati.

Sic sonat, & dictum Surdi, in dicto cons. 146. vbi loquitur de collecta indicta toti Ducatui à Serenissimo Duce Mantuæ aureorum centum viginti millium soluendorum intra annos quatuor, vbi dicit, non excusari Dominū Antonium Solarium, exinde consequutum immunitatem duodecim liberorum; & optimè quidem, quia collecta erat iam indicta, imposita, & intimata Ducatui. Sic intelliguntur omnes Doctores supra adducti.

Ad tertium respondetur ijsdem Iuribus, rationibus, atque auctoritatibus quibus alijs contrarijs supra respondimus; Verùm, Ciues nouos non teneri ad onera contracta, à Veteribus, nec rusticos venientes ad inhabitādum villam oneribus grauatam, teneri ad vetera onera, & debita à recedentibus contracta; sed hoc intelligēdum est, cum eodem grano salis, quibus intelliguntur superiora, si tempore, quo recesserunt Ciues Veteres, onus, & collecta esset iam indicta, acclamata, & ciuibus enunciata, non tenentur noui ad eam, quia iam nata erat personalis obligatio in ipsis Ciuibus, secus si non acclamata fuisset, nec indicta; nam tunc venientes Ciues noui, vel rustici ad habitandum, tenerentur noui non veteres, ea ratione, quòd debitum causatum esset solùm tempore receptionis in Ciues, & municipium iuribus, & rationibus prædictis.

Ex his nescio videre (vt verum coram Deo fatear) quomodo excusandi sint à censuris Doctores illi, qui post tot Iura Diuina, & Humana, post tot Concilia, & Bullam Cœnæ Domini, audent contrarium consulere, & scribere, eo magis, cum sint Pontifici reseruatæ; Nam per talem in contrarium consultationem, negari non potest, quin auxilium, fauorem, & consilium præstare dicantur, vt expresse prohibet sub censuris Bonifatius Octauus in dicto capit. Clerici, §. nos igitur de immunit. Ecclesiæ, & Bulla ipsa Cœna Domin. §. 18.

Qui

Qui collectas, ibi auxilium, consilium, seù fauorem. Reuocent quæso in memoriam, & cordium aurium intelligentia perpendant, quæ dixit in hac materia, quidã timens Deum de illis Doctoribus defunctis, qui, post prædictos Canones, & Bullã scripserant contra dictã Ecclesiæ determinationem; timendũ inquit est valde de eorũ salute quia humano fauore ducti, cõtrariũ cõsulerũt; Nã reuera nimis temerariũ foret, scribere contra tot sanctiones Patrum, contra Concilia Generalia in Spiritù Sancto legitime Congregata, contra Pontificias Constitutiones, & contra ipsam Bullam Cœnæ Domini vbique inter Catholicos receptam; imò quando, & Principes ipsi sæculares, & religiosissimi ipsorum Magistratus, tot generatis sanctionibus id ipsum decreuerunt, vt supra enunciatum est. Timeant saltem huiusmodi Communitatum homines Dei Omnipotentis indignationem, ac Beatissimorum Petri, & Pauli Apostolorum vltionem, quam haud dubiè aliter Consulentes, & facientes, vltra censuras, incurrent.

28 Cogitent modo homines ipsius Communitatis, an malint subire hæc, & innumera pericula, quæ personis, bonis, animalibus, & territorio eorum facile iterum imminent, iusto Dei Iudicio, an potius abstinere à proxima hac, quam contra Ecclesiam moliuntur, operatione, præter pœnas Canonicas, quas subeunt, Sciant laxiores à Deo propter censuras Dari habenas Dæmoni percutienti, vt in habitantium Terras varijs exagitet infortunijs; incendio, inundatione, imbribus, peste, penuria, infirmitatibus, mutuis contentionibus, quibus apertè subiacent censuras contemnentes, & interdicta, vt varijs regnorum, & Terrarum exemplis demonstratione pino viden. Eminent. Cardin. Baronius annalium tom. 12. sub anno Domini 1149. anno Pontificatus Calisti Papæ. III. §. sed ad ea. fol. mihi 551. nec non quæ minatur Deus in illis pessimis maledictionibus, quas enumerat Deuteron. cap. 28. vers. maledictus eris in Ciuitate maledictus in agro.

E contra verò, qui sacris obtemperant sanctionibus, qui Summorum Pontificum præceptis obediunt, quique Diuinitus

nitùs datam Clericis immunitatem tutantur, Quique Principum sæcularium Decreta, & sanctiones circa hanc immunitatem religiose sancita non calumniantur, vix dici potest, quàm bonis eos innumeris in hoc sæculo, quàmque inexplicabilibus in futuro cumulet Dominus. Hæc mihi credite communitatū æraria non expilat, sed ditat, Hæc hominem à facultatum suarum sedibus non expelit, sed eas magis stabiles reddit, & auget. Hæc alicuius vires non obtundit, sed acuit; Patrimonium non comminuit, sed accrescit; Hac, Regum Iurisdictio non infirmatur, sed firmatur, Principum Dignitas non deijcitur, sed erigitur; Non incuruatur, sed extollitur; Imperij amplitudo non coarctatur, sed dilatatur, Splendor Regius non obscuratur, sed illustratur, Hac priuatorum marsupium non euacuatur. Denique si stabiles, si fortes eritis in obseruantia mandatorum Dei, & Ecclesiæ Suæ Sanctæ, coronabit vos misericordia, & miserationibus multis.

*Ego Dominicus Ansossius I. V. & S. T. Doctor de Iure sic sentio sentiendum S. S. S. S.*

## Celeberrimi, ac Egregij I. V. Consulti HIERONYMI RAMPONI MEDIOL. V. I. Consilium, & Responsum Decisiuum Pro Ecclesiastica libertate, & Immunitate, In causa prætensorum onerum super portione colonica.

EPI-

Nullum onus, quocunq; nomine appellatum, imponi potest à Principe laico colonis, seù conductoribus bonorum Ecclesiasticorum, etiam partiarijs, aut nummis colentibus super fructibus, & prouentibus ex dictis bonis ab eis quoquomodo perceptis, seu percipiendis, vel super eorum laborerio, rebusq; ac instrumentis ad culturam dictorum bonorum paratis, præcipuè occasione hospitationis militum, & contributionis pro ea, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *PRouidendum est viriliter Principibus sæcularibus grauantibus cultores Ecclesiasticorum bonorum.*

2 *Priuilegia Clericorum extenduntur ad colonos, colonorumq; quamcunq; familiam, & eorum habitationes, & de hoc agitur in nu. 16. & 17.*

3 *Coloni Ecclesiasticorum gaudent priuilegio fori.*

4 *Emphyteutæ Ecclesiarum sunt immunes à collectis.*

5 *De iure ex dispositione ipsarum legum institutorum Ecclesiastici, & quicunq; ab illis causam habentes sunt immunes ab omnibus, & quibuscunq; oneribus.*

6 *Omnia priuilegia Ecclesiasticorum extenduntur ad omnes Ecclesiasticorum bonorum cultores.*

7 *Aggrauantes Ecclesiasticorum bonorum cultores sunt excommunicati.*

8 *Nomine seruorum Ecclesiasticorum veniunt omnes, & quicunq; deseruientes, ac quomodocunq; personis, & bonis Ecclesiasticis.*

9 *Referuntur Pontificum decreta, Conciliorum generalium sancita, Imperatorum priuilegia facta fauore Ecclesiasticorum, ac eorundem colonorum.*

10 *Supradicta omnia comprobantur pluribus, etiam rationibus, ad hoc vt egregiè obseruentur pro Ecclesiæ immunitate.*

11 *Immunitas Ecclesiastica est realis, nec vnquam cessare potest circa eius bona, aut colonos, nisi superueniente profanitate.*

12 Co-

*12 Coloni Ecclesiasticorum non sunt de iurisdictione laicorum, nec respectu personarum, nec respectu rerum; ideo laicorum leges, seu constitutiones eos nullo modo afficere possunt.*

*13 Collectare colonos Ecclesiasticos nil aliud est, nisi distrahere ipsosmet Ecclesiasticos à Diuino cultu.*

*14 Collectare colanos Ecclesiæ, est de facto diminuere eiusdem Ecclesiæ fructus, & ipsi legi fraudem facere.*

*15 Rationes in oppositum adductæ diluuntur.*

*18 Coloni Ecclesiasticorum nil habent proprij, ideo non possunt collectari.*

*19 Omnia, quæ opponuntur supradictis, tolluntur.*

*20 Nullus reperiri est fructus separatùs à fundo Ecclesiastico.*

*21 Falsum est extare obseruantiam, quòd Ecclesiarum coloni teneantur ad collectas.*

NEgotij nostri, nec parui, onus est, vt fundatam intentionem nostram, non voluntarijs, aut proprijs nostris assertionibus; sed classicorum Doctorum insignium auctoritate, iure, & rationibus probemus; idq; vt ommissis verborum circumlocutionibus plenariè præstemus, à prima latè incipiemus.

1 Auctoritate quidem, Glos. in. cap. generaliter §. nouarum in verbo Mancipia 16. quæst. 1. Specul. in tract. de modo Generalis Concilijs 2. par. rub. 70. num. 7. vbi dicit, Principes sęculares grauantes rusticos clericorum turbare iurisdictionem Ecclesiasticam, & super hoc esse prouidendum, cum iam constituta remedia non sufficiant, prout experientia docet, Card. Turrecrem. in c. Ecclesiarum seruos 12. quæst. 2. vbi inquit, nota istum textum contra Principes, qui non possunt rusticos Ecclesiastic. personarũ cogere, vt concurrant pro fossatis cauandis, vel muris Ciuitatis extruendis, sed si necessitas occurrerit hos rusticos cogere spectat ad Ecclesiasticos Iudices, & ibi hoc notat Præpos. in princ. Bartol. in l. placet in fi. C. de sacros. Eccles. & in l. Colonos nunquam, & in l. hi pœnes C. de Agric. & censit. lib. 11. Bald. in l. prima, & se-

& secunda C. de Episc. & Cler. & in dicta l. hi poenes, & in l. cum duobus §. si in coeunda ff. pro socio, Innoc. in c. non minus de immun. Eccles. num. 3. in fi. Host. num. 10. ver. sed contra, Io. And. col. prima ad finem vers. sed contra, Card. num. 11. vers. ipsi etiam rustici Anchar. nu. 4. in fi. Abb. nu. 14. ad med. vers. ab his verò, & vers. sed respectu Petri de Vbald. de duobus fratribus par. 6. nu. 24. Albert. & Castren.
2 in d. l. 1. C. de Episc. & Cler. vbi dicunt speciale esse in Clericis, vt eorum priuilegia extēdantur, ad colonos, & familiam ipsorum, secus in alijs priuilegiatis, quam conclusionem ibidem firmat etiam Iacobus Butrig. Grat. cons. 130. vol. 1. vbi latè cōsuluit pro exemptione colonorum Ecclesiasticorum cui consilio se subscripserūt, Alciat. Bero. & alij quam plures DD. de quibus ibi Abb. cons. 9. & cōs. 53. lib. 1. Aegid. Tom. in tract. de collect. §. videndū nu. 8. Festas. in tract. de ęstim. nu. 50. & seq. Roland. à Vall. cons. 79. sub num. 54. vers. aut loquimur resp. bonor. lib. 3. Natt. cons. 409. num. 3. Carauit. in ritu magnæ Curiæ 46. num. 28. Petr. Duen. reg. 100. ampliat. 2. Bursat. cons. 25. per tot. lib. 1. vbi de communi post multos, quos allegat Decian. cons. 51. num. 11. lib. 3. Bott. cons. 87. nu. 2. Eugen. cōs. 96. Zuchar. apud Riminald. Ien. cōs. 739. per totū præcipuè nu. 7. 8. & 11. lib. 4. Ludou. Corti apud eundem Riminald. cons. seq. 740. Gall. cōs. 59. nu. 49. & 76. Caroc. de locat. par. 4. tit. de collect. fol. mihi 210. magnæ impress. num. 4. Paris. cōs. 69. num. 6. lib. 1. Tuse. pract. cōclus. lit. B. cōclus. 341. num. 151. Thes. fori Eccles. part. 1. cap. 14. num. 6. & par. 3. cap. 38. num. 119. Marc. Ant. var. resolut. lib. 1. resol. 111. à quibus omnibus plures alij referūtur, qui vnà cum adductis pro hac opinione per Menoch. de arbit. cas. 562. absque dubio ostendūt conclusionem nostram magis communem, & veram.
3 Prædictis addi possunt primò Doctores illi, qui affirmāt Ecclesiæ Colonos, vti tales gaudere priuilegio fori, veluti gloss. in cā. cos. 32. dist. glos. in sum. & in c. clericum 11. q. 1. Ioa. de Imol. in c. 2. de for. compet. Marant. in spec. par. 4. dist. 11. nu. 4. vbi additionator in lit. A. post Alfer. cons. 44. num. 2. lib. 1. expressè loquitur de Colonis,

lonis,& rusticis Ecclesiæ Alber. & Castren. in l. si quis,per illum textum C. vbi causæ fiscales Calcan.cons.71. specul.lib. 3. in tit. de compet. Iurid. adit. vers. 27. Bertac. in tracta. de
4 Episc. in 2. par. 4. lib. sub nu. 6. vers. item cognoscit: Item addi possunt omnes DD. qui volunt emphyteutas Ecclesiæ esse immunes à collectis, prout sunt,Bart.in leg. priuatè C. de excusat. mun. lib.10. & ibi Angel. & Plat. Bald.in l. prima,in princ. C.de iure emphyt. Ias.in auth. quas actiones, num.42. C.de sacros. Eccles. Bursat cons.42. nu.2. vol.1. Sylu.cõs.9. per tot. Parpal. in l. placet nu.16. vers.moueo quæst.C.de sacros. Eccles. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 4. & 6. nu. 6. Io. de Amic. cons.8. num.67. Eugen. d. cons.96. num.22. & seq. Maur. in l. vnic. C. de mulier. in quo loco lib. 10. Duen. dicta reg.100. amplit. 3. Fachin. lib. 1. controuers. iur. cap. 91. vers. ego puto, qui quidem DD. eximentes colonos Ecclesiæ, à Laicorum foro,& Ecclesiæ Emphyteutas à collectis in nostro casu probant à maioritate rationis.

5 Iure etiam probatur nostra propositio; primò per tex.in l. 1. C. de Episc. & cler. vbi Constantinus Imperator loquens ad Clericos ita statuit, dicens. Iuxtà sanctionem, quam dudum meruistis, & vos, & mancipia vestra, nullus nouis collationibus obligabit, sed vacatione gaudebitis: præterea neque hospites suscipietis Idem Constan. in l.2.C.eodem tit.sic pio statuit affectu, omnis à Clericis indebitæ conuentionis iniuria, & iniquæ exactionis repellatur iniquitas,nullaq;conuentio sit contra eos munorum, sordidorum, & infra; Verùm etiam hominibus eorũdem, qui operam in mercimonijs habent Diui Principis genitoris mei statuta multimoda obseruatione cauerunt, vt ijdem Clerici priuilegijs pluribus redũdarent, & paulò post, omnibus Clericis huiusmodi prærogatiua succurrat, vt & coniugia Clericorum, & liberi, eorum quoque ministeria, idest mares pariter, & fœminę, eorumque etiam filij, & filiæ immunes semper ab huiusmodi oneribus perseuerent. Zeno quoque in l. multis C. de principibus agentium in rebus lib. 12. priuilegium non soluendi executoribus sportularum nomine, amplius quàm vnum


soli-

solidum, non solum principibus agentium in rebus, sed eorum quoque seruis, & colonis clargitus est, & Imper. Constan. in l. prima C. de priuileg. domus August. lib. 11. priuilegium, quod ipse habebat, vt ad munera extraordinaria subeunda cogi non posset, ad colonos suarum possessionum his verbis extendit. Priuatas possessiones nostras ab vniuersis muneribus publicis placet immunes esse, neque earum conductores,
6 neque colonos ad extraordinaria munera, vel superindictiones aliquas conueniri. Idē statuerūt Valentinianus, & Theodosius in l. Dominicos C. de Agric. & mācip. eodem lib. per hæc verba Dominicos colonos, neque ad descriptionem patimur deuocari, neque extraordinarias pati Sactiones. Rursus iidem Imperatores, colonos, & inquilinos domorum, & possessionum suarum priuilegio fori decorarunt, vt in l. vlt. C. vbi causæ fiscales, & in l. 2. C. de Decan. lib. 12. & Constant. in l. si quis aduersus eum, & l. seq. dicto tit. vbi causæ fiscales. Eadem ratione Zeno Imperator, non solum militantes in sacro Palatio exemit à cuiusuis alterius Iudicis iurisdictione, sed etiam eorum seruos l. quoties C. de priuileg. scholarium lib. 12. sicuti etiam Augustus priuilegium militantium in sacris scrinijs, vt non possent conueniri nisi coram magistro officiorum, voluit extendi ad colonos, & seruos militantium l. in sacris C. de proxi. sacrorum scriniorum eod. lib. Si igitur colonos humanis, & prophanis inseruiētes principibus iisdē potiri priuilegijs, quibus, & Domini ipsi fruūtur ex Imperatorum rescriptis cognoscimus, quare hanc prærogatiuam Clericorum colonis denegare debemus? certè si nulla lex reperiretur quæ colonos Ecclesiæ eximeret ab huiusmodi oneribus, & collectis, hoc solum sufficeret, quòd coloni mortalium Principum, & eis famulātium ab illis essent exempti ad hoc, vt propter rationis paritatem idem concluderemus in colonis Ecclesiæ, vt inter alios arguit Syluan. cons. 9. nu. 11. cum tritum sit, fiscum, & Ecclesiam æquiparari, imò Ecclesiam semper præferri.

7 Hoc idem nō obscurè sacri canones decreuerunt, vt legitur in Concilio Toletano tertio, Ecclesiarum seruos, & Episco-

scoporum, vel Præsbyterorum, vel omnium Clericorum à Iudicibus, vel exactoribus publicis in diuersis angarijs fatigari dolemus, propter quod omne Concilium à pietate gloriosissimi Domini nostri possit, vt tales vs? deinceps inhibeat, sed serui supradictorum officiorum in eorum vsibus, vel Ecclesiæ laborent, si quis verò Iudicum, vel actorum, Clericum aut seruum Clerici, vel Ecclesiæ in publicis, ac priuatis negotijs occupare voluerit à communione Ecclesiastica, cui impedimentū facit, efficiatur extraneus, ita habetur 12. quæst. 2. c. Ecclesiarum seruos. ad idem Gregorius Papa eadē causa, & quæst. c. Ecclesiasticis, vbi sic inquit, Ecclesiasticis vtilitatibus desudātes, Ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, vt qui se voluntarijs obsequiorum necessitatibus spontè subijciunt, dignis nostris prouisionibus consolētur. At qui coloni Ecclesiarum maximè desudant Ecclesiasticis necessitatibus, ergo hos maximè debet Ecclesia sua immunitate confouere. His conuenit textus in d. c. generaliter §. nouarum 16. q. 1. vbi referuntur verba Cōstantini expressa in dicta l. prima C. de Episc. & cler. Nec dicatur leges, & iura supradicta non habere locum in colonis partiarijs, & temporalibus, sed in seruis adscriptitijs, & perpetuis, vt sentiūt, Fed. de Sen. cons. 5. num. 10. Thesau. dec. 116. num. 12. Menoch. de arbitra. cas. 562. num. 47. Rip. Gramatic. Capic. & alij; quia respondetur istam declarationem ad allegata iura esse nimis tenuem, & minus veram, nam ad tex. in d. l. 2. Cod. de Episc. & cler. non video, quomodo applicari possit hæc responsio, cum ibi dicatur priuilegia Clericorum indulgeri hominibus quoque, & ministerijs eorum, quæ quidem verba non adscriptitijs tantum, & perpetuis seruis conueniūt, quin æque conueniant colonis non perpetuis, & vt dixi, partiarijs,

8 nam hi clericis ministeria exhibent colēdo eorum possessiones, & alia, quæ ad rusticos in obsequiū Domini spectant expediendo, ministerij autem appellatione continetur omne, quodcumque obsequiū l. athletas ff. de his, qui not. infam. & est textus elegans in l. plenum §. si vsus ff. de vsu, & habit. & in §. idē tamē labeo eiusdem legis expressè habetur, quod

 ille

illę dicitur præbere ministerium alicui, qui in villa eius operatur, ad culturam agri, quid enim interest, ait lex, quam in rem opera eius vtatur. Et non tantum serui homines dicuntur ministeria, verùm, & liberi quoque dicuntur ministrare l. prima §. familiæ ff. de publican. l.fin. §. mixta ff. de muner. & honor quare non est bona interpretatio ad legem eximentem ministeria clericorum à grauaminibus laicorū, vt verbū seu nomen ministrorum ad seruos tantùm perpetuos, referamus, cum æque prædicetur verbum illud de homine libero colente ad tempus agros, ac de seruo adscriptitio, vt dictum est. Nec etiam video, qua ratione illud Concilij Toletani decretum de seruis Ecclesiæ, & Clericorum eximendis ab oneribus publicis laicorum, de quo in d.c. Ecclesiarū seruos 12. q.2. ab Aduersarijs restringi possit ad seruos perpetuos. Primò quidem quòd secundùm communem vsum loquendi, ex quo iura interpretamur l.labeo ff. de suppellect. legat.famulos etiam nostri temporis seruos appellamus; imò hos rectè dici seruos à seruiendo, non à seruādo, sicuti olim voluit Rebuff. in l. pupillus §. seruor. ff. de verb.obligat.ergo decretum illud loquens de seruis, comprehendere etiam ex communi vsu loquendi, valebit seruos nostri temporis, & eadem ratione colonos; Secundò, quòd probabiliter dici possit decretum illud Toletanum multò faciliùs de hominibus liberis esse intelligendum, cum præsupponat seruos illos de quibus loquitur angarijs premi: Angaria autem est munus rei propriæ cohærens, siue patrimoniale l. munerū §. patrimoniorum autem ff. de muner. & honor. sed serui dicti à seruando, & qui libertate carent, nihil habent propriū, nec habere possunt, cū sicut ipsi sunt Dominorū, ita nihil quod suū sit habere possint l. bonorū, & l.pater familias ff.de verb. signif. ergo decretū Concilij Toletani prohibens seruos Ecclesiarū, vel Clericorum angarijs fatigari, non potest intelligi, nisi de seruis nostri temporis, dictis à seruiendo, & bona possidentibus, & consequenter liberis existentibus. Quę omnia corroborātur ex communi interpretatione DD. in principio allegatorū, & maximè in dicta l. prima, & secūda C. de

Episc.

Episc.& Cler. in dicto c. non minus de immunitate Ecclesię, qui ad probandam nostram Conclusionem alio medio non vtuntur, quàm tex. in eadem l. 2. in dicto cap. Ecclesiarum seruos,vt propterea stante communi DD. opinione,ac aperto sensu litteræ, allata ex aduerso declaratio,friuola omninò appareat.

Minùs quoque de seruis perpetuis intelligi potest illud Gregorij, qui in dicto cap. Ecclesiasticis eadem causa,& quęstione generaliter statuit desudantes Ecclesiasticis vtilitatibus, prouisionibus Ecclesiæ confouendos esse, si quidem nō minùs desudant coloni nostri temporis vtilitatibus Ecclesiæ, quàm desudarent serui illi perpetui,& coloni adscriptitij,de quibus volunt ex aduerso citati DD. intelligēda esse iura prędicta: Nulla etiam ratione dici potest Constantini, Zenonis, Valentiniani, & Theodosij Imperatorum rescripta, de quibus meminimus,generaliter disponentia priuilegium fori, & alia, speciali quodam fauore dominis indulta, extendi etiam ad eorum colonos, & seruos,non probare cōclusionem nostram, præter enim rationes superiùs adductas illud etiam vehementer vrget, quòd coloni appellatio est generalis,omnem quemcumque colonum comprehendens, siue adscriptitium, & perpetuum, siue nummis colentem, siue partiarium, vt in l. si merces §. conductor, & §. vis maior ff. locat. Cum ergo leges de colonis loquētes comprehendant etiam partiarios, & nummis colentes, & sic non ad perpetuos colonos restringantur, quis reuelauit aduersarijs, vt de seruis perpetuis intelligantur iura, quæ adducta sunt, quorum verba sunt apertissima,& apta comprehendere speciem quamlibet colonorum,cum tamen genus ad speciem coarctādum non sit ex l. prima in fin. ff. si cert. pet? Præterea quam rationē diuersitatis inter seruos Clericorum perpetuos, & temporales possunt aduersarij assignare, vt non debeant serui temporales gaudere immunitate Dominorum ad tempus, quo seruiunt?ratio ergo est eadem in seruis perpetuis,& temporalibus, si autem seruitij tempus est inæquale, tempus discernat vtrumque, vt declarat, Andr. Sicul. in apostillis ad

Abbatem in cap. numer. 6. de for. competen.

9 Et ne putent aduersarij vna, vel altera tantum vice à sacris Canonibus in supradictis locis ab omnibus allegari solitis; hanc veritatem fuisse diffinitam, nosq; angustijs probationum detineri, iuribus prædictis adiungo; primò Epistolam Innoc. III. in secundo tom. eius operum pag. mihi 326. iuxta editionem Venetam anni 1578. quam scribit Patriarchæ Antiocheno, in qua agit de conseruanda Ecclesiastica libertate, & præcipuè ne à laicis imponantur exactiones, talliæ, vel alia grauamina Ecclesijs, Clericis, & eorum hominibus. Secundò Epistolam Gregorij Papæ I. quam scribit Petro Subdiacono Siciliæ in qua plura de iniustis ponderibus rusticorum, & quę extat in secũdo tomo Conciliorum collectorum per Seuerinum Binium Canonicum Colonien. epist. 42. lib. primo indict. 9. pag. mihi 736. secundùm impressionem anni 1606. (& de huiusmodi concilijs per Binium collectis, & d. anno impressis semper erit sermo in sequentibus allegationibus). Tertiò Epistolam eiusdem Gregorij Papæ, quam scibit Genasio Patritio, & Exarco Africæ, in qua conqueritur de violentijs Theodori magistri militium, homines Ecclesiæ angarijs prægrauantis in eodem secundo tom. concil. Epist. 59. lib. primo indict. 9. pag. mihi 740. col. B. Quartò, Epistolam eiusdem Gregorij Papæ Primi, quam scribit Brunichildæ Reginæ Francorum asserens Ecclesijs seruientes nullis debere oneribus affligi in eod. 2. tom. concil. Epist. 51. lib. 5. indict. 14. pag. 814. col A. Quinto caput 63. Concil. Melden. celebrati sub Sergio Papa II. in tom. 3. concil. par. 1. pag. mihi 613. col. B. ex quo habetur de iure tũ canonico, tùm ciuili, & Regio, nefas esse exigere aliquem censum, aut aliud temporale de agris, & facultatibus, & mancipiis Ecclesiasticis. possent etiam videri cap. 19. pag. 709. col. B. & cap. 22. quod habet indignum esse Regę aliquid percipere super rebus siue iuribus Ecclesiasticis. Sextò Concilium Ticinense Celebratum Anno Domini 855. tempore Leonis Papæ IV. in eod. tom. 3. par. prima, in quo adest commonitorium Ludouici Imperatoris pag. 657. col. A. maximè verò caput illud quod

inci-

incipit, statuimus autem, vt Ecclesiæ Dei &c. vbi confirmatur immunitas Ecclesiæ, rerumq; & familiarum eiusdem. Septimò cap. 4. Concilij Coloniensis celebrati Anno 887. tempore Stephani Papæ VI dicti V. in secunda parte tom. 3. Concil. pag. 1024. col. B. in quo prædiorum, & mancipiorũ Ecclesiæ immunitas demonstratur, & confirmatur, idem firmè habetur in cap. secundo Concil. Metensis tempore Arnulphi Regis celebrati, quod extat in eodem. tom. pagina 1029. col. B. Octauò sententiam, quàm Innoc. Papa IV. in Concilio Generali Lugdunensi residens, ac præsidens protulit, ac fulminauit contra Fridericum II. Imperatorem, in qua inter cætera eius scelera recenset, quòd viris Ecclesiasticis, ac bonis, aut rebus eorum imposuisset talias, & collectas, vt in eod. tom. concil. pag. 1488. col. A. Nonò caput de immu. Ecclesiarũ cõcilij Toletani auctoritate Aegidij Archiepiscopi Toletani celebrati, Anno Domini 1347. tempore Clementis Papæ VI. vbi quo ad immunitatem par est ratio subditorum, Vasallorum Ecclesiæ, ac Ecclesiasticorum in eod. tom. Concil. pag. 1546. col. B. Decimò caput. 14. Concil. Turonensis celebrati Andegaui in Gallia anno Domini 1448. tempore Nicolai Papæ V. in quo varia personarum genera contra personas, vel res Ecclesiasticas insurgentium excommunicantur, inter quas illæ enumerantur quæ domibus, vel locis Ecclesiasticis posuerint comestores in tom. 4. concil. pag. 510. col. B. Vndecimò confirmationem cap. 21. Concilij Toletani. 3. in dicto capit. Ecclesiarum seruos relati ab Hispaniarum Rege factam, vt apparet ex cap. 21. edicti, quod pro confirmatione dicti cõcilij edidit in 2. tom. concil. pag. 716. Duodecimò Concilium Coloniense secundũ sub Adolpho Archiepiscopo Anno Domini 1549. tempore Pauli Papæ III. celebratum in cuius vltima parte siue fine habentur censuræ, & decreta lata pro abusuum, & vitiorum ad Synodi iuditium Prelatorũ emendationẽ, inter quæ est caput 29. quo disertissimis verbis statuitur, ne Coloni Ecclesiarum seruitijs indebitis grauẽtur, sed frui sinantur libertate, priuilegijs, & immunitatibus Ecclesiasticis, iisdem,

iure, tum canonico, tum ciuili competentibus in tom. 4. concil. pag. 767. col. B. quod quidem ommissis omnibus alijs sufficeret pro hac veritate stabilienda.

10 Probatur denique propositio rationibus infrascriptis. Et primò, quia quando plura ordinãtur ad vnum, illud ad quod ordinantur, attendendum est, & secundùm idem iudicanda sunt cætera ad illud ordinata, & velut imperfecta ad perfecta reduci debent, hanc rationem primo probat lex ipsa diuinitatis, si quidem secundùm Dionisium lex diuinitatis est, vt infima per media in superiora reducãtur, nec secundùm ordinem vniuersi omnia æque, ac immediatè, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem perducuntur; hoc etiam humana lege comprobatur; nam Papinianus in l. asse toto ff. de hæred. instit. codicillos, quibus hæreditas directo data est, ideo valere voluit in vim directæ dispositionis quoniam ad testamentum ordinati erant, quasi testamento data videatur hæreditas, quæ tamen regulariter codicillis dari, nec adimi potest l quod per manus ff. de iure codicill. ordinatio igitur illa codicillorum ad testamentum illud operatur, vt vis testamenti speciali quadam ratione in codicillos redundet; Vulpianus etiam non alia ratione voluit putealia, funes, labra salientes, & fistulas cedere venditioni domus, quoniam, & si hæc non sint domus, sunt tamen ad domum ordinata; vndè quòd disponitur de domo, censetur quoque dispositum de his, vt ad domum ordinatis l. Iulianus §. ædibus, & l. funes ff. de actibus empt. alibi quoq; Papinianus respondit in legato domus nõ contineri hortum; si tamen hortus ordinatus esset ad domum aliter sensit in l. prædijs §. qui domũ ff. de legat. 3. plura alia possent veterum Iuris consultorum documenta afferri, at in re clara longius insistendum non est, sed famuli, coloni, & vniuersa demum familia colonorum ordinata est ad seruitium, & famulatum ipsorum Clericorum, ergo potiri debent eadem immunitate, & exemptione, qua potiuntur Clerici, vndè cum Clerici sint immunes, & exempti ab oneribus, & collectis per laicos imponendis, vt clarè constat ex supradictis iuribus, idque

omnes

omnes fatentur, ita neque eorum coloni dictis oneribus erũt subiecti, sicut enim clerici ab huiusmodi oneribus, ea potissimùm ratione fuerunt exempti, quia seruiunt, & famulantur Deo, & indignum est, vt personæ Ecclesiasticæ summi Regis obsequijs mãcipatæ à laicis, & popularibus hominibus oneribus premantur, ita iustum est, vt coloni deputati obsequijs Clericorum, eadem ratione oneribus non affligantur.

Secundò, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, vt in proposito rectè probat tex. in l. quæ religiosis ff. de rei vendic. hacque propositione in hac spetie vtitur auctor consilij vltimi post tract. Petri de Vbald. de collectis post num. 8. & Syluan dicto cons. 9. num. 24. Hinc etiam fœminas plebeas nuptas Senatoribus effici clarissimas respondit Vulpianus in l. fœminę ff. de Senat; sed clerici sunt laicis longè digniores, ergo priuilegia, quæ ipsis competunt ad colonos eorum, etsi laicos, protrahi debent, ratione scilicet dependentiæ, seu connexitatis, quæ inter clericos, & eorum colonos subest, qua ratione etiam dicimus perscriptionem contra priuatũ, quæ regulariter spatio decem, vel viginti annorum perficitur, instit. de vsucap. in princ. non currere, nisi spatio centum, vel quadraginta annorum, si talis priuatus communeius habet cum Clerico, vel Ecclesia c. ad audientiam, & ibi notat Innoc. in fin. de præscript. Soc. Iun. cons. 141. nu. 32. vol. 2. eadem ratione si clericus, & laicus eidem sint obligati eadem de causa exemptio fori sæcularis, quam habet clericus, transit ad laicum, vt non nisi coram Iudice Ecclesiastico conueniri possit: Bart. & Bald. in l præcipimus §. eodem obseruando C. de appellat. Socin. Sen. cons. 12. in 4. quest. num. 17. quem sequitur Soc. Iun. in cons. primo num. 3. vol. 2. quod verum est, etiamsi agatur de patrimonialibus, Seraphin. dec. 957. num. 2. & 3. par. prima quibus conferũt alia, quæ ponit Marsil. in rub. ff. de fideiussor. num. 152. & 153. quæ omnia, non aliam habent rationem, quàm dignitatem, & excellentiam Ordinis Clericalis, quæ tanta est, vt & ijs, qui cum clericis aliquo modo connectuntur, suffragetur: nõ igitur mirum videri debet, si & colonis in obsequio, & famulatu

clericis

clericis connexis opituletur: ex hac ratione etiã auctor consilij loco supra citato, dicebat, quòd res coherens rei Ecclesiasticæ dicitur Ecclesiastica, vltra tex. in dicta l. quæ religiosis allegat c. quanto de Iuditijs, & concludit post Abb. in dicto c. quanto in vltimo notabo, quòd licèt regulariter possessessum assumat naturam possessoris, tamen quando quis cohæret rei Ecclesiæ, possessor assumit naturam possessi, & laicus possessor dicitur quodammodo Ecclesiasticus, inspecta potiùs persona concedentis rem Ecclesiæ ad possidendum, quàm possidentis.

Tertiò, quia priuilegium Ecclesiæ concessum trahitur, etiam ad alios, quando non prodesset ipsi Ecclesiæ, nisi ad eos traheretur, atque ita quando vtilitas Ecclesiæ est connexa cum facto alterius, immunitas Ecclesiæ extenditur etiam ad alium. Hinc Bald. conf. 31. vol. primo concludit, quòd emẽs ab Ecclesia est immunis à solutione gabellæ, quando aliàs Ecclesia damnum sentiret, vt quia vilius vẽdidisset sequitur Io. de Amicis cons. 18. Alciat. in simili cons. 216. num. 7. & Gab. cons. 161. vol. 2. vbi loquitur in priuato, idem in simili voluit Dec. cons. 48. in fin. Rol. cons. 61. num. 18. vol. 4. & latè comprobat Riminald. cons. 724. nu. 47. vbi loquitur præcisè de immunitate Ecclesiæ; At non prodesset Ecclesiæ immunem esse ab oneribus; & collectis, si eius coloni grauarentur, qui propterea, vel vilius conducerent Ecclesiæ bona, vel damna, & expensas repeterent, vt infra dicetur, ergo ad illos extenditur immunitas ab oneribus, & collectis. comprobatur hæc ratio ex tex. in c. penult. §. cum conceditur de priuileg. in 6. vbi priuilegium concessum alicui, vt tempore interdicti possit audire diuina officia, extenditur ad omnes sine quibus ille cui concessum est priuilegium non posset eo vti. Hinc etiam coniunctus gaudet priuilegio coniuncti, quando aliàs priuilegium esset inutile, & suum non sortiretur effectum, vt ponit glos. in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10. vbi socius omnium bonorum gaudet immunitate socio cõcessa l. Aristo ff. quæ res pignor. & hac ratione; immunitas concessa Doctoribus, competit etiam fratribus DD. simul habitantibus

bus in communione bonorum Marsil.sing.180.Natt.cons.1. num.9.& 10.& cons.65. nu. 2. vol. primo ras. in l. si mancipati num.9 C. de collat.similiter Clericus habens bona indiuisa cum alijs potest ex suo priuilegio clericali illa defendere à collectis, & alijs muneribus,Specul. in tit. de Cler. coniug. num.13. Item Priuilegium pupilli suffragatur maiori, si maior habet rem communem cum pupillo leg. si communem fundum ff. quemadmodum seruitus amittatur gloss.fin.in c. vnic. de Iurepatron. in sexto,& infinita pœnè exẽpla ad probandum,quòd intuitu coniunctionis gaudeat quis beneficio quo aliàs non gauderet, affert Ias. in dicta l.si mancipati nu. 17. Natt. cons.599. in fin.

Quartò, quia immunitatis beneficium est reale, cum attingat immediatè Ecclesiam, & eius bona c. quacumque, c. nouerit. 10. q. prima c. non minus ibi de bonis Ecclesiarum, & Clericorum de immunitate Ecclesiæ, c. quamq; ibi, ac res ipsorum de cẽsibus in sexto cap. clericis ibi Ecclesiasticasue personas, & bona interdicta potestas de immunitate Eccles. eod. lib. c. quod olim ibi de prouentibus bonorum suorum eod. tit. inter extrauagantès communes, & demum Bulla Cœnæ Domini cap. 18. ibi Ecclesiasticorum bonorum, illorumue fructibus, & redditibus latè Card. Alban. de immunit. Ecclesiæ n. 102. & seq. Bursat. dicto cons. 25. num. 5. Rota diuersi decis. 23. nu. 6. par. 2. At quandò immunitas est realis, tunc etiam coloni sunt præseruandi immunes pro parte sua colonica per glos. in Clem. prima in verb. excolendas, vers. sed numquid. de decimis, vbi si Ecclesia habet priuilegium, & aliqua eius bona non soluant decimas, neque coloni dictorum bonorum tenentur soluere; quæ quidem gloss. communiter est recepta, vt per Card. ibi num. 21. Vital. nu. 31. Anchar. num. 6. seq. Abb. c. ex parte, *il 2 nol* num. 4. & iterum num. 5. vers. vnde placet de Decim. Remig. de charitat. subsidio quæst. 61. nu. 26. Socin. Sen. cons. 297. nu. 6. vol. 2. Dec. cons. 48. in primo arg. Syluan. d. cons. 9. nu. 22. Bursatt. d. cons. 25. nu. 8. lib. 1. latè Decian. cons. 51. num.
11 14. 15. & 16. lib. 3. Bott. cons. 87. num. 31. & 32. Neque hoc

argu-

argumentum aliquam congruã patitur responsionem, quòd enim aliqui dicunt hanc immunitatẽ non esse realem, quia si esset realis, transiret etiam ad emptores rerum Ecclesiæ, non subsistit, primo quia immunitas concessa fuit bonis, & rebus Ecclesiæ, non simpliciter vti bonis,& rebus, sed reduplicatiuè, quatenus Ecclesiæ bonis, & rebus, & sic propter qualitatem illam Ecclesiasticitatis, & ideò non est mirum, si cessante illa qualitate, & superueniente profanitate cessat immunitas, satis ergo est ad effectum,de quo agitur immunitatem esse realem, quandiù bona sunt in dominio Ecclesiæ, vt in suo casu considerat Socin. Sen. cons. 297. sub. num. sexto ibi, dummodo sint &c. & ibi dummodo pertineant iure Archidaconatus lib. 2. sicut in terminis dictæ Clem. de Decim. si prædia illa exirent de manibus religiosorum non essent amplius exempta, & tamen quandiu sunt in dominio religiosorum, quia priuilegium loquitur de bonis dicitur reale & cõpræhendit colonos,vt ibi per gloss.& omnes sic priuilegia, & exemptiones religionis Hierosolomitanæ, de quibus loquitur Decian.dicto cons. 51. & Societatis Iesu de quibus loquitur Rota in vna Cartaginẽ. Decimarum coram Bubalo X. Decembris 1578. dicuntur esse reales, & suffragari colonis, & tamen si bona prædicta transirent in dominium laici, facilè concederetur cessare illorum exemptionem. Secundò, quia propter instantiam valdè friuolam, & inanem, non dissoluitur argumentum, præcipuè quia instantia sublata remanet ex supradictis.

Quòd Secundò alij dicunt, Glossam in dicta Clementina loqui, quando onus imponitur rei, non personæ, quia gloss. loquitur in decimis, quæ debentur ratione prædij, secus si ratione fructuum imponatur onus colono, vt inter alios dicit Thess. dec. 116. nu. 14. Vanum omninò est,quia gloss. in dicta Clemẽtina expresè habet,colonum fundi exempti non teneri ad decimas, & tamen colonus nõ tenetur ad decimas ratione prædij,sed ratione fructuum, & propter fructus persona eius grauatur c. tua *il secondo*, de decimis, in illis verbis sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanent ratione cul-

culturæ, ſic, & Dominus de portione, quam recipit ratione terrę decimam reddere tenetur, ſuper quibus verbis Barboſ. in collec. dicti cap. num. 4. poſt alios refert colonum nummis colentem ſoluere decimam perſonalem, tamquam de lucro ſuæ perſonæ. Rectè igitur procedit argumentum noſtrum, nam ſicut colonus fundi exmpti non tenetur ad decimas, etiam ſi ad illas ſit grauatus ratione fructuū, & pro ſuo laborerio, traffico, & lucro, ſic colonus fundi exempti non tenetur ad collectas, etiam ſi ad illas eundem teneri velint ratione fructuum, & pro ſuo laborerio. Vndè Abb. in dicto cap. ex parte num. 9. de decim. optimè probat, colonum fundi exempti non teneri ad decimam, quia fructus capiuntur ex terra priuilegiata, quę ratio militat in colonis reſpectu collectarum, aliàs fructus ſumpti ex re priuilegiata non eſſent exempti.

12 Quintò, quia impoſitio onerum eſt iuriſdictionis Salic. in l. neminem C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 78. num. 9. vol. 6. Pariſ. conſ. 24. num. 3. vol. 1. & ſubire onera ſpectat ad illos, qui omnino ſunt ſubditi l. Libertus §. ſola, vbi Bart. ff. ad municip. Bald. in l. omnes verſ. ſpecialis autem impoſitio C. ſine cenſu, Alex. dicto conſ. 78. num. 6. & conſ. 3. nu. 10. volu. 7. At coloni bonorum Eccleſiaſticorum vti tales nō ſunt de foro, & iuriſdictione laicæ poteſtatis, ſed Eccleſiæ, cuius ſeruitio ſunt deputati vt in principio diſputationis probatum eſt ex plurium DD. auctoritate, quibus addo caput Quartum, Appendicis capitulorum Sueſſionenſis Concilij, ſub Leone Papa IV. in quo Rex præcipit miſſis, ſeu legatis ſuis, vt decretum de colonis per Epiſcopos eorumque miniſtros cùm delinquunt caſtigandis curēt ſine cōtradictione ſuſcipi in tom. 3. Concil. par. prima pag. 647. col. B. & 648. vbi etiam col. B. videri poſſunt notæ ad dictum caput, ergo colonis Eccleſiæ, vti talibus non poteſt aliquod onus imponi à laica poteſtate.

Sextò, quia conſtitutiones laicorum circa onera non poſſunt colonum afficere pro fructibus, quos ratione ſui laboris percipit in bonis Eccleſiæ, tum quia traficum, & labor im-

pro-

probus non possunt censeri, Leo in Thess. fori Ecclesi. cap. 14. num 6. vers. pro trafico, id enim quod in æstimo potest annotari debet esse certum, & sui natura fructiferum, quę duo necessarió requiruntur ad constituẽdum patrimonium, seu peculium, quod in cathastro describi possit, at colonus Ecclesiæ vti talis nihil habet certum, & fructiferum, ergo collectari non potest; tùm quia respectu laici onera imponentis non sufficeret concurrere potestatem, quò ad personam coloni, nisi etiam concurreret respectu rerum, & materiei Bar. cõs. 187. Domini Priores artium, in primo dubio vol. primo; Pancir. cons. 49. num. 5. Cald. cons. 12. per tot. Anchar. cõs. 155. num. 8. cum autem, vt supra dictum est, & infra melius explicabitur, fructus bonorum Ecclesiasticorum sint immunes, & exempti; alioquin immunitas bonorum Ecclesiæ vana, & infructuosa redderetur, quia proprietas ab vsufructu separata inutilis est l. 3. §. no autem ff. de vsufructu, idq; latè probat Alban in sua disputatione de immunit. Ecclesi. num. 48. & 49. sequitur, ratione etiam ipsorum fructuum, onera colonis imponi non posse.

13 Septimò, quia si personæ Ecclesiasticæ colant bona suis proprijs sumptibus per suos operarios, tunc proculdubio sũt immunes, quò ad omnia Thess. dicta decis. 116. in fin. vbi ita fuit per Senatum Pedemontanum decisum, & ita etiam firmasse Senatum Mediolani asserit Boss. de princ. numer. 178. Bursat. cons. 42. num. 17. & apud omnes est indubitatum, ergo erunt etiam immunes si eadem bona locent, alioquin euitari non potest, quin per indirectum aggrauentur, ac multò deteriores fiant ex sola locatione, & proinde ad euitandum istud indirectum grauamen inuitantur ad nõ locandum, sed proprijs sumptibus colendum, quo casu in cultura agrorum implicitι, segnius diuino cultui vacare possunt, vt propterea opinio contraria tamquam retractiua à diuino cultu sit tãtò fortiùs explodenda ad not. per Bart. in auth. cassa C. de sacr. Eccles. Riminald. Iun. cons. 35. nu. 22. & dum personæ Ecclesi. bonum opus agunt locando laicis bona sua, vt ita maiorem habeant vacationem, ac temporis cõmoditatem ad incum-

cumbendū muneribus spiritualibus, ac pietatis officijs, non debent de hoc bono opere lapidari, dum per indirectum angariata parte colonica, ipsis cum effectu præiudicium affertur.

14 Octauò, si vera est conclusio, quam ex Marchabrū. cons. 18. num. 39. firmat Menoch. casu 562. num. 57. tueturque Petr. de Vbald. cons. post. suum tract. de collect. nu. 7. quòd scilicet si Ecclesia paciscatur immunitatē cum colonis, pro illorum portione, tunc eis debeatur, nulla diuersitatis ratio considerari potest, quare eadem immunitas non debeatur, nulla facta simili pactione, tum quia euidenter apparet hoc ius collectandi colonos non pēdere ab auctoritate Principis laici, quod habeat in bonis, & rebus dictorum colonorum, quod ab Ecclesia eidem inscio auferri non posset; tùm quia semper verum erit, colonum multò minus velle soluere profecto vbi ad collectas teneatur, idque totum in præiudicium Ecclesiæ redundare, & propterea quò ad hoc eandem esse virtutem taciti, & expressi.

Nonò, si coloni hospitatione militum, alijsque oneribus premerentur, Ecclesiæ libertas p indirectū lederetur, fieretque fraus legi, quod patet ad sensum, minori enim pēsione, ac deterioribus conditionibus locarentur bona absque exemptione, quàm cum exēptione; plus enim venditur, & locatur res libera, quàm grauata l. si venditor ff. de seruis exportan. l. fūdi pretium de contrahen. empt. Rolan. cons. 61. num. 19. lib. 4. Menoch. cons. 156. nu. 6. lib. 2. Io. Bott. cons. 87. num. 3. vndè propter hoc damnum, Ecclesiæ libertas læditur, & consequenter intrat dispositio c. fin. de immun. Ecclesiæ in Sextò, c. quanto, de priuileg. quem textum ad colonos bonorū Ecclesiæ extendit Bart. in repett. l. placet C. de sacros. Eccles. in fin. & quādo Ecclesia per indirectū grauaretur, priuilegium exemptionis competit etiam colono Felin. in cap. 2. nu. 3. de for. compet. Alba cons. 8. num. 3. Bursat. dicto cons. 42. nu. 17. Quod eo magis procedit, quia colonus ita grauatus potest ab Ecclesia repetere, gloss. communiter receptain d. l. hi pœnes C. de Agric. & censit, quam sequuntur Io. de Plat. &

Bart.

Bart. ibi in princ. Bald. in l. 1. col. 2. C. de iure emphyteu. & in d. l. si cum duobus §. in secunda ff. pro soc. Alex. cons. 4. vol. 5 tùm quia collecta censetur imposita contemplatione prædij l. rescripto §. fin. C. de ann. & tribut. lib. 10. quo casu est soluenda per dominum prædij Bald. in l. prima nu. 5. tit. eodem de ann. & tribut. & ibi Bart. nu. 3. & in dicta lege hi poenes, tum quia colonus non possidet, sed detinet, & ideo si grauetur propter fructus præceptos, potest illos repetere à Domino prædij, prout declarat Alex. cons. 35. num. 12. lib. 4. & dicto cons. 4. lib. 5. tum quia colonus obligatur respectu domini, & persona eius inspecta, & non aliter, Eugen. d. cons. 96. num. 23. tùm denique, quia ab oneribus mixtis, & extraordinarijs colonus pro eius portione est exeptus l. prima C. de Agric. & cens. lib. 11. qui textus de omnibus colonis debet intelligi Zuccard. dicto cons. 739. num. 6. & 7. Catt. dicto cons. 740. Io. Bott. dicto cons. 87. num. 2. Morot cons. 76. num. primo, & sexto, quem refert, & sequitur Costa de portione ratæ q. 158. nu. 12. & Rota in Corrigien. Gabell. coram Iusto 27. Nouembris 1602.

15 Nec obstat responsio, quam aliqui afferunt, quòd supradicta ratio procedat in damno vitando, secus autem in lucro captando, quia dicitur eum damnum sentire, qui lucrum ammittit l. 2. §. si quis vers. nam quotiescumque ff. ne quid in loco public. glos. in l. prima §. primo de itiner. actuque priuat. Bald. cons. 182. nu. 3. lib. primo; cum enim quis ammittit lucrum, iam radicatum censendum est eum damnum sentire Bal. cons. 386. vers. præterea lb. 1. Ruin. cons. 95. nn. 12. per tot. & cons. 219. num. 6. lib. primo Castren in l. 2. §. in fideiussorem num. 3. ff. qui satis dare cogantur, & de communi testatur Ias. in l. reprehendenda num. 10. C. de instit., & substit. Quinimo qui ammittit lucrum, quod erat facturus locando bona sua, propriè damnū sentit, Surd. Dec. 270. num. 10. & lucrum acquisitum ex iure maximè diuino, vt in casu nostro, si ammittatur, conuertitur in damnum Rot. dec 22. nu 15. & 16. par. 2. diuers. æstimaturque damnum tàm actu, quàm potentia. Rot. decis. 31. nu. 8. ead. parte 2. dam-

num

num enim sentire, vel demũ alicui inferri intelligitur, quando quis priuatur eo, quod sibi debetur, & propterea hic propriè non agitur de tollendo lucro, sed de damno inferendo, cum diminuantur fructus, & redditus, Ecclesiæ, diminutio autem fructuum censetur diminutio patrimonij, cum in eo fructus computentur l. item mala §. legis, & ibi glos. in verbo hero. ff. ad l. Aquiliam. l. Herẽnius §. si fructibus, & ibi Odofr. Alber. Angel. Salicettus, & Fulgos. de vsur. & prædicta eo magis locum habent in Ecclesia, & clerico, à quibus etiam lucrum acquirendum auferri non potest Abb. in c. Ecclesia S. Mariæ ante num. 21. & ibi Dec. num. 119. & 121. de constit. Ruin. dicto cons. 95. num. 13. versic. quinimo, li primo..

Similiter non obstant aliæ responsiones, quæ circunferuntur, quod scilicet supradicta ratio locum habeat, quãdo coloni Ecclesiæ plus grauarentur quàm coloni laicorum, vt respondet Thess. d. dec. 116. nu. 9. & quòd damnum quod secundario infertur non sit habendum in consideratione; Quo ad primam enim dicitur eam petere principium, cum disputatio sit circa hoc, an coloni clericorum debeant esse omnino exempti, supposita autem exemptione, quam nos prætendimus, clarum est Ecclesiam grauari etiam si in minima parte eius coloni onerẽtur; Quoad secundam autem dicitur nos habere regulam in contrarium, quòd scilicet prohibitum via directa non possit censeri permissum per indirectum, & in casu nostro videatur Cald. cõs. 12. Ancar. cons. 13. & DD. omnes in c. Ecclesia S. Mariæ, vbi Felin. latè sub. num. 44. de constit. Anchar. cons. 155. nu. 8. Bott. in dicto cons. 87. num. 3. & 29. Sylu. dicto cons. 9. nu. 12. & num. 19. Bursat. d. cons. 42. nu. 20.

16 Decimò, vbicumque dominus non est obligatus ad collectas, ibi neque emphyteuta, & multò minus colonus obligari potest, quia emphyteuta, & colonus obligantur respectu domini, & persona eius inspecta, & non aliter vt post Bart. in allegata l. priuatæ tenent Eugen. dicto cons. 96. nu. 23. Fachin. dicto cap. 91. & alij in principio allegati, qui indistinctè tenẽt Emphyteutam Ecclesiæ esse immunem. At Ecclesia, & per-

sonæ Ecclesiasticæ nemine contradicente sunt immunes, & exemptæ, ergo etiam eorum coloni, & cum per ratione supradictam emphyteuta Ecclesiæ non possit collectari respectu sui vtilis dominij scilicet fructuum, & redditũum; certè optimè concludit, etiam colonum Ecclesiæ non posse collectari respectu fructuum eidem contingentium. Nec valet responsio Menochi, & aliorum, quòd immò talis emphyteuta possit collectari, quia replicatur, communem opinionem esse in contrarium, vt ex numero DD. ab initio probatũ est, eámque etiam approbauit Rota in Romana de Scappucijs, de mense Ianuarij 1611. coram R.P.D. Coccino.

17 Vndecimò, Coloni Ecclesiæ non tenentur ad actualem hospitationem in domibus Ecclesiæ, vt censuit Senatus Pedemontanus relatus per Gasp. Anton. Thess. ad dictam dec. patris 116. in fine, Surd. cons. 301. num. 4. Catt. dicto cons. 740. sub num. 12. Galligul. cons. 59. num. 70. Thessaur. for. Eccles. p. 3. cap. 7. num. 119. & 120. Natt. dicto cons. 409. nu. 3. Carol. de Grass. de effec. cler. effec. 3. num. 51. & 122. idq; probatur ex c. primo de immunit. Eccles. in ipso principio vbi verba diriguntur ad domos ibi, & in domibus Ecclesiarum, & ita sentiunt Gloss. ibidem, in verbo hospitium Butr. in primo, & secundo notab. Abb. sub num. 3. & cæteri omnes Luc. de Penn. in l. fin. ibi sunt, & domus, &c. C. de metat. lib. 12. ergo nõ debent teneri ad collectas, quæ ea de causa imponuntur; tum quia dicta exemptio est realis, vt patet ex iuribus supra allegatis, dùm verba diriguntur ad domus, quod est proprium signum exẽptionis realis, vt probat Rot. dicta decis. 23. nu. 6. par. 2. diuers. Bursat. dicto cons. 25. nu. 5. & alij supra relati; vndè indistinctè transit ad colonos domus ipsas inhabitãtes per dictam Clem. primam, vbi gloss. in verb. excolendas de decima, cum alijs de quibus supra in quarta ratione; tum etiam quia huiusmodi collectæ succedunt, & subrogantur in locum hospitationis Bott. dicto cõs. 87. in fin. Abb. in c. non minus in fine de immunitate Eccle-
19 siæ, Bald. cons. 408. ante finem vers. secundo casu lib. 5. & in l. etiam ad finem C. de executione rei iudic. Rip. cons. 1. nu.

4. sub

4. sub rubr. de muner. & honor. & in l. 4. in princ. nu. 30. & 31. de re iudic. Rolan. cons. 2. num. 31. vol. 4. Alba cons. 62. num. 8. Neuiz. cons. 66. num. 33. Bursat. cons. 16. nu. 75. lib. primo, & hac ratione Rota in dicta Corrigien. Gabellæ coram Iusto 27. Nouembris 1602. & 17. Maij 1603 tenuit colonos Ecclesiæ non teneri ad collectas, quæ impositæ fuerãt pro tabellarijs, alijsque huiusmodi oneribus, ad quæ coloni ipsi adstringi non potuissent, & hoc est generale in omnibus actibus, & dispositionibus, quæ regulantur à sua causa, vt in hac ead. materia dicit Bellon. cons. 12. num. 3. & 4. Bald. in d. l. etiam C. de execut. rei iudic. latè Surd. cons. 301. nu. 36. & seq. Aym. cons. 201. nu. 25. sicuti etiam regulariter subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur l. si cum §. qui iniuriar. ff. si quis caut. Gabriel. conclus. secunda, de reg. iur.

Nec refert, quòd vsus istarum domuum sit apud colonos, quia quando priuilegium est reale, vt supra dicebatur in proposito, non consideratur quis vtatur re exempta, sed natura ipsius rei, secundùm quam priuilegium reale transit etiam ad colonos, præterquam quòd conductores Ecclesiasticorum, & ipsi ex allegata lege prima C. de Episc. & Cler. ibi, prçterea neque hospites suscipietis, à dicta hospitatione alijsque oneribus sũt exempti, vt latè in explicatione dicti textus probatum est, & denique nemo in proposito ignorat, quantum detrimentum patiantur istæ domus etiam respectu proprietatis propter huiusmodi militum hospitationem, cui etiam damno addi potest, quòd coloni expulsi, vel oppressi, & angustiati in proprijs domibus nõ possunt, vt deberent, incumbere eorumdem bonorum culturæ.

18 Duodecimò, Fructus, quos percipit colonus pro sua portione colonica non sufficiunt pro expensis, ac familię manutẽtione, ergo etiam ex falsa suppositione, quòd colonus posset collectari nihil habebit, super quo collecta imponi possit: antecedens probatur experientia, quia deducto adiutorio massaritio, semine, alijsque expensis, ac mercede operariorum, quos multoties sibi assumere cogitur colonus, conside-

ratisque casibus grandinis, pruinæ, & similibus in quibus dominus subuenire colono cogitur, & propter quos colonus non persoluit partem domino debitam, & cum eo ingens æs alienum cõtrahere solet in colonis, etiam diuitibus, nihil poterit reperiri, quod eorum proprium nuncupari possit, & quod exemptum sit ab hypotheca, quàm clerici, & Ecclesia habent in dictis fructibus, & bonis mobilibus ab eis necessariò necessitate præcisa apud colonum relictis, vt bona colere possit; Hinc admissa eadem falsa suppositione, collecta non posset imponi nõ nisi post recollectos fructus, figmẽtisq; omnibus octauæ, vel alterius quotæ partis, quæ super perticatu fundatur remotis, cum deductis expensis, ac victu coloni, eiusque familiæ nullos aut minimos fructus colligat, nec per modum regulæ, habitaque ratione maioris, & minoris vbertatis stabiliri posset octaua, vel media portio prætensa, tum quia in facto verum nõ est abstrahendo à quocumque casu fortuito tot posse percipi fructus à colono, qui deductis laboribus, & expensis possint constituere valorem fructuum octauæ, vel mediæ partis bonorum, quæ ab eo colũtur; sicuti etiam impossibile est apud colonum tot reperiri bona mobilia, quæ constituere possint valorem octauæ, vel mediæ partis ipsorum bonorum, tum quia fructus, vt potè in certi, & varij, tàm quò ad ad illorũ recollectionem, quam quò ad illorum quantitatem non sunt capaces collectæ certæ, & indubitatæ, & impossibile est certò scire, an colonus pro vnico anno percepturus sit aliquos fructus vltra labores, & expensas, & multo magis impossibile est illud taxare pro omnibus futuris annis, vnica tantum determinatione. Vnde cum super fructibus incertis, & varijs, & in rerum natura non extituris prætendatur collecta certa, inuariabilis, & vniformis, euitari non potest, quin colonus cogatur ad conducendum minori prætio, quàm conduceret si bona dicto onere nõ essent grauata, qua in re Ecclesia dicitur lædi per indirectum, vt supra dictum est.

19 His iactis fundamentis facilè tolli possunt omnia, quæ in contrarium afferuntur.

Non

Non obstat ergo primò, quòd exemptio concessa prędijs Ecclesiæ non sit concessa prædijs ipsis, ac fundis, sed personis pro rebus. Quia respondetur ex supradictis sufficienter constare exemptionem hanc esse realem, ipsisque rebus ac bonis Ecclesiasticis reduplicatiuè, vt sic fuisse concessam, ita ut instantia, quòd eadem bona in laicos peruenientia oneribus subijciantur, non officiat, cum tunc non sint eadem bona, ammittãtq; qualitatẽ Ecclesiasticitatis, & sicut primò, & per se concessa est immunitas personis Ecclesiasticis, quia sunt Deo dicatæ, ità primò, & per se concessa est immunitas bonis Ecclesiasticis, quia sunt in Dominio Christi. Hostien. in sum. tit. de decim. quæst. 9. Paul. de Cast. cons. 414. num. 4. volum. 1. Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 17. num. 11. & 12.

Non obstat secundò, quòd priuilegium immunitatis sit stricti iuris, strictèq; intelligendum, & ideo extendi nõ possit ad colonos Ecclesiæ cap. priuilegia de reg. iur. in 6. cum alijs ex aduerso adductis; quia respondetur hic propriè non agi de priuilegio, sed potius de beneficio, quod est latè interpretandum c. olim de verb. significat. & vbi ageretur de priuilegio, cum illud non sit particulare, sed generale, & in corpore iuris insertum ad huc venit latè interpretandum, maximè quia alicui alteri legi non repugnat, vt not. But. & Abb. in d. cap. olim Ias. in l. fin. in fin. de constit. princ. præterea hic non tractatur de extendendo, sed potius de conseruando priuilegio, quod certè læderetur si coloni ab oneribus exempti non essent ex supradictis.

Non obstat tertiò, quòd fructus separati à solo sint colonorum, ideo eorum ratione possint collectari, quemadmodum etiam tenentur ad decimas. Respõdetur enim in nostro casu non esse considerabile, quòd fructus transierint in dominium coloni, quia agitur de priuilegio, reali secundùm quòd etiam fructus qui transeũt in colonum sunt exempti, id quod supra exemplificatum est in priuilegio reali non soluendi decimas, propter quod quamuis fructus transierint in dominium coloni, is nihilominus exemptus est à solutione de-

decimarum, eadem ratione, nec etiam ad vectigalia coloni, aut conductores priuilegiatorum tenentur si reale fuerit priuilegium, vt vectigalia non pendantur Alc. cons. 4. Boer dec. 213. num. 18. Ægid. Thom. de collec. §. si quispiam num. 70. Anchar in c. quamquam de cens. in 6. Roland. cons. 91. nu. 15. vol. 4. Præterea collectæ tunc possunt imponi super fructibus, quando percipiuntur iure proprio; & ex re propria Alex. cons. 35. nu. 12. vol. 4. Soc. Sen cons. 119. num. 1. lib. 1. at colonus nihil percipit iure proprio, ergo super eius fructibus, licèt à solo separatis non potest imponi collecta, tertio licèt fructus separati à solo sint coloni, illos tamē habet ex contractu locationis initio cum Ecclesia, & propterea illos debet habere immunes, nisi aliter super illis contrahat, vel disponat iuxta magistralem doctrinam Bald. in dicto cons. 31. lib. primo, quia sequūtur naturam bonorum ex quibus percipiuntur Abb. in c. ex parte num. 4. & 5. de decim. & post alios tradit Burs. cons. 25. num. 6. & 7. Osasc. dec. 32. num. 3. & probatur ex trad. per Petr. de Vbal. in dicto cons. 2. post tract. de collect. nu. 8. in 4. fundam., & parum prodesset quòd bona essent exempta, nisi & fructus essēt immunes, aliàs huiusmodi bonorum exemptio esset vana, & infructuosa. Quartò etiam pro eorum fructibus à solo separatis coloni sunt immunes, & exempti, vel quia sunt deputati seruitijs clericorum, vel quia sunt eorum socij, vel quia licèt videatur collecta imponi super fructibus, re vera tamen imponitur super bonis Ecclesiæ, cum deductis laboribus, & expensis nihil colono cum effectu supersit.

Non obstat quartò, quòd pro negotiatione, & mercimonio collectari possint etiam clerici c. de vit. & honest. cler. cum alijs ex aduerso adductis, ergo multò magis coloni, qui dicuntur negotiari conducendo prædia clericorum, & dicuntur quodammodo emere fructuum partem; vnde non possunt dici immunes à gabellis, & collectis cum emptores fructuum Ecclesiasticorum teneantur pro illis soluere collectam, Bart. in l. licitatio §. vlt. ff. de public. & vectigal. Archidiac. c. vlt. de cens. in 6. Bertach. in tract. de gabell. par. 7.

quæst.

quæst. 7. Respondetur enim disparitatem esse inter clericos, & colonos; prohibita enim est cleris negociatio simpliciter loquendo, & si eam exerceant sonat in dedecum; & ob id immunitas ammittitur, & si detur casus in quo liceat clerico negotiari, tunc nihilominus à solutione gabellæ immunis existit, vt potè quando bona ad victum non sufficiunt. Fed. de Sen. cons. 207. Ferret. cons. 145. nu. 4. Colonis verò non est prohibitum conducere prædia Ecclesiæ, eoque modo negotiari, immo talia agendo summopere à legibus, & sacris Can. commendantur, & propterea in specie ob dictam negotiationem præseruantur immunes à collectis, prout habemus text. expressum in dicta l. 2. C. de Episc. & Cler. ponderando illa verba, qui in mercimoniis operam habent. Præterea motiuū de negociatione non potest casui nostro applicari, quia versamur in fructibus simpliciter, ex fūdo Ecclesiæ collectis, quibus colonus vtitur pro suo, & suę familiæ vsu ad trad. per Bursatt. dicto cons. 4. num. 8. & 9. Neque officit id quod dicitur de fructuum emptore, quia primò non desunt, qui teneant immunitatem à gabellis, & vectigalibus concessam venditori, censeri etiam concessam emptori, & è contra vt post multos concludit Menoch. cons. 136. nu. 14. vers. quinto hanc communem controuersiam; Imol. cons. 184. Syluan. dicto cons. 9. num. 33. Decian. cons. 51. num. 10. 41. & 42. vol. 3. Præterea vel agitur de gabella soluenda ex actu separato cum Ecclesia, vel ex actu connexo, & pro ipso contractu celebrato cum clerico, primo casu admittit potest opinio contraria, non secundo; quia sicuti non tenetur clericus, ita neque emens ab eo Dec. cons. 48. Io. de Amic. cons. 18. Rol. land. cons. 61. num. 18. vol. 4. & Menoch. dicto cons. 136. per tot. & præcipuè num. 24. nos autem versamur in actu connexo ex supradictis, & huic distinctioni non repugnat Bart. in d. l. licitatio §. fin. quia loquitur de actu extrinseco nō habente dependentiam à contractu gesto cum Ecclesia, scilicet de actu trāsportationis ad portam Ciuitatis, quæ vtiq; potest euitari, vendendo fructus in commitatu, & de huiusmodi gabella, quæ debetur ex nouo contractu, seu facto ipsius co-

loni super fructibus ab eo iam perceptis loquitur Feder. de Sen. in celebri cons. 211. & multi alij illius sequaces. vlterius argumentum non concludit, quia diuersa est ratio inter emptorem, & colonum, colonus enim est laborator, & socius clerici in fructibus prædij Ecclesiastici, & sic rei priuilegiatæ, & ideò gaudet immunitate Ecclesiæ ex supradictis.

Non obstat, quintò quòd mutata personæ cōditione censeatur etiam mutata conditio rerum, seu bonorum, & consequenter extinctum dicatur priuilegium, leg. Paulus ff. de acquirenda hæreditate cum similibus, hinc; si bona Ecclesiastica transferuntur in laicos desināt esse immunia ab oneribus, & propterea mutato etiam dominio fructum, eoque in colonum translato ipse immunitate Ecclesiæ frui non debeat: Quia respondetur argumentū continere manifestam fallaciam, quamuis enim concedi possit, quòd mutato dominio rerum stabilium censeatur mutata, etiā personæ conditio, id tamen nō procedit in mutatione domiuij fructuum, qui cum percipiantur ex fundo immuni, & ex cōtractu initio cum Ecclesia, & ipsi sunt immunes, quamuis transeat in dominium coloni, vt supra probatum est: Præterea cessat oppositio in immunitate reali. Syluan. dicto cons. 9. nu. 22. qualem hanc esse ostensum est in quarto argumento, itaut sufficiat dominium bonorum esse pœnes Ecclesiam ad effectum, vt immunitas redundet in colonos, etiam pro fructibus ad eos spectātibus, quod verum esse etiam intuitu solius seruitij, societatis, seu particularis coniunctionis, ac ratione damni per indirectum Ecclesiæ illati, latè supra ostensum fuit.

Non obstat sextò, quòd emphyteuta Ecclesiæ teneatur ad onera, & collectas, quia vtile dominium, quod habet est merè laicum, & prophanum, vt tradit Menoch. d. cas. 562. nu. 22. & 30. ergo multò magis teneatur colonus Ecclesiæ, pro sua portione fructuum, quorum dominium tàm vtile, quàm directum pœnes ipsum reperitur. Quia respondetur verius esse emphyteutam Ecclesiæ ad huiusmodi onera nō teneri, vt in principio disputationis probatum est, qua ratione ar-

gumentum retorquetur, & à maioritate rationis probatur, colonum Ecclesiæ non teneri, quia si emphyteuta, qui non solùm habet dominium fructuum plenum, & completum, sed etiam dominium vtile bonorum non tenetur, ergo multo minus tenebitur colonus, qui habet solùm dominiũ fructuum. Quod si ex falsa suppositione admitteremus, oppositionem esse veram in emphyteuta, tunc nihilominus aliud dicendum erit in colono, primò quia emphyteuta habet ius in re, & possidet, iureque proprio percipit fructus, non sic colonus, qui ex solo contractu inito, cum Ecclesia fructus colligit Alex. dicto cons. 4. sub num. 7. vers. & ex prædictis lib. 5. & cõs. 35. num. 12. lib. 4. Secundò, quia in emphyteuta non potest considerari præiudicium indirectum Ecclesiæ, de quo supra latè dictum est, cum emphyteuticus canon soluatur, magis in recognitione superioritatis, quàm pro bonorum redditibus.

Non obstat septimò, quòd priuilegium, quo gaudẽt bona Ecclesiastica, non videatur reale, sed personale, cum non sit concessum principaliter rebus, sed secundariò nempè contemplatione, & intuitu ipsius Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum ex Gasp. Anton. Thess. in addit. ad decis. patris. 116. Quia respondetur, hanc oppositionem dissolutam remanere ex ijs, quæ allata fuerunt in quarto argumento, vbi probatum est, exemptionem esse omninò realem; verum est etiam, quòd dato, sed non concesso, quòd immunitas esset personalis, tunc etiam colono omninò prodesset rationibus in corpore disputationis allatis, quæ hic non repetuntur.

20 Non obstat octauò, quod separatorũ separata debeat esse ratio l. fi. C. de calum. cum vulg. ideoq; cum fructus, quos coloni percipiunt, sint eorum proprij, & quid temporale, pro illis collectari possint. Quia respondetur hoc argumentum sublatum remanere, ex ijs, quæ dicta sunt in responsione ad tertium argumentum.

Non obstat nonò fundamentum factum super cõmuni opinione ex Doctoribus cõgestis per Menoch. iũctis nõnullis alijs. Quia respõdetur pleroſq; ex DD. à Menoch. enumera-

tis nō loqui in casu nostro, cum vel loquātur de gabella, quæ debetur ex fructibus iam perceptis, ex facto, & ex contractu ipsius coloni, pro vt Federic. de Sen. dicto cons. 111. & alij, vel in casu particulari aduentus Principis, vt Innoc. & Abb. vel in fisco, & nō in Ecclesia, vt Salic. vel in Emphyteuta, qui habet ius in re, vt Bertach. Luc. de pē. & Brū. vel firmēt conclusionem in genere nulla facta mentione colonorum Ecclesiæ, pro vt Roland. vel loquantur de gabellis pro reficiendis pontibus, & vijs, vt Bursat. cons. 25. nu. 3. qui dicit tūc teneri Ecclesiam in subsidiū laicorū ad nutū tamen Superioris Ecclesiastici, vt propterea enumeratis Doctoribus per nos allegatis, sublatisq; contrarijs, conclusionem contrariā non firmantib. clarè appareat cōmuniē opinionem esse pro colonis.

21 Non obstat decimò, & vltimò, quòd vbi adhuc res dubia esset iure communi inspecto, ordines Ducales, & obseruātia subsecuta immemorabilis omnem sustulerit dubitādi rationem, quia obseruātia interpretatur actū dubiū præcedētem, vt probat in pūcto Ioseph. Lud. in suis conclus. concl. 38. illat. 78. vbi dicit ex obseruātia interpretationem sumi an Ecclesiastici possint collectari, probatq; similem obseruantiam non exigere temporis cursū, sed sufficere quandoq; ita fuisse obseruatū. Respōdetur enim negādo huiusmodi obseruantiam extitisse, vel extare, & proindè dicimus partē aduersam teneri eam probare, tamquam quid facti, & fundamentum suæ intentionis, imò argumentū posse retorqueri cū contraria obseruantia, & consuetudo iure vigeat, sufficitq; Ecclesiæ allegare suos colonos nō soluisse. Et vbi ex falsa suppositione admitteretur talis obseruantia, adhuc non esset attendenda, vel quia esset turbida, & cum partis contradictione, quę exactores ipsos exigere attentantes excommunicatos sępius declarauit; & ideo nihil operaretur. Pereg. cons. 73. nu. 19. Seraph. dec. 381. num. 14. maximè quia nō demonstrabitur secūdū eā fuisse obtentū in iudicio, vel quia à paucis colonis absq; Ecclesiasticorū scientia, & cōsensu, ita fuisset obseruatū, quo casu nec Ecclesiasticis, nec Ecclesiæ, cui huiusmodi beneficiū competit, præiudicari potuisset, Inn. in c. accedētibus

bus in principio de priuleg. Gall. conf.54. nu.58. Surd. conf. 419. nu.36. Seraph. dec. 1463. quemadmodū nec Ecclesiastici preiudicare potuissent Ecclesię, c. si diligenti de for. cōp. c. cum tempore de arbitris, c. cum clericis de immū. Eccles. in 6. Flor. Diez. var. q. lib. 2. q. 21. n. 266. Purpur. conf. 324. n. primò, & 594. nu.9. Gratian. discept. forens. cap. 791. nu. 19. & cum aliter à plerisq; colonis, sciente, patiente, & tollerante fisco Regio fuerit obseruatū, non potest ab eo allegari acquisitio, aut retentio, vel conseruatio possessionis absolutè, & simpliciter, Euerard. Sen. cons. 3. in sexta col. vers. 8. etiam Vel quia dicta obseruantia tamquam contra ius humanum, & diuinum non esset attendenda c. pen. & c. fi. de consuet. c. cum personæ de priuileg. in 6. c. primo de præscript. eod. lib. cum ibi notat. c. quamquam, & ibi gloss. in verb. consuetudine, de cens. in 6. Bero. conf. 31. nu. 12. & 17. vol. 1. Io. Lup. de libert. Eccles. q. 6. nu. 2. 4. & 5. Rot. dec. 72. nu. 8. & 9. par. 1. in collec. per Farinac. & in puncto hospitationis militum in domib. Ecclesiasticis consuetudinē tāquā corruptelā improbari, expressè reperitur in eade imm. Eccles. vbi Barbos. in sua collect. sub nu. 3. adducit DD. qui ibidē hoc adnotarūt.

Ex his apparet in nostro casu, nō posse intrare immemorabilē, cū huiusmodi iniusti conatus laicorū cœperint solūmodo à nōnullis annis citra, nec Ioseph Lud. d. illat. 78. loquitur eo modo, quo allegatur, sed supposito, qđ Ecclesia possit collectari, qđ intelligitur datis terminis habilib. si dubitetur, an possit etiā collectari ꝓ bonis, quæ postea acquirit, dicit ꝓ obseruātiā id declarari: nō ergo dicit obseruātiā inducere obligationē ad collectas, sed inductā obligationem declarare, & ita loquitur Corn. conf. 205. nu. 7. volum. 1. quem ipse citat.

Quò ad ordines Ducales dicimus, per eos præiudicari nō posse immunitati Ecclesiasticæ, Auth. cassa C. de sacr. Eccl. c. nouerint de sent. excō. Marāt. disp. 8. nu. 2. & est cōmune, cognoscere enim an coloni Ecclesiæ collectētur permissiuè, vel nō, sincerè, vel in fraudē pertinet ad Ecclesiasticā potestatē. Barb. cōs. 1. n 62. & 63. vol. 3. Purp. cōs. 335. n. 10. vol. 1. & cōs. 594. in fi. vol. 2. Belle. disq. cler. p. 1. ti. de fau. cler. real. §. 1. n. 1 12

# Celeberrimum, & ampliss. V. I. Rescriptum, seù Responsum Decisiuum Ex ipsamet rei veritate, ac ex ore omnium sapientum desumptum

F. H. G.

## Pro congrua Ecclesiæ libertate, & Immunitate.

### EPITOME.

Nullo iure Ecclesiastici, aut Ecclesiasticorum bonorum cultores collectari possunt pro militum hospitatione, aut pertinentibus ad eam; neq; etiam pro ea portione quæ ipsorum colonorum esse existimatur; solutis Dominis, & deductis massaritij expensis, si quæ illis remaneret, more cæterorum negotiatorum, &c.

### *SVMMARIVM.*

1 *Consulere contra Ecclesiam non est tutum.*

2 *Soli Papæ competit declaratio in dubijs immunitatis Ecclesiæ.*

3 *In dubijs semper pronuntiandum est pro Ecclesia.*

4 *Concernentia immunitatem Ecclesiæ non sunt leuia.*

5 *Ecclesia, & quilibet ab ea causam habens, est immunis ab omnibus oneribus.*

6 *Immunitas competit Ecclesiæ de iure Diuino.*

7 *De iure Humano.*

8 *De iure Ciuili.*

9 *De iure Canonico.*
10 *De iure Communi.*
11 *De iure Priuilegiorum.*
12 *De iure Pontificio.*
13 *De iure Naturali.*
14 *Principes, leges ferre non possunt contra Ecclesiasticos, neq; contra eorum colonos, famulos, & seruos.*
15 *Ecclesiastici, eorumq; famuli non tenentur parere laicorum legibus.*
16 *Leges ferentes, ac exequentes contra Ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati, etiam si seruatæ non fuerint.*
17 *Insuper ad restitutionem executorum tenentur.*
18 *De ratione realis immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, bona, fructus coloni, & c. non possunt à laicis collectari.*
19 *Per immunitatem distinguuntur humana à Diuinis.*
20 *Qui habent causam ab Ecclesia, nullo modo collectari possunt.*
21 *Fructus Ecclesiasticorum bonorum, quomodo sint, & non sint quid temporale.*
22 *Si Immunitas non se extenderet ad quoscunq; Ecclesiasticorũ bonorum fructus, colonos, seruosq; omnes, non esset immunitas, nec beneficium, sed veneficium, fieretq; fraus magna legi.*
23 *Fructus Ecclesiasticorum bonorum dum sunt in fundo Ecclesiastico; etiam apud colonos, & famulos semper sunt Ecclesiastici.*
24 *Declaratur circa hoc dictum, mens, & intentio Federici de Senis cons. 111. & etiam nu. 38.*
25 *Libertas Ecclesiæ respicit fundum, fructus, colonos, seruos, &c.*
26 *Bona Ecclesiastica, & si sint in fundo laici Principis, nõ tamen sunt de eius dominio, & iurisdictione.*
27 *Coloni Ecclesiarum si à laicis collectarentur, duplici onere grauarentur.*
28 *Princeps laicus nullam habet potestatem, nec iurisdictionem in bona, fructus, colonos, seruos, & c. Ecclesiarum, & numero 29. & 30.*
31 *Coloni Ecclesiarum, qua ratione non sint subiecti laicis Principibus assignatur.*

32 Nul-

32 *Nullus colonorum Ecclesiasticorum collectari potest, neq; etiam pro illa parte, quæ videtur habere rationem mercimonij, & esse aliquid sæculare, & diuisum ab Ecclesiæ iuribus.*

33 *Nihil, solutis Dominis, & deductis expensis culturæ, & massaritij, remanet colono collectandum.*

34 *Quicquid est in fundo Ecclesiastico, iurium Ecclesiæ est.*

35 *Vera immunitas respicit, & sequitur priuilegiatum vbicunque sit.*

36 *Laici quicunq; leges ferentes, ac illas exequentes in præiuditium immunitatis Ecclesiasticæ, incidunt in excõmunicationem, etiam si illis non pareatur.*

37 *Ignorantia, nec bona intentio in malefactis contra Ecclesiæ libertatem, non excusat ab excommunicatione.*

38 *Contenta sub hoc numero sunt in num. etiam 24.*

39 *A Restitutione non excusat opinatio, quam quis habeat, quod non teneatur restituere.*

*DOMINVS SIT IN CORDE MEO, VT PRONVNTIEM, VERBVM VERITATIS.*

INeffabilia non minùs vastissimi maris immensa spatia Catholicæ Ecclesiæ immunitatis merita sibi Diuino, & humano iure debita, exigua fouea paruorum dictorum meorum sinu occludere volens, quò facilius, minùsq; tediosè legantur, ad mentem primario reduci cuperem illud memorabile Baldi omnium
1 veram legum intelligentiam profitentium supremi (ni fallor) Principis, illarumq; illuminatoris lib. 3. consil. 42. Vid. quòd consulere contra Ecclesiam, eiusq; veram, ac practicabilem Immunitatem, & libertatem, de qua in specie sermo, & controuersia nostra, & antiqua querela, vt ipsemet eo loci, a t laicorum contra Ecclesiasticos est, nõ sic facile est catholico consulenti bene tutum arbitrandun; idq; potissimum cum hęc, iuxta calder. cons. 2. propè finem Vers. ista quidem, de censib. non Magistratuum, Principum, aut Regum, sed tantum modo supremi Ecclesiæ Principis, & Pontificis declaratio-

2 tione egeat; ideoque quamuis ab vtraque parte sint varia, & multa, quæ pro veritate illa, quæ est in hominum opinione (Deo relinquendo eam, quæ sibi cognita competit) adduci possent, Catholici muneris est, vt omnes legum experti norunt, quamuis res etiam est dubia, fauore tamen Ecclesiæ,
3 & odio collectarum pro illa pronuntiare; multo melius est enim, etiam defficiendo, (si dici posset, quod pro Ecclesiæ esse, sentire, & iudicare deffectus, esset, quod non est) in bonū, quàm in malum declinare, vt omittam quæ aliqui nimis fortè mordico calamo (ni fallor) asserere nō abhorruerunt tot prestantissimorum hominum, tam recentium, quam antiquorum, tot canonum, ac sacrorum conciliorum celeberrima dicta, consulta, & sancita pro æqua catholicæ Ecclesiæ
4 libertatē, & immunitate, ita leuia, ac tenui ingenij esse, vt nulla animaduersione sint digna; cæterosque qui more illorum belligerantium ducum, qui paucis sibi militibus existentibus, vt multo plures hostibus insinuent, consendentem equo dupplicatum hominem, vel, vt melius dicam, quemq; singularem ambabus manibus lanceas tenentem sic disponunt, vt duos pro singulo equo imo duos equos pro vno quoq; & duplicatum exercitum belligerantium, idq; equitum, qui maior nouus esse existimatur totius agminis, præmostrent, quorum numerus consultus secus omnino reperitur. Verùm ne rem in longiorem sermonem frustra, protraham hęc tāquam catholicarum legum axiomata pro vera Ecclesiæ libertas, & immunitate scribam.

5 Retento itaque primò illo receptissimo summo fundamentò, quòd Ecclesia, Ecclesiasticæ personæ, & quicunq; ab illis causā habentes, sunt omnino, tam ratione personæ, fundi, quàm fructuum, immunes ab omnibus, & quibuscunq; collectis, & oneribus, maximè extraordinarijs iure Diuino, Humano, Ciuili, Canonico, Communi, Priuilegiato, Pontificio, & Naturali.

6 Diuino quidem, quia Genes.47. habemus, quòd sacerdotes, & eis deseruientes immunes erant à solutione quoruncunq; onerum: & idem legimus cap.49. quod à terra, bonis,

&

& Colonis sacerdotũ tributa non exigebantur; de quo etiam meminit Ioseph. lib. 2. cap. 4. antiquit. Iudai; & Neemias loquẽs de Artaxerse Rege Persarum lib. 1. cap. 7. & lib. 11. ca. 5.

Neque huic obstat quod Reges illi fuerint gentiles, silicet Pharao, & Artaxerses, nam id fecerunt Spiritu sãcto moti, vt habetur c. tributum. §. quamuis 23. q. 8. Imo à fortiori dicendum, quòd si illi Reges diuinæ legis, & christianæ fidei expertes pro suis Ecclesiasticis longè multò inferioribus catholicis, & euangelicis hoc fecerunt, multò magis id facere, & exequi debent catholici Principes, & eorum Magistratus: quod si non fit his nostris deplorandis diebus corrupti orbis, certè, ni fallor, etsi nimium iudicem, id aliunde non est (omnium pace) nisi quòd Summus, & viuens verus Deus noster à nobis minus colitur, & timetur, quã tũc ab ipsis eorũ ignus, terreus, aut ęneus De⁹; mortuus etenim si hoc ab Ecclesiasticorum recentium imperfectione oriretur, & tunc scœlestes erant multi ex eorum sacerdotibus, vt ex ipsorum factis conijci potest.

7 Humano, nedũ apud antiquos Romanos, & Gentiles cum tot, tantaq; in eorum commudum, immunitatem, & libertatem tunc præstarentur, verùm apud catholicos, & cæteris ommissis, in Mediolanensi Ecclesia, vt de illa, pro eo quod facit ad negotium nostrum loquamur, pro qua, vt attestatur Franc. Plot. ad alleg. Mart. Garrat. 63. num. 13. & 14. tam senatus Excellentissimus, quàm vterq; Magistratus pijssime senserunt, ac sanxerũt, quòd nullo modo teneretur ad onera extraordinaria, vt hoc diffusius pluribus in locis vtriusq; voluminis nostri, ac maximè in alleg. & cons. Lanceloti Calliæ fol. 677. videre quisq; poterit in primo tomo.

8 Ciuili, quia id non attenditur, vbi specialiùs per canones est prouisum ad not. in c. 1. de oper. nou. nunc Item quia Ecclesię à iure ciuili eadẽ immunitas ei, quæ à iure Pontificio, & canonico conceditur. l. placet. c. de sacrosanct. Eccles. l. omnis, & in authen. item nulla communitas. c. de Episcop. & Cleric. & innummeri alij, quos refert Excellentiss. I. V. C. Camillus Borellus in suo cons. & Allegat. fol. 588. numer. 7.

in

in primo volum.nostro relato.

9 Canonico, in cap. eos qui, de immu. Eccles. lib.6. Glos. in cap. quamquam,vbi Franc. Aretin. Abbas Panorm. in c.fin. notab. 3. num. 12. de vit. & honest. cleric. & alij multi quos referunt doctores;& precipuè Borell.vbi supra, num.6. item in c. minus de immun. Eccles. extracto ex concil. Later sub Gregorio nono,& ex alijs cōcilijs, quos refert Franc. Bursat. cons.42. num.3. fol.46. in 2. volum. nostro relatis.

Communi, Alb. in c. non minus,num. 5. & in cons. 3. col.
10 fin. lib. 1. vbi, inquit, quòd communis Theorica doctorum vtriusq; Iuris vult, quòd bona Ecclesiarum non teneantur ad aliqua onera mundana, nisi prius facta fuissent tributaria, siue censualia antequam ad Ecclesiam venissent, ita quòd soluissent certum tributum,vel censum, aliter non tenentur, quamquam priores possessores prius soluissent. Idem tenet Ludou. Catt. cons.740. num. 12. Vers. aliquod, quod fit inter cons. Rim. senioris.

Priuilegiato, & de hoc tot extant. priuilegia summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum Ecclesiasti-
11 corum,& laicorum,quorum numerus penè inumerus,non est recensendus, vti notus id scire volentibus, & exibendus pro opportunitate,vt millies exhibitus,& à doctoribus sępius allatus, & registratus fuit.

Pontificio, tex. in c. non minus extr. de immu. Eccles. c.
12 quamquam de censib.in 6. c. generaliter §. Nouarum, & §. placet 16. q. 1. & in Clem. 1. de immunit. Eccles.quæ omnia, & alia his similia confirmat Concil. Trid. de reform.sess.25. cap.20. cupiens, &c.

Naturali tandem, quia nulla vnquam fuit natio, tam bar-
13 bara, & indomita, apud quam non fuerit in summo pretio religio aliqua, licèt falsa,atq;ideo nefas est extimare Religionem, maximè catholicorum sacerdotum, & eorum seruorum paruipēdere, ne deteriores simus Artaxerse,Pharaone, &alijs, qui sic cōuenire crediderūt, etenim & hoc naturale quid de iure Diuino est, vt vult Card. Alban. in eo consilio, quod edidit super immu. Eccles. & Petr. de V bal.in cons. 2.

inserto in suo tracta. de collectio. nu. 5. & Abba. in cap. non minus, num. 17. & in 6. dicto cons. non minus, & c. quamquam de censib.

14 Rursus secundò alio fundamento nequaquam vnquam, nec alicubi apud catholicos dubio, videlicet, quòd nullus Imperator, Rex, aut Princeps quantumcunq; potens, & excelsus laicus, leges ferre potest contra Ecclesiasticos, aut contra eos, qui ab illis causam habent, nec contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam siue Pontificis auctoritate, nec quòd aliquas collectas, aut onera soluant, quas si faceret, nullo modo eis Ecclesiastici, aut eorum serui subijcerentur,
15 nec tenerentur illis parere, vt pote quia super eis nullam poenitus potestatem, nec ius habent c. cum ad verum, & c. si Imperator 96. dist. Item in c. si extr. de salut. & Gemin. post Io. de Imol. in c. 1. de immun. Eccles. in 6. Barth in cons. 180. si aliqua possessio. Natta in cons. 203. nu. 1. vol. 1. Card. Alban. in c. perpendimus col. 4. de sent. excom. Oldr. in cons. 83. col. pen. Marti. Nauar in c. nouit. not. 6. num. 6. de iud. & Cornel. Benincas. de const. in Proloquio num. 31. Abbas Panor. in d. cap. non minus, & in c. ex litteris, de vit. & honest. cleric. & in c. 1. col fi. de censib. Io. de Firmo in tract. de gabell. q. 7. princ. nu. 9. Deci. in cons. 496. in princ. & ante hos Barth. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rerum act. nō det. Fely. in d. c. Eccles. S. Mariæ num. 69. Deci. ibid. col. 1. Idem Fely. in c. nouerint de sent. excom. Mand. in d. cōs. 8. pro resolutione, num. 3. Natta in d. cons. 280. vol. 2. Ferd. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 648. par. 1. Niger in d. cap. Regni, Item statuimus, quòd clerici in fi. Barth. in d. §. sciendum num. 4.

Et tandem Tertiò hoc fundamento, quòd indubiè diuinæ
16 vltioni subiecti sunt, & illico anathematizati, excommunicati, & maledicti quicunq; laicorum à primò, & supremo ad infimum, & vltimum vsq; leges quascunq; vel minimas tulerit contra Ecclesiam, eius libertatem, & immunitatem, Ecclesiasticas personas, eorum bona, fructus, colonos, afhictabiles, massarios, incolas, aut alios quoscunq; ab eis causam

quo-

quomodolibet habentes eis aliquas collectas, vectigalia, & quæcunq; onera imponentes, & vna secum quicunq; exequentes, aut quoquomodo adhærentes, etiam si dictæ leges
17 minimè obseruarentur, nec executioni mandarentur, quin & plenariæ restitutioni astricti si seruatæ fuerint inconsulto Summo Pontifice, hoc de excom. docet cap. significauit de exception. Siluester verbo excommu. 1. nu. 10. vers. secus excommunicādo. Tab. eod. 5. cas. 20. nu. 4. Greg. Say. d. c. 18. num. 8. Bullæ Cœnæ Domini §. 15. & 18. Franc. Tol. lib. 1. Instruc. Sacerd. c. 29. vers. aduerte etiam, quòd etiam si nō tenerētur cap. nouerint, & Hostiēs. p. 2. lib. 7. tit. 2. cas. 12. Sum. Angel. verbo excom. 7. casu 12. Palud. 4. sent. dist. 18. q. 3. a. 3. § quint. Marti. Ledesm. in 4. p. 2. q. 26. a. 2. & alij quos refert, & sequitur Say lib. 3. Thesau. conf. 34. num. 5 Suarez. in 3. P. S. Tho. tom. 5 disp. 21. sent. 2. vers. quia verò. Quòd verò ad restitutionem rei sint ambo astricti, extat in cap. peccatum de regul. iuris lib. 6. ibiq; scribentes. Couar in pri. part. relect. S. Thom. 22. q. 72. & omnes Theologi in 4. sentent. dist. 15.

His indubiè apud catholicos stantibus, sequuntur probatę omnes infrascriptæ conclusiones.

Prima conclusio est. Ecclesię bona, cum sint immunia,
18 eorum fructus nō debēt collectari, neq; eorum coloni ad aliquam collectam pro dictis fructibus, tam perceptis, quàm percipiendis tenentur. Abb. in cōs. 9. vers. ad secundum lib. primò; quia de ratione eius immunitatis est, vt ipsa se extēdat ad fructus, & ad colonos. Bart. in l. prima ff. de anno, & Decian. cons. 51. num 14. vers. 3. & etiam ad quoscunq; famulos cuiuscūq; generis, Beret. cōs. 150. & tex. in c. Ecclesiarum seruos 12. quæst. 2. & in alio tex. in c. generaliter §. nouarum 16. quæst. 5.

19 Neq; contra hanc primam concl. obstat, quòd titulus immunitatis sit res odiosa, quia imo amabilis est, quia ea non minus, quàm Ethnici distinguimus diuina ab humanis, & digna est iure, & Principe. Grat. cons. 30. numer. 8. cui etiam fauet Bald. in authent. dicendo, quòd admittenda non

 sunt

sunt præiudicialia Ecclesiæ.

20 Secunda conclusio. Ecclesiæ immunitas, cum sit realis se extẽdit ad omnes Ecclesiasticos, tàm si ipsi Ecclesiastici sua prędia colant, quàm ad eorum colonos, si ab illis suo nomine colantur, tam si locētur pro taxata pecunia, quàm pro dimidietate fructuum, Boss. de Princip. nu. 178. obidq; eorum coloni, seù affictabiles, aut massarij nullo modo collectari possunt pro dictis bonis, aut fructibus, nec in toto nec in parte Socin. cons. 297. nu 6. vol. 2. Boss. tit. de Princip. num. 174. Burs. cons. 25. ferè per totum, sed præcipuè nu. 6.

21 Neque contra hãc secundam obstat, quòd fructus percepti, sint quid non Ecclesiasticum, imo potius temporale, proinde teneantur ad collectas, vt ait Alba. cons. 40. nu. 7. Roland. cons. 66. nu. 29. vers. 2. Grass. cons. 447 imo iam erant collectis obnoxia antequam illa bona forent Ecclesiæ; quia hoc procederet in rigore de oneribus ordinarijs, & nullo modo de extraordinarijs, & quales sunt omnes collectę, in specie istæ de quibus contrauertitur. Natt. cons. 409. nu. 7.

22 Tertia Conclusio. Realis immunitas Ecclesiæ concessa prędijs, si non se ęxtenderet ad omnes colonos ratione fructuum Alba in cap. ex parte num. 5. de decim. Menoch. consil. 1060. num. 84. ita quòd coloni non exonerarentur à quacunq; colllecta pro dictis fructibus. Burs. in l. placet in fin. c. de sacrosan. Eccles. Paris. cons. 69. num. 6. lib. 1. Alba. cons. 441. num. 14. in fin. Ferret cons. 102. nu. 13. & ad quoscunq; Fructus, tam perceptos, quàm percipiendos, sed imponerentur collectæ personis ratione locorum, vel dictorum fructuum Ecclesiæ, Burs. in l. placet. nu. 27. C. de sacros. Eccles. & nu. 40. vers. sed in collecta; non esset immunitas. sed census l. 3. §. ne autẽ ff. de vsufr. nec beneficium, sed veneficium Osasch. decis. 83. Paris. cons. 68. imo fieret summa fraus legi, Bursat. in l. placet num. 27. C. de sacros. Eccles. num. 40. vers. sed collecta.

23 Neque contra hanc tertiam obstat, quòd hoc non sit in fraudẽ Ecclesiæ, & iuris, cum reliqui coloni omnes ad dictas collectas teneantur; nec videtur fieri immunitati iniuria, vt

vo-

volunt Alba, & Cauret. citati à Thesau. quia ipsi loquuntur, non de colonis Ecclesiæ, sed de mercatoribus: similiter Archidiac. citatus à Thesau. loquitur quando fructus ab Eccle-
23 sia empti aliò transferuntur, non quando retinentur in fundo Ecclesiastico, in quo dum sunt, siuè pęnes colonos, siue pęnes ipsos met Ecclesiasticos semper sunt Ecclesiastici, quia colonus illis vtitur pro seruitio Ecclesiastico, nec vnquam dici possunt non Ecclesiastici, nec separati à solo Ecclesiastico, nisi quando colonus eos separat deferendo ad ciuitatem, & tunc tenetur colonus Eccles. vt alij ad Gabellas, & sic intelli-
24 gendus est Feder. de Sen. cōs. 111. dicendo, quod coloni Ecclesi tenentur ad gabellas; similiter loquuntur de colonis laicorum, & non de colentibus bona Ecclesiasticorum.

Quarta conclusio. Ecclesię coloni ex vi legis non tenentur ad collectas pro fructibus Ecclesiasticis. Bart. in l. placet, nu. 60. C. de sacros. Eccles. nam sic imponerentur illis ratione ipsorum bonorum. idem in l. placet num. 27. C. eodem, & nu.
25 40. vers. in collecta; seruiretq; super bonis Ecclesiasticis pro quodam censu, cum tamen Ecclesiæ libertas, & immunitas referri debeat, nō solùm ad proprietatem, sed etiam ad fructus l. 3. §. ne autem ff. vsufru.

Neque contra hanc quartam obstat, quòd medio fundo, & stabili in statu, & dominio laici Principis fructus percipiā-
26 tur; Primò, quia directè, & formaliter bona non sunt de laici Principis dominio, & si materialiter sint in solo Principis laici, vt recepti sub territorio alicuius oppidi. Secundò, ipsi coloni non debent dupplici onere grauari. Menoc. cons. 32. lib. 1. Roland. cons. 1. num. 21. lib. 1. Vndè cum sustineant
27 spiritualia onera, & tēporalia decimarum Sedi Apostolicę, non debent ab alio Principe taxari fructus, &c. aliter totum malum redundaret in damnum Ecclesiæ, nam coloni ob talia onera, minus pro ficto soluunt, & hoc manu palpatur. Supradictæ quattuor conclusiones respiciunt primum fundamentum.

28 Quinta conclusio. Ecclesia, Ecclesiastici, & quicunq; eorum coloni, affictabiles, famuli, non possunt astringi, nec

comprehendi explicitè, nec implicitè in aliquo edicto, aut lege cuiuscunq; laici Principis collectante quoscūq; illorum, aut eorum prædia, aut fructus, c. primò de offic. ord. in 6. nec ipsi, aut in minimo tenentur parere inconsulto, vel non mandante Summo Pontifice eorum legitimo, supremo, vnico principe in l. 1. nu. 4. in fi. C. de Episc. & cleric. nec pati, quòd directè, aut indirectè, quoquomodo grauentur Bursat. in l. interdùm §. quoties ff. de publicar. Abb. in cap. tua nobis in penul. colum. extra de decim. & cap. final. extra de immunit. Eccles. lib. 6. Anchar. cons. 13. col. 2. & cons. 154. col. 2. quia
29 ad hæc non se extendit Principis laici auctoritas, nec iurisdictio. Abba. Panor. in d. cap. non minus, & in c. ex litteris de vit & honest. cleric. & in c. 1. col. fin. de censib. Io. de Firmo in tract. de gabell. q. 7. princ. numer. 9. Deci. in cons. 496. in princ. Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rer. act. nō det. Fely. in d. c. Eccles. S. Mariæ num. 64. Deci. ibidem colum. 1.
30 Mand. in d. cons. 8. pro ressolutione num. 3. Natta in d. cons. 280. vol. 2. Ferd. Vasquez. de success. creat. lib. 1. §. 10. nu. 648. par. 1. & vniuersaliter concludunt omnes Doctores, in c. fin. extr. de solut. quam rationem, vt diffusiùs introducit. Borell. cons. 74. registrato in his libris, tomo 2. fol. 588. sub num. 12. 13. 14. 15. 16.
31 Neque contra hanc quintam obstat, quòd ipsi coloni sint laici, proinde laicorum more Principi, & Domino laico parere debeant, quia coloni non sunt ipsi, qui possideant, sed Ecclesiastici, & solutiones fiūt ratione possessionis, Dec. cōs. 285. num. 1. Menoc. cons. 9. num. 12. Alba cons. 390. nu. 2. & 6. Rolan. cons. 31. num. 4. vers. 1. & cons. 79. nu. 6. & 14. vers. 4.
32 Sexta conclusio, quæ dilucidiores reddet prædictas, eas denuò amplectendo in clarioribus terminis. Nullus quorumcunq; colonorum Ecclesiasticorum quoquo modo collectari potest à Principe non Ecclesiastico, sed laico, ne dum pro rebus, fructibus, & fundis Ecclesiasticis, vt iam supra ostēsum fuit, verùm nec etiam pro illa parte, quæ videtur habere rationem mercimonij, quod est illud lucrum, quod superest
colo-

colono ex opere suo soluto priùs domino, & deductis expensis culturæ, ac valore subsidij cuiuscunq; massaritij, ac seminum, vti quid omnino sæculare, & diuisum à quocũq; Ecclesiæ iure; quia cum persona Ecclesiastica sit immunis, & res sint Ecclesiasticæ, & immunes, eorum coloni non possunt grauari, neq. etiam pro ista parte colonica; nam aliàs exemptio Ecclesiastica non conseruaret dominos immunes nisi pro dimidia, idest pro sola parte dominicali, nec debent eędem res diuerso iure censeri l. eum, qui ædes ff. de vsucap. pro hac specificata immunitate, siue pro hoc puncto, ne frustra scribam, quæ diffusiùs celeberrimi legum professores exararunt.

Videatur in primo tomo caterua Doctorum allatorum in consilijs Io. Bap. Trotti Præs. Med. fol. 5. Petri Francisci Corii fol. 16. Pauli de Raude fol. 46. Michaelis Angeli Caccię fol. 101. 116. & 127. Petri Pauli Butinoni Senatorum fol. 141. Antonij Glauarini fol. 404. Hieronymi Bucaferrei fol. 474. & seq. Camilli Borelli fol. 588. in decisione Sacræ Rotæ Romanæ fol. 563. & aliorum: ac in secundo tomo in Notationibus ad Thesaurum fol. 181. in consilio Bursatt. 1. fol. 35, & 2. fol. 81. Caroli Ruini fol. 54. & Nattæ fol. 72. ac omnium poenè Doctorum Vtriusq; tomi.

33 Neque cõtra hãc sextam obstat, quòd cæteri omnes mercatores collectentur, ideoq; & ipsi coloni Ecclesiastici de illo mercimonio, quod resultat ex collonicatione, seù arte colonica, quod est non Ecelesiæ, sed sui iuris, deductis expensis, prædiorum cultura, & alijs respicientibus iura Ecclesiarum, non obstat quin iure collectari possint, vt laici, & sub laico Principe.

Primò, quia falsum est, quòd hodie deductis expẽsis colonicæ, aliquid illis supersit; nam nedum illis aliquid, vel minimum restat, sed nec tot fructus percipiunt, quòd dominos eorum, puta Ecclesiasticos soluere possint; præterquàquod vix habent vnde vilia alimenta sumant, & prouideant de pertinentibus ad agrorum culturam, istaq; omnia, vt vera manibus palpantur.

34 Secundò, quia si quid remaneret deductis expensis, dum in solo Ecclesiæ est, quod est, dum aliunde non transportatur, semper Ecclesiæ est, & pro sui cautione, cum de futuris contingentibus fructus non sit scientia; ideo cum nullam in Ecclesiasticas res iurisdictionē habeat laicus Princeps nō potest eas collectare, nisi ad ianuam Ciuitatis, quando translatæ fuerint; semperq; dum permanent subiacent Ecclesiasticę hypothecæ. Et si hoc seruatur inter laicos, quod nullus cogere potest incolas domorum alienarum ad soluendum de fructibus, seu rebus quibuscunq; dictorum incolarum, dum in domibus locãtium dictas res habent, & si nō sint dominorum locantium, sed ipsorummet incolarum, & sint superabunter ad id, quòd illis pro locatione, & habitatione domorum debetur, quare non seruabitur inter laicum, & Ecclesiasticum, & inter eorum colonos, incolas, & affictabiles? igitur deterioris conditionis Ecclesiasticus, & eius incola, & colonus laicis, & laicorum colonis erit? hoc quàm absurdum sit conijciat quisq; & quòd de domibus exemplificatum fuit, dicatur de prædijs, & alijs quibuscunq; locationibus, & negotijs Ecclesiarum.

35 Tertiò, quia vera immunitas hæc est, vt prædiorum Ecclesiasticorum fructus, dum sunt apud eorum seruos, vbicunq; sint, non molestentur, cæterum in præiudicium Ecclesiæ vilescerent, & minus venderentur. Deci. cons. 167. nu. 2. Osasch. decis. 83. num. 9.

Supradictæ duæ conclusiones respiciunt secundum fundamentum.

36 Septima conclusio. Principes laici, quicunq; fuerint illi, absq; facultate supremi Principis Ecclesiastici, qui est Summus Pontifex, condentes leges, aut imponentes collectas personis Ecclesiasticis, eorum prædijs, ac illorum famulis, laboratoribus, colonis, partiarijs, affictabilibus, & alijs contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, ac quicunq; adherentes, aut exequentes, &c. quouis modo, & forma; sunt ipso facto excommunicati, etiam si illis non pareatur, nec sit secuta executio, vel non paruerint collectati. Astens. par. 2. lib. 7.

lib.7. tit 2. caſ.12. Sum. Angel. Verbo excom.7. caſu. 12. Paluda.4. ſent. diſt. 18. q. 3. §. quintus. Greg. ſay. lib. 3. Theſau conſ.34. num.5. ſant. Tho. lib. 5. quæſt. diſp. q. 21. art. 2. verſ. quia vero; & omnium Summiſtarum, & Doctorum. Burſat. conſ.42. & eſt in his libris tom. 2. fol. 42. & bullas diſtinctè recenſet, & concilia. Quòd verò hoc facere ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, habentur auctoritates quadraginta celeberrimorum datorum, imo reſcriptum ipſius met ſenatus Medolanenſis, ſub allegato Innominati Auctoris P. A. M. in tomo. 2. fol. 358. qui, ne tędiosè eos hic referam, videri ibi poterunt. Quod autem ſic facientes ſint excommunicati, præter quamquod hoc habetur in Bulla cænæ Domini expreſsè §. is. & 18. videre poterit quicunq; voluerit in reſcripto dicti auctoris innominati in prima illatione, quia multa ibi allata hic referre ſuperfluum erit.

37 Neque contra hanc ſeptimam obſtat pro excuſatione ad euitationē maximè excommunicationis, quòd laicus Princeps quicquam nonintendat peragere contra Eccleſiaſtica iura, vt proinde egeat auxilio, & facultate Principis Eccleſiaſtici, ſed aduerſus hominem laicum, & talem quod in ſua manu eſt, vt eum pro omni crimine puniat; quia etſi colonus Eccleſ. vti laicus in alijs rebus, quæ ad Eccleſiā non pertinent ſit ſub poteſtate laici principis, in his quæ ad Eccleſiam pertinent, qualis eſt fructus Eccleſiaſticus penes colonum reſidens non eſt illi ſubiectus, maximę cum conſtet, quòd huiuſmodi collectę imponuntur perſonis pro rebus, & cum res ſint Eccleſiæ; non poſſunt collectari. Et ſi dicatur cum Alexand. conſ. 35. num. 12. vol. 4. & Socin. conſ. 119. num. 1. verſ. 1. quòd illi fructus ſint ſub ratione perſonali coloni, & non Dominorum, ſeu Eccleſ. & ideo poſſe collectari; Reſpondetur, quòd dum coloni ſunt ad ſeruitium Eccleſiæ, ratio eorum fructuum etiam perſonalium nō habetur ad fructus in æſtimo faciendo, ſed ad bona, ad quæ colenda, ſeu
38 conuenta ſoluenda tenentur. Ad oppoſita à Feder. de Senis dicitur, quòd ipſe loquitur de fructibus introductis ad portam ciuitatis obnoxijs gabellis, & de oneribus ordinarijs, vt

tri-

tributo,decima,& nō de onere personę imposito pro rebus, id. propter bona Ecclesiastica, omnesque alij doctores mouentur auctoritate dicti Feder.ad quos allata responsio satisfacere debet.

39 Octaua, & vltima conclusio. Ad omnia incommoda in præiuditium immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ subsecuta, puta ad restitutionem integralem effectiuam Ecclesiæ, Ecclesiasticis personis,& eorum colonis de toto illo, tàm negatiuè, quàm positiuè, damno, quod sustinuerunt pro tali collectatione, tenentur omnes, nemine excepto à primo, & supremo, videlicet à legislatore, ad vltimum, & minimum seruientem, & exequentem talia iusta: hæc doctrina præterquod est Christi Saluatoris,non remittitur peccatum nisi restituatur malè ablatum, est in iure. ca. peccatum, de regul. iuris. lib.6. S. Thomæ 22. q. 62. Couardi, & omnium Theologorum in 4. sent.dist.15. Osasch. decis. pedemont. 136.nu. 1. Anton. Thesau. decis. pedemont.274. num.7. Ioa. Azor. lib.5. instit moral. cap. 13. q.5. Petri Nauar. de restitu lib.2. c. 1. num.10. & sequentibus. Gregorij Say. tom. 2. lib. 10. tractat.2. cap. 1. & sexcentorum aliorum, quos referre molestum nimis esset.

Neq; contra hanc octauam obstat, quòd in ratione capitis,& laici principis ipse existimet se rationabiliter id efficere posse, quia, quod non possit,præter quam quòd iam omnibus innotescit,ipse vt Catholicus credere debet Ecclesię hoc prohibenti in multis concilijs, & canonibus, ac clarius in Bulla Cœnæ Domini §. 15. & 18. similiter nec ratione subditorum, quòd parendo Principi id præstiterint, nec verò spontè fecerint,quia agentes,& consentientes pari pœna puniuntur.

Hæc sunt, quæ pleno iure, diffusiori calamo, auctoritate tantorum doctorum pro iuribus Ecclesiæ, & pro ipsius vera libertate,& immunitate omni semota dubitatione facere debent,eamq;sic in tuto pro veritate ponere,quod cōtra illam, ni quis voluntariè voluerit, defficere possit. Reliquum est, vt illustrator cordium Deus mentes hominum illuminare digne-

gnetur, vt à cęcitate ignorantiæ, tam vincibilis, quàm inuincibilis eos sic ammoueat, quod veritati manus dare non renuant; secus nulla humana peroratio, aut quarumcunq; iurium allegatio, & si per quàm efficax, & vallida, id efficere minime poterit, &c. Interim suppleat, &c. Saluo, &c.

# APPENDIX.

PRædictis meritò pro extrema manu enucleata summatim infrascripta addi possunt, veluti pro restauranda memoriæ recordatione omnium supradictorum ad subsequentem materiam facientia, vti quemadmodum in immediato supra rescripto compilata fuere poenè omnia ex cæterorum doctorum rescriptis deseruientia Ecclesiasticorum bonorum, ac eorundem cultorum plenariæ immunitati, ac quicquid insigniter facere poterit pro eadem sic nūc in puncto post collectarum immunitatem, quod vid. nec minus vlla quorūcumq; laicorum lege; aut statuto Ecclesiastici astringi possint ad quid cum laicis cōtribuēdum pro eorum contingentijs: hæc enim opinio, & sententia ne dum est in se verior, ac tutior in conscientia, verùm & apud omnes sapientes benè sentientes est communior, ac in ipso iure potior; putà quod absq; auctoritate Summi Pontificis, Principes, Magistratus, seu quicunq; laici statuentes omninò ab Ecclesijs, Ecclesiasticisue personis exigere possint, etiam stante casu necessitatis, vel quòd bona laicorum non sufficiant, &c. Etenim statuta illa, & decreta nullam habent firmitatem, tanquam facta à non habentibus iurisdictionem. Sed cum sine ratione loquēdo erubescamus, ne quid minus tantæ rei dignum, & consonum, nedum non erubescendum scribatur, principales rationes, ac per quàm efficaces pro firma dicti asserti consoliditate afferentur.

In primis igitur supradictum assertum, tanquam vnicè verum probatur ex Concilio Lateranensi, sub Alex. III. in c. non minus, de immu. Eccles. vbi conqueritur Concilium,

quod

quòd potestates sæculares, & ciuitates tot onera imponerẽt Ecclesijs, & bonis, & personis earum, angarias, & perangarias pro purgandis fossatis, pro expeditionibus, & alijs, vt sub eis deterioris cõditionis factum videatur sacerdotium Christianum, quàm sub Pharaone, qui legis notitiam non habebat (nempe qui sacerdotum suorum terras, & personas à tributis exemit, Gen. c.47.) Quo circa anathematis districtione talia fieri prohibentur: Nisi episcopus, & clerus tantam necessitatem, aut vtilitatem aspexerint, vt absq; nulla exactione ad releuandas communes necessitates, vel vtilitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda: sin autem consules, aut alij de cætero ista commisissent, & commoniti desistere noluerint, tam ipsi, quam facultates eorum, subijciuntur excommunicationi, vt nec communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem.

Item in c. aduersus, de immun. Eccles. idem Concilium Lateranense sub Leone X. confirmans prædicta subdit, vt non sufficiat cõsensus ecclesiasticarum personarum ad subsidia hæc laicis potestatibus petentibus soluenda, vt propter imprudentiam quorundam, & ideo Romanus priùs consulatur Pontifex, cuius interest communibus vtilitatibus prouidere. Subdit, vt constitutiones, & sententiæ, quæ à talibus, nempè consulibus, & rectoribus ciuitatum, vel alijs, qui Ecclesias, & Ecclesiasticos viros, taleis, seu collectis, seu exactionibus alijs aggrauare nituntur, vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo vnquam tempore valituræ, & vt anathema, quo innodantur, liget eos quandiu gesserint consulatum, & potestatem, & postea, ea ve depositis, & successores eorum, si satisfacere recusent infra mensem.

Alex. Papa VI. in c. 1. de immun. Eccles. lib. 6. statuit, non licere etiam in Regno Franciæ Scabinis, seu consulib. communis, & alijs dominis temporalibus, aut alijs, qui in eis iurisdictionem temporalem obtinent, taleas, vel collectas, seu exactiones quascunq; Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis

impo-

imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus prædijs, vel quibuscunq; possessionibus ab eisdem Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiam si ipsæ Ecclesiæ, vel personæ, vel res huiusmodi sint infra illorum districtum, vel territorium constitutæ, &c.

Eandem constitutionem innouauit Bonifac. VIII. in cap. quamquam, de immu. Eccles. lib. 6. & addit, nō obstantibus constitutionibus quas improbat, vt corruptelas. Deinceps idem Bonifacius in c. clericis, eod. tit. statuit seueriùs in ipsos clericos cōsentientes huiusmodi exactionibus, aut præbentes collectas, tallias, decimam, vigesimam, centesimam suorum, & ecclesiasticorum prouentuum, vel bonorum, laicis, quocunq; nomine, vel auxilij, adiutorij, mutui, subuentionis, subsidij, doni, vel alio titulo, modo, & quæsito colore, absq; auctoritate Sedis Apostolicæ.

Et in ipsos Imperatores, Reges, Duces, Potestates, Comites, & alios talia imponentes exigentes, recipientes, auxilium, consilium, fauorem publicè, vel priuatim dantes, vel talia fieri iubentes, atq; omnes vult ipso facto excommunicatione innodari, à quo non possint, nisi à Sede Apostolica, excepto mortis articulo, absolui, non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus, Principibus, Regibus, & alijs concessis.

Præterea adducuntur pro hac opin. iura ciuilia, l. placet, C. de sacros. Eccles. & l. 2. C. de Episc. & Cler. quæ iura eximunt Ecclesias, & ipsarum bona ab omnibus collectis, gabellis, exactionibus, & similibus. Item auth. nulla communitas, C. de Episc. & Cleric. vbi generaliter prohibetur, ne quis audeat ab Ecclesijs exigere collectas, exactiones, angarias, & perangarias, per quem tex. esse correctam d. l. ad instructiones, vt latè alias dictum est.

Et hanc opinionem firmat Accurs. in d. l. ad instructiones, qui determinat Ecclesias non teneri ad refectionem, vel constructionem murorum ciuitatis, & sequitur Bart. ibid. Item gloss. in c. generaliter, §. nouarum, 16. q. 1. dicens non tenere legem disponentem clericos teneri ad con[illegible]

rorum, quam sequitur Laurent. vbi refert Archidiac. Io. Monach. relatus per Alberic. in d.l.ad instructiones. Gugliel. de Cun. ibi relatus per Bald. Io. Andr. in d.c. non minus, vbi Abb. qui quidem latiùs dixit in cons.3. volum.1. Hostiens. in summa tit. de immu. Eccl. §. in quibus vers. ad extraordinaria. Ias. in l. placet, nu.14. C. de sacros. Eccles. Natta in cons. 203. col.2. latissimè Remigius de Gonis in tractatu de charitatiuo subsidio, q.62.

Bald. in cons. 246. vol.3. dicebat & nessaria, quod antiqua querela laicorum est, quòd Ecclesiæ de die in diem ditantur, & laici ab oneribus strangulantur, contra quod valdè exaggerat Barbat. in cons.1. vol.3.

Sed certè non est inuidendum Ecclesiæ, & personis ecclesiast. si laicis, tributis, & superindictis ad reipubl. munera oneratis, ecclesiasticę res, & personæ sua immunitate, & libertate potiantur, quamquam & ipsi in eadem republica sint, & quamuis ex priuilegijs, & vtilitatibus publicis de cōtributionibus participent, & commoditate fruantur, quæ per superindicta, & tributa eueniat. Quia sicut personæ laicorum immunes sunt ab oneribus, militia, laboribus, & muneribus ecclesiasticis, & tamē participes sunt cultus diuini, orationum, & ministeriorum earum, ita Ecclesia, & ecclesiasticæ personæ immunes sunt ab oneribus laicorum, & participant nihilominus de commodis, & vtilitatibus illorum.

*Vnde dicit D. Paul. 1. ad Corinth. c. 9. vers. 11. & 12. & ad Roman. cap. 12. vers. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum non est, si nos carnalia vestra metamus, & si alij potestatis vestrę participes sunt, quare non potiùs nos?*

Item res Ecclesiæ habent sua onera, à quibus laici liberantur, ergo non mirum si Ecclesia ab oneribus laicis imminentibus liberanda est; debet .n. alere clericos, fabricas, & ædificia Ecclesiarum curare, suum præpositum nutrire, & prædicato-

catores verbi Dei honorarijs donare, pauperes nutrire, cap. quatuor, c. de redditibus, c. Vulteranæ, 12. q. 2. cultum diuinum suis sumptibus facere, quod pertinet etiam ad luminaria, & alia, c. nemo de consecrat. dist. 1. c. conquerente, de officio ordinar.

Item res Ecclesiæ satis sunt oneratæ censibus, & subsidijs auxiliarijs, quæ præstant suis prælatis, & Summo Pontifici, d. c. conquerente, & cap. cum apostolis, §. prohibemus, de censibus, & in procurationibus ratione visitationum, & onerum, c. quanto, c. procurationes, c. venerabili, c. cum instantia, de censibus c. 1. §. deinde, & c. 2. eod. tit. lib. 6.

Item in quarta decimarum, vel media, vel decima iuxta morem Ecclesiarum, c. antiquos 10. q. 1. c. cõstitutum, 10. q. 3. c. de quarta; de præscript. c. cum olim, de censib. c. certificari, de sepultur. & in alijs iurib. episcopalib. vt notant DD. in d. c. conquerente.

Sunt & annatæ, quæ præstantur Summo Pontifici à beneficiorum possessoribus, & vacãtiarum redditus, vel annui, vel alterius æstimationis. Hæc onera, si Baldus cõsiderasset, antiquæ illi laicorum nefariæ querelæ fortè respondisset, vt corpus, reipublicæ in vtrisq; vitæ modis compensetur per temporalia corporalibus necessarijs, per spiritualia vero verbo in anima.

Quare cessante querela satis constat, Ecclesias, & clericos ad huiusmodi superindicta nullo modo teneri, tantò minus si per statuta populi, vel Principis ordinata fuerint, cum & si quãtumcũq; publicam, & vtilitatem, & necessitatem vrgentissimam contineant, nullo tamen modo Ecclesias, ecclesiasticosq; ex defectu iurisdictionis comprehendere possunt.

Neque est approbanda eorum distinctio, qui docent, Ecclesiasticos nõ teneri ad huiusmodi superindicta ordinata ad ornatum, & pulchritudinem ciuitatis, secus si ex necessitate; puta imminentis belli, vel publici commertij, muri, & mœnia ciuitatis munienda, aut construẽda essent, aut viæ publicæ, & flumina, atque fossata repurgãda, vt videntur sentire Cyn. Iacob. Butr. Bald. & Salic. in d. l. ad instructiones, idem

Bald.

Bald. in titul. de pace Constantiæ, in ver. munitione, nu. 15. & concludit Carol. de Grassalijs in lib. 2. regal. Franciæ iure 6. fol. 255. vers. cogi. & hanc distinctionem esse communiter receptam, testatur Betrand. in cons. 53. nu. 9. vol. 1. in nouissimis, & latiùs per Natt. in cons. 311. num. 4. Vasquius de. succeſſ. creat. lib. 3. §. 21. nu. 182. Quia hæc communis defectum habet illud fundamentum, vbicunq; tractatur de vtilitate, & necessitate communi laicorum, & clericorum; tunc quia clerici tenentur etiam contribuere, saltem naturali ratione, ideo statuta laicorũ generaliter facta super huiusmodi obligant clericos, & ad hoc redit Rimin. iun. in d. cons. 2. nu. 19. & 20. 1. p. sed hoc fundamentum dirutum est, & falsum assertum.

Et quòd Ecclesiastici ad huiusmodi ordinata nullo modo teneantur, nisi stante maxima necessitate, & quòd bona laicorũ ad hoc non sufficiant iuxta dispositionem præfatorum canonũ, firmant, Ægidius Bellamera in cons. 45. incip. Consules. Ricard. in suis quolibetis, quolibeto 2. quest. 39. artic. 4. Astesa in summa lib. 6. tit. 30. art. 4. col. 3. vers. si vero. & Summistæ omnes, vt sanctus Raymundus in sua summa Pisana, Archiepisc. Florẽtin. in sua summa, & Siluestrina in ver. immunitas, Guttieres in d. 10. concludit, quod laici non tenentur contribuere ad refectionem Ecclesiarum dirutarum nisi in solo casu, quando clericorum bona non sufficiunt, sicut clerici non tenentur contribuere ad reparationem murorum, & alia prædicta, nisi quando laicorum bona non sufficiunt, & in subsidium, argumento desumpto ex d. c. non minus, de immun. Eccles. & ita sunt intelligenda tradita per Canonistas infra allegandos pro parte affirmatiua, volentes Ecclesiasticos teneri; omnes enim exprimunt in solo casu necessitatis, ac etiã ita intelligẽda sunt scripta per Otaloram in tract. de nobilitate, in 2. part. c. 1. nu. 35. post Francisc. Lucan. in tract. de fisco, in 3. parte, nu. 35. Chassan. in consuetud. Burgund. §. 4. gloss. 1. nu. 17. Idq; vbi necessitas postulat receptum est, Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in ver. & vxorem, decis. 5. num. 469. & seq. Rebuff. in 1. tomo constitut.

ftitut. regiarum,in tractat.de fentit. prouifionalib.art.3.gloff. 6. nu.4. Neceffitas autem effe nullo modo poteft, nifi vbi laicorum facultates non fufficiunt,vt ipfe idem Riminald.iun. concludit in d. confil.2. num.27.vol.1. quod pro parte laicorum inducitur: omnia tamen faciẽda funt confulto fummo Pontifice totius Ecclefiæ iudice competenti.

Non igitur quicquam mouere debent decifiones in contrarium allegatæ ab illis qui humano fauore ducti confuluerint pro parte laicorũ incidentes in excommunicationem fulminatam per Bonifatium VIII. in d.c. clericis, de immun. Eccl. lib.6. in verf.& ad id confilium,& fauorem publicè,vel priuatim dantes, & rogandi funt cæteri fcriptores de inceps vt potius veritati,quàm publico fauori confulant.

Per quem autem iudicẽ cogi poffint Ecclefiaftici ad hoc fubfidium, dicunt aliqui,quòd fi neceffitas eft repentina, & Epifcopus propter fuum intereffe, quia eft in eadem caufa contribuendi, eft fufpectus: iudex laicus eft in hoc competens: Idem dicunt effe, fi Epifcopus non haberet intereffe, & requifitus cogere viros Ecclefiafticos recufaret, aut plus debito differret, tunc enim clerici per fecularem poteftatem cogerentur, Benedict. in d.c. Rainutius, ver.& vxorem decif.5. à nu. 740. vfq; ad n. 476. cum excufet in talibus vrgens neceffitas, & facilè fummi numinis fperetur venia, l. prouinciarum præfides, C. de ferijs. Quo cafu dicunt faltem per indirectũ fæculares poffe aftringere clericos, vt per Bald. in cap.poftremo, in 3. circa fin. de appellat. dicentem, quòd Principes fæculares poffunt compellere Ecclefiafticos ad aliquid caufatiuè, fcilicet fubtrahendo eis redditus, & obedientiam, non autem imburfando fibi, & in eis terminis eft decifio Baldi in auth.fed periculum, col fi.verf. & fi dicatur, C. fine cenfu, vel reliq. poft Innoc. in c.poftulafti, de foro compet. Ita fecundum iftos offi ciales ciuitatis poterunt capere fructus, & mobilia prophana ecclefiafticorum, eaq; retinere,donec contribuerint in onerib. prædictis, & adhoc tendit d.confilium Nicolai Balbi poft decifiones Caccherani impreffum.

Hæc opinio est omninò erronea, nec video, quomodo exequentes secundùm hanc opinionem, non incidant in excommunicationem: Ordinauit Sum. Pontifex, quis sit modus adhibendus, Romanaq; Curia cõsulenda, prouidit etiam casum, vbi necessitas maxima adesset, vt tunc Episcopus, & & Clerus arbitrẽtur subsidia cõferenda esse, & sic Episcopus non erit omnino iudex cleri, sed concurret cum eo, & vterq; simul debent arbitrari; ergo cessat, an episcopus in causa propria iudicet, quia vtrisq; hæc facultas est concessa, casus exceptus firmat regulam in reliquis; ergo non possent laici hanc opinionem exequentes, vitare excommunicationem, prout ipsi fatentur, etiam sub spe veniæ, & quòd nullo casu possent ad hæc cogi per iudicem laicum, vide Caprã reg. 96. nu. 79. vbi de communi. Tantò magis, quia si necessitas est euidens, id est notoriè, bona laicorum nõ sunt soluendo, nullum occurrit iudiciũ, vt in iure determinatum est, quantum debeat hoc subsidium conferri.

Cum igitur est tam magna necessitas, quæ est quando notoriè laici, quorum onus proprium est, non sunt soluendo, vt in his terminis probat Mandell. de Alba in cons. 8. nu. 21. Natta in d. cons. 280. nu. 6. vers. secundus casus, in fin. tunc enim debet consuli Summus Pontifex. Nisi esset magna necessitas subitanea quæ instaret; quia tunc Episcopus, & clerus debent determinare contributionem pro rata cum ipsis laicis, & si hoc etiam casu non concordarent, cum laicis, tũc oporteret, quòd clerus, & populus principaliter cõuenirent, & deliberarent, quia quod omnes tangit, ab omnibus in tali casu debet approbari, clem. 1. & 2. de censib. c. ad hoc, de offic. Archidiac. Verùm si clerus nollet sine legitima causa consentire, posset implorare auxilium immediate superioris Ecclesiastici, vt eosdem compellat, si iustũ iudicaret, secundùm Innoc. Io And. & Abb. in d. c. non minus, quos recenset Niger in d. extrauag. vnic. nu. 283. & dicit Astens. in summa lib. 6. titul. 20. in 4. artic. colum. antepen. quòd si ille superior nolet eos cogere, posset haberi recursus ad Summ. Pontificem.

Expe-

Experientia semper docuit, promptius, & copiosius successisse, cum recursus fuerit habitus ad Summ. Pontificem. Anno 1500. cum Cæsar Maximilianus I. cũ Turcis bellum agebat, decretum fuit Augustæ, mittendam esse legationem ad Summ. Pontif. Alexand. VI. vt rem publicam ope, consilioq; iuuaret, & hac de causa prouentus annatarũ concessos esse, vt recenset Sleidan. lib. 4. Dauidi Brusio Scotorum Regi magna vi auri redempto à suis, & in Scotiam reuerso, Summi Pontificis cõsensu ecclesiasticorum redditnum decima pars donata est, Hector Boethius lib. 15. Cum Veneti bellum gerebant contra Baiazetem regem Turcarum, Alexander VI. Pontif. Max. omnium prouentuum, quibus sacerdotes in Imperio reipublicæ fouerentur, tertiam partem Venetis concessit, Cardinalium sacerdotijs exceptis, Bemb. lib. 5. hist. Venetæ. Idem Pontifex in vsum belli Gallici omnem pecuniã Sedis Apostolicæ auctoritate in Hispania belli sacri nomine, quam cruciatam appellarunt, coactam, Neapolitano Regi concessit, vt tradit Guicciardinus lib. 1. Item permisit Francisco I. Regi Franciæ Leo X. vt in Galliã citeriore, & vlteriore sacerdotorum redditus binis decimationib. decimaret, vt scribit Sabellic. lib. 6. Paulus III. Pontifex in bello Germanico contra Protestantes anno 1546. permisit Carolo V. Imperatori dimidiam partem bonorum Ecclesiæ, sumere per Hispaniam, & ex annuis prouentibus monasteriorum Hispaniæ diuendere, donec ad aureorũ millia quingenta conficeret, ea tamen lege, vt de suis bonis tantundem illis inuicem oppignoraret. Sleidanus lib. 17. quarum historiarum sunt propria verba inducta: exempla nostri temporis prætereo, quia vnicuique suppetunt.

Et qui propria auctoritate ecclesiasticos redditus violarunt, pœnam capitis in eodem exercitu passi sunt, Ioas male perijt, necatus à seruis, lib. 4. Reg. c. 14. Ezechias præsumitur reddidisse, quæ acceperat à templo Domini, quia postquam liberatus est ab obsidione Sennecharib, fertur valdè ditatus, & thesauros cõgregasse, & quia ipse de cultu Dei, & alimentis Leuitarum erat valdè sollicitus, lib. 2. Paralip. c. 31. & 32.

 Lu-

Ludouicus in eodem exercitu Neapolitano occisus, & Franciscus I. in eodem bello captiuus factus est.

Verùm quia dum ea, quæ in oppositum adduci, & possunt, & solent, non soluuntur, & prosternuntur, etsi pro veritate ipsa iacta fundamenta sint perquàm valida, sufficere tamen nõ videntur; proinde ne quid desit, quod pro opportunitate tanti negotij facere possit, ac vt omnem dubitationem pro firmiori ipsius stabilitate ab humanis cordibus remouere sufficiens sit, & valeat, pro parte affirmatiua opposita veritati, rationes præcipuæ adducẽtur, quæ subinde alijs vallidioribus, ac summè veridicis soluentur.

Potiores igitur rationes exaduerso pro parte affirmatiua adductæ, vid. quòd Ecclesiastici astringi possint laicorũ statutis, & legibus ad contribuendum, cum ipsis laicis pro opportunitate, dum agitur de vtrorumq; vtilitate, & commodo; insigniorésq; Doctores fauore huius contrariæ opinionis scribentes sunt inter alios Natta in cõs. 280. in fine, & Rimin. iun. in cons. 2. nu. 10 vol. 1. Ad quam allegant gloss. in c. non minus, in vers. ad releuandas, de immun Eccles. quæ expressè dicit, clericos teneri ad refectionem pontium, viarum, &c. Innoc. in d. c. non minus, vbi dicit hæc verba, & ab his superindictis intelligo immunes clericos, & vxores, & liberos, c. generaliter, §. nouarum, 16. q. 1. nisi sit necessitas, c. peruenit, supr. eod. Deinde paulò post subijcit, extraordinaria autem, quæ respiciunt pietatem subit Ecclesia. Archiad. in d. §. nouarum, vbi relatis prius opinionibus quorũdam, referendo vltimo loco opinionem Innoc: sic formaliter dicit: Vnde dicebat Innoc. quòd Ecclesia subit onera extraordinaria, quę respiciunt pietatem, quamuis non sit cogenda per iudicem secularem, sed per suum competentem. Anch. in d. c. non minus.

Hanc opinionem firmarunt Clussistæ. Azo. in summa, in tit. de operibus publicis, quem Bald. allegat, & sequitur in l. contractus, C. de fide instr. Iacob. de Rauen. & Iac. de Aret. per Cyn. relati in l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles. Dyn. & Oldrad. relati per Alberic. ibid. Petr. de Bellapertica relatus

latus per Cynum ibid. Fulgos.ibid. dicit communiter ita Doctores tenere. Salyc. in l. placet, num. 5. C. de sacros. Eccles. Ang. in l. omnes, C. de oper. publ. vbi dicit: Omnes debent conferre ad refectionem murorum pro viribus facultatum suarum, sterilibus non computatis, pro quibus nihil est soluēdum, & debet imponi onus, prout qualitas facti exposcit. Deinde subijcit; & satis concordat sup. de sacros.Eccles.l.ad instructiones, & sic sentit illam legem non esse correctam, & extendi ad refectionem murorum. Florian. de S. Petro in l. pendentes, §. si quid cloacarum, in fin. ff. de vsufruct. vbi reprehendit illam gloss. in d. §. nouarum 16. q. 1. quæ dicit d. legem; ad instructiones, esse correctam. Ripa in l. si se non obtulit, n.31. ff. de re iudic. Andreas in c. 1. §. illicitas, de pace iuram. firmand. Bald. in c. 1. §. 1. nu. 15. de pace Cōstantiæ, dicens, quòd Ecclesia tenetur ad expensas, quæ fiūt propter publicam necessitatem, vt est refectio viarum, & pontium, murorum, & huiusmodi, & etiam ad onus, seu gabellam plaustrorum, quod imponitur pro refectione viarum, vt ibi per eum Luc. de Pen. in l.fi. in fin. C. de exact. tribut. & in l.2. & 3. C. de quib. mune. vel præstat. vbi respondet singulis contrarijs Canonistarum.

Pro hac opinione consuluit Collegium Taurinense, vt in cons.3. inter consilia feudalia diuersorum. Item Vniuersitas Lipsensis, vt in cons.37. nu.38. in 1. tomo cōsiliorum diuersorum Germaniæ. Alex. in cons.67. col.5. vol. 2. Riminald. iun. in d. consil.2. & in cons.4. vol.1. & 574. nu. 4. volum.5. Natta in cons.183. col.fin. & cons.215. in princ. & in d.cons. 280. col. fi. Nicol. Balb. in suo consilio posito post decis.181. Caccherani. Decian. respons. 14. nu. 20. vol. 1. Menoch. in cons.800. nu.24. Bertrand. in cons. 126. col. 2. vol. 1. in nouissim. late Barbat. in cons.1. col.13. vol.3. Alios etiā ad hoc congerit Syntagma comm. opinion. tom.1. loc.1. c. 16. vers. clerici tenentur ad instructionem.

Et ita sępissimè iudicatum est. Alberic. in d.l. ad instructiones, dicit, quòd ita vidit seruari. Guid. Pap. decis.78. Octau. Caccherr. in d. decis. 181. Viuius in suis commun. opin. in

ver. clericus in bonis, vbi recitatis opinionibus contrarijs, subdit, quòd esset difficile, cōtra eā obtinere. Francisc. March. decis. Delphinali 101. p. 2. & decis. 457. n. 21. & decis. 224. nu. 2. par. 1. Lancellott. Conrad. in pract. seu tract. de decurionib. lib. 1. c 9. de prætore, §. 1. n. 28. & seq. vbi ostendit istam esse opinionem multorum, & obseruari alicubi.

Et ita refert dispositū esse in Hispania de iure Regio, l. 54. tit. 6. partita 1. & l. 20. tit. 32. partita 3. & vbiq; Greg. Lopez. Didacus Perez. Salmantinus in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinat. veteris latè Auiles in c. 23. prætor, in glos. Den Orden, per totam, Guttieres allegat. 10. nu. 2.

Ita etiam pronuntiatum esse quādoq; in Senatu Parisiēsi, vt refert Papus lib. 5. Rhapsodiæ arrestorum, tit. 11. arrest. 16. 17. 18. & 19. de quibus arrestis latiùs per Addentes ad Syntagma com. opinio. in tom. 1. loc. 1. c. 16 col. 2. in additione quæ incipit; Guido Papæus, decis. 79. &c.

Declarant tamen omnes hunc casum, non procedere in ordinibus Mendicantium, qui nullo modo contribuere tenentur, vt consuluit Bars. in cons. 25. col. 2. alios ad hoc congerit Petr. de Vbal. in tract. de collectis, num. 38. latissimè Barb. in c. officij, col. 36. per tres col. seq. de testam.

Quibus quemadmodum, & alijs consimilibus de communi doctorum sententia vno, vel altero fundamento respondendo abundantissimè satisfieri potest.

Suntq; primò, quòd cum nullus veram, iuridicam, ac immediatam iurisdictionem habeat in Ecclesiasticos eorumq; quæcunq; bona nisi Summus Pontifex, proinde nullus citra illius facultatem eos ad quæcunq; munera, nec onera laicalia vrgere potest, salua Ecclesiastica libertate, & immunitate, quinimo citrà expressam anathematizationem, tàm à iure, quàm ab homine.

Secundò, quòd quotiescunq; communis vtilitatis, quin & ineuitabilis necessitatis casus occurrerit, quo & ipsi Ecclesiastici omni iure, & ex æquo concurrere deberent pro parte sua; vtiq; id per quàm verum erit à parte rei, putà quòd ex vi æquitatis, & charitatis pro communi commodo, bono, &

vtili

vtili concurrere deberent; nunquam tamẽ verum erit, quòd ad illa per laicalia decreta, & iussa vrgeri possint, & hoc quia ipsi nulli laicali dominationi, & iurisdictioni, quantumcunq; sublimiori, & supremæ subsunt, proinde nullo modo ab ipsa imperari possunt.

Ideò à primo ad vltimum semper verum, & indubitatum erit, quòd nunquam sola vi laicalis legis arctari possint ad aliqua laicalia munera, seù contributiones; capita verò, ac leges eos quocunq; modo ad eas obligantes, quæcunq; fuerint, semper præsupponunt consensum, & facultatem Summi Pontificis, præter communem necessitatem, vtile, & commodum, nec aliter sunt intelligendæ.

Supradictis in contrarium oppositionibus, quò sic re magis discussa, veritas clariùs illucescat, addi possunt, & infrascriptæ.

Primò quòd immunitas concessa Ecclesiasticis ab oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, non extenditur ad onera, quæ imponuntur ratione belli diuini, puta pestis, aut belli humani: vt firmarunt Cyn. Dyn. Alberic. Socin. Ias. & Ripa in l. si ex toto ff. de legat. 1. Vbi Ripa num. 17. dicit esse communem opinionem, & Ias. numer. 12. dicit magis commun. Idem Rip. in tractat. de peste, in titul. de remed. ad conseruandam vbertatem, numer. 231. Parpal. in l. placet; col. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles. Felyn. in c. causam quæ, numer. 17. de rescrip. Bald. & alij in l. iubemus nullam, Cod. de sacrosanct. Eccles. Alexand. in cons. 215. nec arguendi, num. 21. volum. 2. Paris. cons. 68. numer. 14. volum. 1. alios ad hoc congerunt, Viuius in suis communibus, in versic. immunitas concessa alicui, & Petr. Duen. in regul. 100. limit. 12.

Ideo clericos non gaudere immunitate sibi concessa, quando Princeps inuaditur, sed teneri contribuere ad onera bellica, firmarunt Innocen. in cap. non minus, num. 5. de immunit. Eccles. quem sequitur Abb. in cap. peruenit, num. 3. eodem titul. Anchar. in cons. 96. relati per Caccheran. in decis. Pedemont. 181. vbi latè tractat hunc casum, &

 post

post illam decis. Nicolaus Balbus in suo consilio. Decian. in cons. 14. numer. 20. volum. 1. & cons. 51. num. 40. volum. 3. Natta in cons. 280. num. 6. vers. secundus casus, in fin. Rimin. iun. in cons. 2. numer. 13. volum. 1. Ruin. in cons. 219. num. 12. volum. 1. Nicol. Festas. in tract. de æstimo, & collectis par. 4. cap. 1. num. 25. & plur. seq. Iacob. de Agello in tract. de iure adohæ, in 46. Francisc. Arrias in tract. de bello, & eius iustitia, num. 185. Gregor. Lopez. in l. 3. gloss. 10. partita 2. Octauian. Vulpell. de libert. ecclesiastic. par. 2. num. 30. Remig. de Gonis in tract. de charitatiuo subsidio, q. 57. Octauian. Vulpell. in tract. de libert. ecclesiastic. par. 2. nu. 48. qui aliquos alios recenset. Chass. in consuet. Burgund. rubr. 1. part. 4. num. 26. Benedict. in cap. Raynutius, in vers. & vxorem, decis. 5. vbi tractat de successione ab intestato, num. 473. & seq. vbi probat, Regem Franciæ esse in hoc priuilegio donatum à Sede Apostolica, fuisseq; priuilegium illud concessum Regno ob benemerita à Bonifac. Papa VIII. inducitq; verba illius priuilegij.

Pro qua opinione inducitur, quòd in casu necessitatis vrgentis dicunt Regem posse bona Ecclesiæ capere, quemadmodum fecit Ioas Rex Israel, lib. 4. Reg. c. 14. vers. 14. & 16. vers. tulitq; omne aurum, & argentũ, & vniuersa vasa, quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris Regis, & obsides, & reuersus est in Samariam.

Item exemplum est Ezechiæ Regis Iuda, qui metu Sennacherib Regis Assyriorum, pacem, & subiectionem offerens vtque solueret eidem indicta per ipsum tributi nomine trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, dedit omne argentum, quod repertum est in domo Domini, & in thesauris Regis, lib. 4. Reg. c. 18. vers. 14. & seq. Quorũ exemplo Ludouicus II. Rex Siciliæ propter bellum sibi illatum à nepote Carolo Duratio, qui ius in Regno Neapolitano prætẽdebat, coegit imponere Ecclesiæ iure auxilij, & subsidij, etiam contributiones, nõ obstante constitutione Federici Imperatoris, in auth. item nulla communitas C. de episc. & cleric. Eodem modo cum inuaderetur Christianiss. Rex Franciæ Francis. I.

sub

sub anno 1522. vndiq; ab inimicis, nempe in Italia in Ducatu Mediolani, in Campania, in Aquitania; compulsus necessitate petijt auxilium ab Ecclesijs Galliæ, vt refert idē Chass. in d. §. 4. nu. 17.

Item inducitur tex. in c. 2. de immun. Eccles. vbi Decian. in d. cons. 14. nu. 20. dicit esse casum de hoc, & facit tex. in ca. aurum Ecclesia habet, 12. q. 2. vbi dicitur Ecclesiam habere aurum, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatib. & in c. seq. in princ. scribitur, gloria Episcopi est pauperum necessitatibus prouidere, & ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs. Et quòd Ecclesia pro bonis suis teneatur ad onera bellica, dicunt fuisse decisum in Concilio Germaciensi, de quo in c. sancitum, ver. de his, 23. q. vltima. Rectè autem probatur de iure ciuili, l. nullus pœnitus, C. de cursu publico, lib. 12. vbi quòd Ecclesia in expeditionibus tenetur contribuere, & per illum text. dicit, ibi Bart. quod quando imminet aliquod periculum prædonum, quod possunt clerici cogi ad cōtributionem collectarum, vt inde prędones arceantur, cum ex hoc etiam clerici commodum sentiant. Item, l. fi. §. patrimoniorum, ff. de mun. & hon. & l. iubemus nullam; & l. neminem ab angarijs, C. de sacr. Eccles. & l. de his, C. de episc. & cleric. & in auth. de ecclesiasticis titulis §. adhæc.

His per quàm breuiter quidem, ne frustra verba ingeminentur respondetur, sufficienter tamen, vt omnis oppositio elidatur, fallaciaq; tollatur.

Ad primum igitur dicitur, quòd immunitas cōcessa non comprehendit casum belli, respondetur hanc opinionem non procedere, vbi ipsa immunitas verbis vniuersalibus, & geminatis fuerit concessa, Alex. in cons. 30. vol. 5. Paris. in cons. 25. nu. 113. & cons. 68. num. 17. & 29. vol. 1. Natt. in cons. 525. nu. 10. Sed quomodo ecclesiasticis fuerit prædicta immunitas concessa verbis vniuersalibus, probant Franc. de Plat. in tract. de excommu. §. 36. & Nauar. in sum. ca. 17. nu. 203. vbi recensent verba; Bullæ Cœnæ Domini. Neq; obstat tex. in c. 2. de immun. Eccles. Quo mouebatur Decianus

ille text. non loquitur de clericis. Nec aurum Ecclesiæ est consumendum in oneribus proprijs laicorum; quia ecclesiastici habent sua onera propria, vt dictum est supra latè, & abūdè, de quorum necessitatibus sunt intelligēda contraria: Cætera omnia, aut sunt abrogata, aut nullam habent firmitatem, tanquam à iurisdictione carentibus condita.

Qui ampliora de collectis, aut supra dictis contributionibus videre voluerit, legat Petrum de Vbaldis in tractatu de collectis; & Andream Barbatiam in c. officij de testam. vt supra diximus, qui pleno calamo de illis conscripserunt.

DE successionibus verò, tàm respectu Clericorū, quàm Monachorum, re hisce temporibus apud tribunalia tantopere exagitata, ac controuersa, vt etiam aliquid pariter summatim addamus; ne quid pro viribus nostris desit ad memoriæ restaurationem pro beneficio libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ, quod peroptari possit; & si apud sapientes clarum esse minimè vereamur, quin statuta laicorum mentionem facientia de clericis non valeant ex defectu potestatis c. Ecclesia S. Mariæ de constit. vbi Dec. nu. 174. multos Doctores pro hac opinione congerit; tamen quia multoties dubitare contingit de illis tacitè, vel expresè loquētibus in specie de Monachorum. successione, tanquàm ciuiliter per solemne votum professionis in Religionibus vulgo mortuos appellatos; ob hinc ad clariorem enucleationem, infrascripta sub breuitate, ex quibus cœterorum resolutio facilimè desumi poterit, addemus.

Primò statutum excludens Clericos, vel Monachos à successione parentum, agnatorum, seu cognatorum, non valet quia est contra libertatem ecclesiasticam, Dec. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 188. & in c. in præsentia, de probat. Rodoān. in tract. de spolio ecclesiastico quæst. 8. tit. de successione clerici sæcularis ab intestato, num. 4. & de hoc est casus in auth. cassa, & irrita, C. de sacros. Ecclef. & in l. 1. C. de summa trinit. & in c. grauem, & c. nouerint. de sent. excom. & per Bald. in l. Deo nobis, C. de epis. & cler. Et dicitur contra libertatem ecclesiasticam; tum quia aufert clericis bene-

beneficium succedendi de iure communi, tum quia clerici per ipsum efficerentur timidiores, ex not. per Bartolum in d. auth. cassa, & in l. . §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur, quorum timiditas patet, quia videntes non posse succedere retraherentur à clericatu, vel religione, argum. text. §. sed hoc præsenti, in auth. de ecclesiast. titul. & not. in d. c. in præsentia, & in auth. ingressi, Cod. de sacros. Eccles. & quia statuta facere iurisdictionis est, l. 1. ff. de iurisd. om. iudi. l. necessarium, in fi. in princ. & ibi gloss. in vers. statuenti, ff. de orig. iur. Ideo statutum non extendit vires suas ad clericos, super quibus statuentes iurisdictione carent, l. cūctos populos, in vers. regit Imperium, Cod. de sacr. Eccles.

Secundò, quādo statutum excludit à successione alicuius ingredientem monasterium, tunc ipsum statutum nō valet, & est contra libertatem Ecclesiæ, & hanc esse communem opinionem, testatur Alex. in cons. 139. incip. Viso themate suprascripto, col. fi. vol. 2. quem refert, & sequitur Ias. post multos alios per eum citatos in l. fi. num. 25. C. de pact. vbi etiam Angel. dicit de hoc esse casum in d. l. Deo nobis, vbi antequam quis ingrediatur monasterium, sed habeat solam voluntatem ingrediendi, non potest inhabilitari à potentia succedendi, aliàs retraheret volentem monachari à proposito religionis, & hanc opinionem firmat Io. Campeg. in tract. de statutis, q. 12. & Laur. de Palat. in tract. de statuto excludente fœminas propter masculos, nu. 91. vers. in contrarium.

Ex quo infertur falsam esse distinctionem Bart. in d. l. fi. nu. 6. C. de pact. quòd aut statutum disponit de ingrediente, per hæc verba, ingrediens monasterium, vel si quis intraret monasterium, sit priuatus iure succedendi, vel non succedat, & tunc valet statutum, quasi non disponat circa clericum, sed circa laicum, quia laicus est ille qui fit clericus, vel religiosus, vnde hic lucrum aufertur, neque grauatur monasterium in quæsitis. Aut statutum disponit de iam ingresso, puta si diceret, si quis ingressus fuerit monasterium, & tūc non valet, quia non posset clericis auferre ius suum, & idem tenēt Bald. & Iacob. de Butr. in l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cleric.

Idem

Idem Bald. in tract. de statutis, in vers. successio, nu.6.

Hæc enim distinctio est cõmuniter reprobata, vt per Ias. in d. l. fi. num.25. in fin. C. de pact. & per Dec. in d. c. in præsentia, post alios, quos referunt, & certè si esset vera, pater posset exhæredare filium, si ingrederetur monasterium, quod est contra d. l. Deo nobis, in vers. omnimodo. Nec est verum, quod statutum loquens de ingrediente per verbum præsentis temporis, comprehendat tantùm laicos, quia habet intentionem etiam ad clericos; nam cum dicat, ingrediens monasterium non succedat, & sic loquitur de verbo futuri temporis, confertur effectus in tempus, quo defertur successio, cum exclusus per statutum reperitur clericus, vel monachus, quo tempore proprie fit exclusio, & non prius; ergo tale statutum debet esse nullum, quia retraherentur homines à religione, d. §. sed hoc præsenti, & retraherẽtur ab ingrediendo, d. auth. cassa, & d. c. nouerint, & essent deterioris conditionis, quàm laici contra d. l. Deo nobis, vnde apparet, quòd distinctio Bartoli est magis verbalis, quàm realis, & sicut non valet de ingresso, vt ipse fatetur, multo minus valere debet de ingrediente.

Tertiò, quando statutum iubet, fratri ab intestato decedenti succedere tantùm laicos, tunc respectu fratris clerici statutum non valet, quin ipse ad portionem, quæ sibi iure communi competebat, admittatur, & hanc tenet Octauian. Vulpell. in tract. de libert. eccles. p.3. num.4. cuius opinio sequela digna est, sed per diuersam rationem. Nam si statuẽtes non possunt specialiter excludere clericos à successione alicuius, vt dictum est in principio, multò minùs possunt excludere ex tacita dispositione, arg. l. si pater, ff. quæ in fraud. credit. & l. quamquam ff. de ritu nupt. & l. Lucius §. pen. ff. ad municip. & l. 1. §. huius rei, ff. de off. eius cui mãdata est iurisd. & quod ibi not. in gloss. incip. arg. triplex, & not. in l. solent, ff. de iurisd. om. iud. & quod notat Io. And. in c. 1. de im. Eccles. lib.6. Item quia per indirectum afficeret clericos: nam admittendo laicos tantùm ad successionem, clerici essent exclusi, & indirectè affecti.

EPI-

# EPILOGVS.

HIC iam vno tandem quiescat animus, conticeat lingua, hæreat manus, sistat calamus, & mens ipsa, ac cogitatio ab his omninò silendo digrediatur, neq; enim minus quàm nequissimum erit pro summa veritate fixo pede non tenere, nedum in sola mente, & cogitatione peruoluere, quòd si hominum corda adamantina, nedum ferrea, aut ænea forent, tot, tantisq; ingeminatis in vtroque tomo rationibus, ac perlucidis facibus, iam emollita essent, nedum illuminata; nec dicam solùm ad veritatem Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis cognoscendam, verùm ad eam pro viribus amplectendam, & patrocinandam, eamq; omnibus toto pectore insinuandã; cum maximè nulla sit natio, populus, & gens, & si Ethnica, atq; à veri Dei cognitione aliena, quæ id non amplissimè præstet, quod validiori ratione multò magis præstare debet catholica, quæ sola verum Deum sibi appropinquantem habet. Consulat igitur quisq; sibi, cogitetq; sempiternius post hanc vitam in futura se fore permansurum; sic

*ſic enim fiet, quòd huius temporalis amore minimè deceptus, ea non appetet, quæ felicitati ſempiternæ officere poſſint, interque ſupremum indubiè cognoſcere debet, ab Eccleſiæ Catholicæ ſtatutis diſſentire, ac illius immunitati ſe validum murum opponere; quò ſic ſe illis voto, et opere adhærendo hic, & ibi fæliciùs viuat, & regnet.*

*Quod faxit Deus.*

**Explicit tertia, & vltima Pars huius ſecundi Voluminis.**

HIC subsequenter proximo fol. 690. aderunt hæc quattuor vtilissima infrascripta videlicet Cathalogus Auctorum Repertorium Titulorum, de quibus erunt consilia pro opportunitatibus facientia, Index omnium Sancitorum fauore Immunitatis Ecclesiasticę, tàm à Principibus Ecclesiasticis, quàm à Laicis, & Tabula præcipuarum rerum deseruientium Ecclesiasticæ Libertati contentarum in vtroq; Tomo, pro faciliori vsu ipsorum.

LAVS DEO.

## NON DEFLVET.



# CATHALOGVS

## Alfabetico ordine conſcriptus Celebetrimorum

Magni nominis V. I. in orbe peritorum, á primo legum inſtitutore ad hæc vſq; tempora, quorum eruditiſſima conſilia, ac perilluſtria Reſponſa deciſiua pro veritate ad Catholicæ Eccleſiæ libertatem, & immunitatem patrocinandam ſpectantia, & facientia in vtroque Tomo contenta reperiuntur.

IN PRIMO TOMO.

A

*ANDREAS Fàchineus in Vniuerſitate Piſana Publicus, primariusq; legum profeſſor, lector, & interpras fol.* 404.

*Antonius Glauarinus Bononienſis, in Vniuerſitate Bononienſi publicus, primariusq; legum profeßor, lector, & interpras fol.* 442.

*Antonius Gallia Alexandrinus, Mediolani Regius Senator, & Conſiliarius fol.* 82.

*Appendices loco animaduerſionum fol.* 184. 320. & 738.

*Appendices perplures perinſignes vices gerẽtes Celeberrimorum Conſiliorum, & Reſponſorum fol.* 309. 355. 360. 367. 371. 378.

Iaco-

I



L



M

N



O



P



R



S



T



Vincen-

## IN SECVNDO TOMO.

Lau-

# REPERTORIVM
## AMPLISSIMVM,
## AC MVLTIPLEX,

Nedum distinctè edocens capita rerum, de quibus sunt præclarissima Consilia, & Responsa Decisiua Celeberrimorum, ac Magni nominis V. I. in orbe peritorum, tám recentium, quàm antiquorum; nec non in publicis Vniuersitatibus legum professorum, & interpræ tum; verum & insigniora in Catholicorum Principum Senatibus, & Magistratibus firmiter sancita in vtroque Volumine exifletia pro Ecclesiastica libertate, & immunitate per quam valde facientia.

Quod Ecclesia nullo modo teneatur ad onera, maximè extraordinaria pro bonis, quæ possidet, & in dies acquirit, nec pro eorum fructibus, non obstante noua constitutione Mediolani, aut quouis alio statuto.

Item quod Ecclesiastici nulla ratione comprehendantur illa, aut alia quauis consimili constitutione, seu statutis; latè, & eruditè habetur in infrascriptis Consilijs, & Responsis Decisiuis præstantissimorũ in orbe V. I, Consultorũ.

IN

In

IN

# IN SECVNDO TOMO.



Quod

Quòd Coloni, seù alij quicunque Ecclesiastico-rum bonorum cultores, nullo modo collectari possint, &c. Neque etiam pro illa parte, quæ censetur illis superesse soluto domino, & deductis omnibus expensis massaritijs, & culturæ, &c. quemadmodum collectantur cæteri negotiatores, latè, & erudité habetur in infrascriptis consilijs, & responsis decisiuis præstantissimorum in orbe I.V. Consultorum.

## IN PRIMO TOMO.



In

IN

Quod

Quod statutum Mediolani vol. 1. cap. 484. § Illa persona, &c. impediens professos in religionibus tanquam ciuiliter mortuos, à successione bonorũ, &c. nullo modo afficiat, nec afficere possit Ecclesiasticas personas, tam seculares, quam regulares; latè, & erudite habetur in infrascriptis consilijs, & Respõsis Decisiuis præstantissimorum V. I. Consultorum.

IN PRIMO TOMO.



In

Quod

Quod noua constitutio Mediolani lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus, & de fide iubendo, & soluendo certam pecuniæ quantitatem nullo modo afficiat Ecclesiasticas personas, nec Notarios instrumenta transactionum rogantes; latè, & eruditè habetur in infrascriptis consilijs, & responsis decisiuis præstantissimorum V. I. Consultorum.

## IN PRIMO TOMO.

*In consilio primo Michaelis Angeli Cacciæ Nouariensis, Mediolani Regij Senatoris, & consiliarij fol. 101.*

*In consilio primo Petri Pauli Butinoni Mediolanensis, Mediolani Regij Senatoris, & consiliarij fol 141.*

*In consilio Fabritij Zumalli Laudensis fol. 149.*

*In consilio Iacobi Mandelli de Alba in Vniuersitate Papiensi publici, primarijq; legum interpretis fol. 419.*

*In consilio Marci Antonij Peregrini, in Vniuersitate Patauina publici, primarijq; legum professoris, lectoris, & interpretis fol. 551.*

*In consilio acuratè Ioa. Baptistæ Ploti Nouariensis fol. 639.*

*In consilio diffusè Ioa. Baptistæ Cacciæ Nouariensis fol. 712.*

## IN SECVNDO TOMO.

*In tribus consilijs Baldi Vbaldi de Perusio legum illuminatoris, vid. in primo posito fol. 2. in secundo fol. 4. & in tertio fol. 8.*

*In consilio Bartholomæi Socini Senensis fol. 13.*

*In consilio Antonij du Butrio Bononiensis fol. 18.*

*In consilio primo Petri Fernesij de Ancharano fol. 21.*

*In consilio Caroli Ruini Regiensis fol. 35.*

*In consilio Angeli de Vbaldis Perusini fol. 77.*

*In consilio secundo Laurentij Syluani Casalensis fol. 109.*

*In insigni consilio signato P. A. M posito fol. 358.*

*In consilio tertio Alexandri Monetæ Mediolanensis posito fol. 581. & quarto posito fol. 590.*

Quod Clerici nullis quibuscunq; laicorum statutis, vel legibus ligentur, gaudereq; debeant de bonis communitatum, & castrorum, quæ diuiduntur inter incolas ciuitatum, & castrorum; latè, & eruditè habetur in infrascriptis consilijs, & responsis decisiuis præstantissimorum V. I. peritorum.

## IN PRIMO TOMO.

*IN consilio primo perinsignis Auctoris innominati fol. 355.*
*Item in consilio secundo eiusdem fol. 360.*
*Item in consilio tertio eiusdem fol. 367.*
*In Appendice insigni, & Illustri fol. 425.*
*In consilio tertio Hieronymi Bucaferri Bononiensis in Vniuersitate Bononiensi publici, primarijq; legum professoris, lectoris, & interpretis fol. 492.*
*Item in consilio quarto eiusdem fol 499.*
*Item in consilio sexto eiusdem fol. 507.*
*In consilio secundo Oldradi de Ponte Laudensis fol. 560.*

## IN SECVNDO TOMO.

*IN omnibus penè consilijs Baldi Vbaldi de Perusio legum illuminatoris positis fol. 2. fol. 8. & fol. 11.*
*In consilio Bartholomæi Socini Senensis fol. 13.*
*In consilio Antonij de Butrio Bononiensis fol. 19.*
*In perinsigni Appendice prima posita fol. 217. & secũda fol. 223.*
*In consilio quarto Abbatis Panormitani fol. 500.*
*In perinsigni Appendice fol. 667.*

Quod Bannum laicorum factum de non molendo nisi in certo, molendino nullo modo afficere possit personas Ecclesiasticas, nec eorum colonos habetur.

## IN PRIMO TOMO.

*IN consilio sexto Hieronymi Bucaferri Bononiensis, in Vniuersitate Bononiensi publici, primarijq; legum professoris, lectoris, & interpretis fol. 507.*

Quod

Quod liceat Episcopis, ac alijs Ecclesiasticis iusdicentibus habere curiam, & familiam armatam.

Insuper de diuersitate Ecclesiasticorum priuilegiorum, & eorum amplitudine.

De iurisdictione Episcoporum, latè, & eruditè habetur in infrascriptis consilijs, & responsis decisiuis præstantissimorum V. I. consultorum.

IN PRIMO TOMO.

*IN cõsilio Rolãdi à Valle Præsidis Senatus Mõtisferrati f.239.*
*In consilio Lælij Iordani Romani in Vniuersitate Romana publici, primarijq; legũ professoris, lectoris, & interpretis f.253.*
*In consilio secundo Oldradi de Ponte Laudensis fol.759.*
*In perinsigni, ac perillustri Appendice fol 765.*

Quod omne humanum dominium à Diuino originem habuerit, ab ipsoq; dependeat, latè, & eruditè habetur.

IN PRIMO TOMO.

*In celeberrimo Rescripto, ac perinsigni fol.770.*

Quod Ecclesia ritè, & iure habeat vtranq; iurisdictionem, & dupplicem gladium, eruditè habetur.

IN PRIMO TOMO.

*In Appendice perinsigni fol.779.*

Quod Clerici succedere possint, etiam in fœudis, habetur.

IN SECVNDO TOMO.

*In consilio Ioannis Caphali Ferrariensis, in Vniuersitate Patauina publici, primarijq; legum, professoris, lectoris, & interpretis fol.203.*

Quod Ecclesiasticis personis, non minus, quam laicis de iure debeatur emendatio, seù restauratio incendij aliena causa facti in eorum præiudicium, habetur.

IN SECVNDO TOMO.

*In consilio Ioa. Baptista Gargiaria Bononensis fol.274.*

Index Decretorum, & firmiter Sancitorum plurimorum Imperatorum, & Regum legum, & priuilegiorum institutorum, & Excellentissimi Mediolani Senatus, ac aliorum, ad patrocinium, & tutelam Ecclesiasticæ libertatis, & Immunitatis insigniter facientium, quæ passim reperiuntur in consilijs, & responsis decisiuis præstantissimorum in orbe iurium peritorum, & professorum; tàm circa Mediolani statuta, & constitutiones, quàm circa quascunq; alias leges, & decreta; ipsaq; in illis sunt manu signata.

## IN PRIMO TOMO.



## IN SECVNDO TOMO.

Index Decretorum, & Sancitorum, ab Illustrissimis Mediolani Magistratibus ad Catholicæ Ecclesiæ libertatem, & Immunitatem patrocinandam spectantium, & facientium, quæ passim reperiuntur in consilijs, & responsis decisiuis præstantissimorum in orbe iurium peritorum, & professorum, tàm circa Mediolani statuta, & constitutiones, quàm circa quascunq; alias leges, & decreta; ipsaq; in illis sunt manu signata.

## IN PRIMO TOMO.



Index Censurarum, & Decretorum Summorum Pontificum, ac Sacrorum Canonum, & Generalium Conciliorum, necnon canonicorum iurium, & legum ad Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem facientium, quæ sparsim reperiuntur in consilijs, & responsis decisiuis præstantissimorum in orbe Iuris peritorum, ac professorum, ac in Bullis Summorũ Pontificum; ipsaq; in illis sunt manu signata.

## IN PRIMO TOMO.



## IN SECVNDO TOMO.

# TABVLA ALFABETICO

Ordine conscripta præcipuarum rerum Ecclesiasticæ libertati, & immunitati insigniter deseruientium, iuxta leges, canones, iura, & decisiua consilia, ac responsa Celeberrimorum V. I peritorum ex vniuerso penè christiano orbe, tàm Vniuersitatum, quàm Regiorum, Consiliariorum, Præsidum, Senatorem, quin, & ipsorum Consiliariorum, & Magistratum firmiter sancitorum in hoc primo volumine contentorum.

*Animaduersio necessariò legenda.*

Aduerte tamen studiose Lector, quòd pro clariori intelligentia, ac vsu huius tabulæ, quin dicam, & ipsorum met librorum, minorique intellectus deffatigatione assignantur post numeros foliorum, numeri in summarijs ipsorum foliorum existentes, deseruientes, & ipsi numeris correlatiuè contentis in cõsilijs, & responsis, quorum sunt summaria, quod sic vnica, ac faciliori via sint lucidiora directoria ad illa omnia, quæ perquirere contigerit vna simul in summarijs, & consilijs ipsis contentis in vtroque volumine.

Ad numeros igitur primo foliorum; secundo ad numeros positos in summarijs post dictorum foliornm numeros hac tabula duce recurrere, & quæ perquirendo peroptaueris, pro voto fideliter relata in summarijs, & correlatiuè in consilijs indubiè fideliter reperies.

## PRO PRIMO TOMO.

### A

 sufti-

Ascri-

Bona

Bona

Casus

*Colle-*

 mo-

Con-

Con-

Dispo-

*Domus*

*Edi-*

*Epi-*

## F

Eccle-

Hospi-

quam

*Laici*

*Liber-*

*M*



*Ma-*

Mona-

N



Neces-

Noui-

## O



Obli-

 bona,

Sala-

S



Si adie

Testa-

Vsu-

# PRO SECVNDO TOMO.

*A*



*B*

*Eccle-*

vijs,

*In qua-*

Loca

M



N



Obli-

O



P

S

cepa-

T



V



Explicit Tabula, & Secundus Tomus.

FINIS.

Series Chartarum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V X Y Z &

✠✠ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv
Xx Yy Zz & & ¶¶

Omnes Sunt Quaterniones.

Præter ¶¶ qui ſunt Duerniones.